
PIO IIII. PONT. MAX.



PONTIFICALE ROMANVM

Ad omnes Pontificias cęremonias, quibus nunc vtitur sacrosancta Romana Ecclesia, accommodatum.

Nonnullis insuper, quę in antea impressis non habentur accuratissime auctum.

Ac in tres partes distinctum.

Quarum Prima personarum, Secunda rerum consecrationes, et benedictiones continet: Tertia vero quędam ecclesiastica officia, et alia multa comprehendit, quę in sequenti Tabula, versa pagina monstrantur.

Nuper summa diligentia reuisum, emendatum, & impressum.

VENETIIS APVD IVNTAS.
M D LXI.

Tabula ad facillime inueniendum ea, quę in hoc Pontificali in tres partes diuiso continentur.

IN TERTIA PARTE.

Tabula alphabetica, eorum que in hoc Pontificali continentur.

Tabula alphabetica

Tabula alphabetica

Pſalmi, qui in hoc Pontificali continentur.

Pręfationes, quę in hoc Pontificali continentur.


I·N·R·I·

Pontificalis secundum ritum ꝛ vsum Sancte Romane Ecclesie: Pars prima.



DE CONFIRMANDIS, SEV CHRISMANDIS IN FRONTE.

PONTIFEX, pueros seu infantes, vel alios sacri baptismatis vnda perfusos, i fronte chrismare volens: parat⁹ supra rochetum: vel, si sit religiosus, supra superpellicium, amictu, stola, pluuiali albi coloris, ꝛ mitra preciosa: accedit ad faldistorium ante medium altaris: aut i alio conuenienti loco sibi paratum. Et in eo sedens, renib⁹ altari, ꝛ facie populo versis, baculum pastoralem in sinistra tenens, populum corā se stantem admonet: ꝙ nullus ali⁹, nisi solus episcopus, vel maior: ex diuina ꝛ apostolica institutione, confirmationis sacramentū administrare potest. Nā dominus noster Jesus Christus apostolos confirmauit, cū in die pentecostes spiritū sanctū eis cōtulit: ꝛ p eos, eorūq; successores, scilicet episcopos: populos confirmandos esse decreuit.

¶ Nullus confirmatus debet re confirmari.

¶ Nullus, q nō sit ꝯfirmatus, potest esse in ꝯfirmatione patrinus.

Qui nō possūt ad ꝯfirmatiō nē tenere.

¶ Nullus excommunicatus, vel grauioribus facinoribus alligatus, ingerat se ad percipiendum hoc sacramentum: vel ad presentandum confirmandum.

¶ Adulti debent prius confiteri, ꝛ postea confirmari.

¶ Hoc sacraméto cótrahit cóm paternitas τ affinitas spūalis, put i baptismo: īpediens matrimoniū ɔtrahēdū: τ dirimēs iā cótractū.
¶ Nullus presentet nisi vnum, aut duos, non plures.
¶ Confirmandi, de honestate, nō de necessitate: debent esse ieiuni: Similiter confirmans.
¶ Cófirmato debet ligari frons: τ sic manere quousqꝫ chrisma desiccetur: τ non oportet, ꝙ ligatura septem diebus portetur: sed decet, vt septem diebus abstineat a lotione capitis.
¶ Proinde, vnusquisqꝫ ɔfirmandus portet lineā vittā mundā, cum qua ligetur caput: que cum soluitur, igni cóburatur. Quidā consueuerunt portare ligaturā tres dies. Quidā vnum tātum: in hoc poterit ɔsuetudo patrie seruari.
¶ Ligando vel soluendo ligaturam capitis: siue abstergēdo frontem: nō contrahitur aliqua compaternitas: sed tenendo tantum.
¶ Null⁹ cófirmatus discedat, nisi bndictione accepta: quā Pótifex ipse post oīum ɔfirmationē dabit.
¶ Infantes p patrinos ante pótificem chrismare volentē: teneantur in brachijs dextris. Adulti vero, seu alij maiores: ponant pedē suū sup pedē dextrum patrini sui.
¶ Quibus p ordinē ante Pontificē dispositis: Pontifex sedens lauat manus: Deinde deposita mitra surgit: τ stās versa facie ad cófirmandos: iunctis ante pect⁹ manibus: cófirmandis iam genuflectentibus: τ similiter manus ante pectus iunctas tenentibus, dicit.

Spiritus sanctus superueniat in vos: τ virtus altissimi custodiat vos a peccatis. ℟. Amē.
Deīde signās se manu dextra a frōte ad pectus signo crucis, dicit. ℣. Adiutorium nr̄m in nomine dn̄i. ℟. Qui fecit celum τ terram. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. D n̄s vobiscum. ℟. Et cū spū.
Tunc extensis versus confirmandos manibus, dicit. Oremus.

Hic ep̄us extendit man⁹ versus confirmandos.

Omnipotēs sempiterne deus: qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua τ spiritu sancto: quibqꝫ dedisti eis remissionem oīum peccatorū: emitte in eos septiformē spiritū tuum sanctū paracletū de celis. ℟. Amen.
Spiritū sapientie τ intellectus. ℟. Amen. Spiritum consilij et fortitudinis. ℟. Amen. Spiritum scientie τ pietatis. ℟. Amē.
Adimple eos spiritu timoris tui: τ ɔsigna eos signo cru ✠ cis Christi, in vitam propitiatus eternam. Per dn̄m nr̄m Jesum Christum filiū tuum: q tecū viuit τ regnat in vnitate eiusdem spūs sancti deus: per oīa secula seculorum. ℟. Amen.
Pontifex sedens sup faldistorium predictum: vel etiam, si multitudo chrismandorum, seu cófirmādorū id exegerit, dispositis illis p ordinē sup gradus presbyterij, vel alibi: Pontifex stans cū mitra: illos discurrens signat p ordinē genuflexos: τ vno ordine signato: illi surgunt: τ alij genuflectūt, τ signant: τ sic

z sic vsq3 in finē. Et Pontifex ingrit singulatim de noie cuiuslibet cōsignandi:sibi p patrinū,vel matrinā flexis genibus presentati:z summitate pollicis dextre manus chrismate intincta,dicit. Johānes. vel Maria. vel quouis noie nuncupet. Signo te signo cru ✠ cis: quod dum dicitur: producit pollice signum crucis in frontē illius: deinde prosequitur. z cōfirmo te chrismate salutis. In nomine pa ✠ tris:z fi ✠ lij:z spiritus ✠ scti: vt replearis eodē spiritu sancto: z habeas vitam eternā. ℞. Amē. Deinde dat sibi leuiter alapā sup genā dicens Pax tecū. Omnib9 taliter cōsignatis: Pōtifex tergit cū mica panis:z lauat cū aqua pollicem z manus sup aliquā peluim. Deinde aqua lotionis cum pane, fundat i fontib9,vel piscina sacrarij. Interim dū lauat, cātatur añ.

Nomen profert.

Chrismato dat leuē alapā sup genam.

Lauat manus.



Confirma hoc deus qđ opera



tus es i nobis a tēplo sācto tuo



qđ est in Jerusalē. Gloria patri. ℞. Sicut erat. Deinde repetitur Añ. Cōfirma hoc deus. Qua repetita: Pontifex surgit,z stās versus ad altare,mitra deposita,dicit. ℣. O stēde nobis dñe misericor.

℞. Et salutare. ℣. O ñe exa. ℞. Et clam. ℣. O ñs vo. ℞. Et cū. Deinde iunctis ante pectus manibus:z oibus confirmatis deuote genua flectētibus,dicit, O rem9.

Deus,qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum:z per eos eorumq3 successores, ceteris fidelibus tradendum esse voluisti: Respice propitius ad humilitatis nostre famulatū:z presta; vt eorum corda, quorum frontes sacro chrismate deliniuim9:z signo sancte crucis signauimus:idē spiritus sanctus in eis superueniēs: templum glorie sue dignanter inhabitādo perficiat. Qui cum patre z eodem spiritu sancto viuis z regnas deus,in secula seculorum. ℞. Amen. Deinde dicit.

Pōtifex stat versus ad altare sine mitra cōfirmatis genuflectēs iūgit manus ante pect9.

Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet dominum. Et vertens se ad confirmatos:faciēs super eos signū crucis,dicit.

Bene ✠ dicat vos domin9 ex syon,vt videatis bona Jerusalē omnibus diebus vite vestre:z habeatis vitā eternam. ℞. Amē.

Bñdicit cōfirmatos.

Expedita itaq3 cōfirmatione:pontifex sedēs accepta mitra:patrinis z matrinis annunciat: q instruāt z informēt filios suos bonis moribus z operib9: q fugiāt mala,z faciāt bona:z doceāt eos. Credo in deū. z Pater nr̄ z Aue Maria quoniam ad hoc sunt obligati.

Sedet cū mitra z admonet patrinos vt instruāt filios suos spūales.

DE OFFICIO PSALMISTATVS.

Psalmista idest cantor potest absq3 licentia Episcopi:sola

iussione presbyteri: officium susci pere cātandi: dicēte sibi p̄sbytero. Vide vt quod ore cantas, cor de credas: et quod corde cre dis, operibus cōprobes. Et si ep̄s clericū ordinās hec faciat: bn̄facit.

DE BARBA TONDENDA.

Statutū est in cōcilio carthaginēsi: ne clerici nutriāt barbas. Ideoq; quādo primo illis: vel etiam laicis barbe tondētur: dici debet, pōtifice sedēte cū mitra. añ.

Sedendo cū mitra.

Sicut ros hermon, qui descēdit in montē sion: sic descendat sup te Dei benedictio. Psalmus. cxxxij.

Ecce q̄ bonum et quā iucundū: habitare fratres in vnū. Sicut vnguentū in capite, quod descēdit in barbā: barbā Aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon, qui descendit in montem Sion. Quoniā illic mādauit dn̄s bn̄dictionem: et vitam vsq; in seculum. Gloria patri et filio: et spiritui scō. Repetitur tota Añā. Sicut ros. Qua finita: Pontifex deposita mitra surgit: et stans versus ad illum, dicit. Oremus. Oratio.

Stando et sine mitra.

Deus, cuius prouidētia, omnis creatura cremētis adulta congaudet: preces nostras super hunc famulum tuum. N. iuuenilis etatis decore letantem, et primis auspicijs attondēdum, exaudi: vt in omnibus protectionis tue munit⁹ auxilio: eoq; largiore proue ctus: celestem bene ✠ dictionem accipiat: et presentis vite presidijs gaudeat et future: Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorū. ℟. Amē.

DE ORDINIBVS CONFERENDIS.



Quoniam collatio ordinū ecclesiasticorū: maxime est importātie: Pontifex multa prius considerare debet: et videre ne cui cito manus imponat: iuxta traditionem apostoli: ne vel indignis conferat, vel vitio; suscipientium ordinum dignitas minuatur.

Ordinandorū conditiones et qualitates.

Cōmittat igitur prius examinationem ordinandorum Archidiacono: vel Archipresbytero: p more ecclesie: et illis addat Sacerdotes timoratos, doctos, et prudentes: prout sibi videbitur: vel si placet ipse examinationi intersit.

Examinet vel examinare faciat

Examinentur primo de etate legitima: sufficienti literatura: et morū honestate. Non enim debet quis ad Subdiaconatū ordinari: nisi decimumoctauum: neque ad Diaconatū nisi vigesimum: nec ad Presbyteratum nisi vigesimū quintū sue etatis annū attigerit.

Qua etate debeāt clerici promoueri.

Prima

Quo tempore prima tonsura.

Prima vero tonsura et minores ordines: ante septimum annũ completum dari non debent.

Que sufficientia requiratur ĩ subdiacono ⁊ diacono.

Literatura in subdiaconatu ⁊ diaconatu, mediocris sufficit: vt saltẽ sciat bene ⁊ expedite legere: ⁊ cõpetenter cãtare: det operam grammaticalibus: sciat ordinare officiũ: ⁊ habeat modũ ac ꝯmoditatẽ illud dicendi, ad qđ obligat. Neqȝ debet ordinari, nisi videat, ꝙ officium ꝯmode dicere possit.

Que sufficientia requiratur ĩ sacerdote.

In sacerdote autẽ promouendo, sufficiens literatura requiritur. Sciat grammaticam: presertim si sit secularis: quia illis cura animarum committi solet: que sine literis exerceri non potest.

Examinentur etiam de natalibus: qui.n illegitimi sine dispensatione Apostolica: ad sacros ordines promoueri non possunt. Ad minores tamẽ possunt ex dispensatione sui episcopi ordinari.

De formes nõ debent ordinari.

Discutiendi etiam sunt de integritate membrorũ: ne sit in eis debilitas: deformitas: vel impotẽtia, palpata, ꝯsiderata, ⁊ tota numerata eorꝫ facie: oculis, auribus, naribus, manibus, ⁊ digitis eorum ac pedibus, si opus fuerit discalciatis: ne forte sint lignei: ⁊ denique toto corpore considerato: ne sint gibbosi, torti, vel nimis claudi.

Bigami aut viduarũ mariti nõ possunt ordinari.

Examinentur etiam de integritate carnis: ne sint bigami: aut viduarum mariti.

Nec sine titulo existẽteo.

Itẽ de ordine in quo sunt constituti: ⁊ quãdo: ⁊ a quo illũ receperunt: ac de titulo ad quem sunt ꝑmouendi. Nã ad subdiaconatũ et supra non debet quis promoueri sine titulo alicuius beneficij: vel saltẽ patrimonij sufficientis.

Eps debet exponere ordinãdis quales esse debeant. I. Timo. 3.

Deinde pontifex exponit omnibus quales oporteat esse ordinandos: ꝑ quatuordecim capitula regule apostolice ad timotheũ q̃ vult: vt ordinandus sit irreprehensibilis: nõ plurium vxorũ vir: sobrius: pudicus: ornatus: prudẽs: hospitalis: doctor: non vinolentus: non percussor: sed modestus: non litigiosus: non cupidus: sed domui sue bene prepositus.

Impedimẽta ad promouendũ.

Expõit inſuper crimina: irregularitates ⁊ defectus: quorꝫ quedaꝫ impediũt promouẽdos: quedam vero deiiciunt iam ꝑmotos. quos ipsi tenẽtur ante ordinationẽ suã explicare: maxime illos q executionẽ impediunt: vt sunt excommunicatio: irregularitas: ac oẽ crimen enorme et notorium.

Admonitio ad ordinandos.

Moneat igit eos vt digne accedãt ad ordinationes: puro corde: ⁊ conscientia munda: cõfiteantur peccata sua: ⁊ q ad sacros promouendi sunt, ad communionem se parẽt. curent, vt deinceps ita viuãt, ꝙ possint nõ solũ precesse: sed etiã prodesse: cũ ad hoc eligãtur, vt ceteris presint: ⁊ sicut ꝑeminẽt dignitate: ita ⁊ sanctitate presulgeant. Considerãtes vnusquisqꝫ cõscientiam suam: ⁊ tutius esse in inferiori ministerio cũ bona conscientia Deo seruire: q̃ lesa conscientia ad superiora ꝯscendere.

Aduertat etiã diligenter pon-

tifex cum ordines cōfert: ne in expressione formarū: vel collatione instrumētorū ipsorū ordinū deficiat, frequēter pōtificale respiciat, videatq; de parte in partē, qd sit acturus, mature procedendo. Aduiset ordināndos, & respiciat q instrumēta in qbus caracter imprimitur, tangant. neque cōfidat in ministris, sed & ipse attendat, precipue circa ordinem sacerdotii, q in calice sit vinū cū aqua, & sup patenā hostia. Secretas aūt morose et fortiter dicat, vt ordinati ad sacerdotiū, possit illas cū eo dicere, cū habeāt (nō tñ de substātia) sed ex cōsuetudine concelebrare, et etiā verba cōsecrationis proferre.

Epūscopi diligentia.

Tempora etiam ordinationum diligēter obseruet, quę hęc sunt. Sabbatha i omnib[9] quatuor tēporibus. Sabbathū ante dñicam de passione, & Sabbathū sanctū.

Tēpora ordinationū

Clericat[9], seu pma tōsura, quocūq; die, hora, & loco, conferri pōt.

Minores vero ordines, possūt dari singulis Dominicis, & festiuis diebus, vbicunq;, in mane tamē.

Minores ordines.

Ordinandi omnes, debent in ecclesia se presentare, in habitu & paramētis ordini suo couenientibus, cū cādelis in manu accēsis. Et cū a notario episcopi nomina ti fuerint, respōdeāt, Adsuz dñe. & accedant ad locū ordinationis secundum ordinē descriptionis.

Ordinādi quō se debēt presentare.

Aduertat quoq; pontifex, q si vnus tantū sit p cū ad quēcunq; ordinē promouendus, illū admoneat & alloquatur, non in plurali vt textus dicit, sed in singulari.

Cum vnū ordinat singulariter loquatur.

Aduertēdum est, q si ordinationes fiant in sabbatho ante dominicā de passione, qa vnica tantum dicit lectio. Tonsurę debent fieri immediate post Introituz. & omnes minores post Kyrie el. Subdiaconi vero imediate post Collectā. diaconi post Epistolā. & pbyteri añ vltimū ℣. Tract[9].

Idem seruari potest quandocunq; dātur ordines extra tempora, ex dispēsatione apostolica. Quod si fiat inter Pascha & lxx. pbyteri ordinaut ante ℣. Hala.

Et anteq ad collationē ordinū procedatur, legitur mandatum apostolicū, siue supplicatio, cuius vigore pontifici facultas conceditur ordinandi: quibus lectis, dicit pontifex. Deo gratias. & ad ordinationem procedit.

Si vero sabbatho sancto ordinationes fiant, officium incipitur a prima prophetia, & cōtinuatur put i ordinario, vsq; ad Letaniā. inclusiue, in q dicto vt obsequiū seruitutis nrę. &c. surgit ab accubitu pontifex, & conuersus ad ordinādos, eos benedicit, put post Letaniaz, infra ponitur. Deinde perficitur letania, & pōtifex facit cōfessionē, & dicit. Kyrie eleison. p missa, ordinat ad primā tonsurā. Cū dicit Gloria in excelsis deo. &c. quo dicto, ordinat ad quatuor minores ordines, deīde dicit orationem ordinariam, cum alia pro ordinādis, quibus dictis, ordinat ad subdiaconatū. Cum dicit epistola,

stola, et ea dicta, ordinat diaconos, Dicitur deinde **Haleluiah.** cũ suo versu, ꝛ prima pars tract⁹. quibus dictis, ordinat presbyteros, post quorum ordinationem, dicitur versus **Tractus. Euangeliũ.** ꝛ alia prout in ordinario.

In Sabbathis vero quatuor tempoꝝ, in quib⁹ fiunt ordinationes generales, Clerici, siue prime tõsure, fieri debẽt post **Kyrie el.** Deinde dicta prima lectione, ordinantur **ostiarij.** Post secundã lectionem **Lectores.** Post tertiam **Exorcistę.** Post quartam **Acoliti.** Post quintam **Subdiaconi.** finita epistola **Diaconi.** et demũ ante vltimũ **versum** tract⁹ vel infra octauam pentecostes; ante vltimum **versum prose** (si dicatur) ordinãtur **Presbyteri.**

Quãdo autem pontifex extra missarũ solennia est promoturus aliquos ad Primam tonsurãm, vel ad quatuor minores ordines: sufficit q habeat stolã super rochetum: vel supra superpelliciũ (si est religiosus) ꝛ mitrã simplicẽ. Cũ autẽ est celebraturus, habere debet **sandalia.** et omnia **paramenta** pontificalia: et dicere Psalmum **Quam dilecta. ꝛc.**

Dist. 75. Et qa ex institutione Zepherini pape, ordinationes sacroꝝ ordinum, tẽpore congruo in maiori ecclesia solenniter, ꝛ multis corã astantibus fieri debent, Cũ igitur ordinationes faciẽde sunt, per sacristam seu alium ad quem spectat, preparantur omnia, que necessaria sunt p missa põtificali, ꝛ pro pontifice solenniter celebraturo, vt habet. folio. Et demum cum tẽpus ordinationis instat, hora competenti, pontifex cappa [illegible] indutus, Capellano caudam illius post cũ deferẽte, venit ad ecclesiã vbi ordinationes fieri debent, ꝛ accedens ante altare, genuflexus ibidẽ aliquandiu orat. Deinde vadit ad sedem vbi paramẽta capere consueuit. vel si non sit in ecclesia sua, ad faldistoriũ ad cornu epistolę sibi paratum, vbi sedens accipit oĩa paramẽta pontificalia coloris tempori conuenientis; ꝛ mitrã simplicem dicens. ps. **Quam dilecta.** cum alijs orationes, vt in missa põtificali habetur fol. [illegible] Pontifex sic paratus, baculum pastoralem in sinistra tenens; accedit ad gradus altaris, vbi deposita mitra ꝛ baculo, facta altari reuerẽtia cum profunda capitis inclinatione: facit cum ministris **Confessionem.** Interim cantatur a choro **Introitus.** ꝛ **Kyrie elei.** Finita ↄfessione, pontifex ascendit ad altare illud, in medio osculatur, ꝛ textum euãgelij ad sinistram; incẽsat altare more solito, recipit mitrã, ꝛ reuertitur ad faldistoriũ seu ad sedẽ ad cornu epistolę vbi deposita mitra, ꝛ versa facie ad altare, oblato sibi p ministrũ libro, ex eo legit **Introitũ.** ꝛ **Kyrie el.** quibus dictis sedet cũ mitra, donec perficiatur a choro vltimum **Kyrie eleison.** Quo finito surgit

pontifex, et cum mitra ad faldistorium ante mediũ altaris sibi preparatũ, accedit, et in illo sedet renibus altari versis. Tum archidiaconus vocat omnes ordinandos, dicẽs. Accedant omnes qui ordinandi sunt. Quibus ante altare coram pontifice genuflexis, et in modũ corone dispositis, pontifex sedens cum mitra absoluit eos publice ad cautelã, ab omni vinculo excõmunicationis, et cum eis quatenus secundum deum, et canonicas sanctiones potest, super omni irregularitate dispensat in hac forma, videlicet.

Dominus nr̃ Jesus Christus qui beato Petro aplõ suo collatis clauib᷒ regni celestis dedit potestatem ligandi atq₃ soluẽdi ipse vos absoluat, et nos auctoritate eiusdẽ et ordinaria qua fungimur, absoluimus vos ab omni sentẽtia excõmunicationis, suspẽsionis, et interdicti: et restituimus vos sanctis sacramentis ecclesie, cõmunioni et vnitati fidelium, et dispensam᷒ vobiscum sup irregularitate, siue irregularitatibus, siquã vel siquas cõtraxistis, et habilitamus vos executioni ordinũ, et officiorum vestrorum, iquãtũ de iure nobis cõceditur et permittitur, vt sitis absoluti hic et ante tribunal eiusdẽ domini nostri Jesu Christi, habeatisq₃ vitam eternam, et viuatis in secula seculorũ. Amen. In nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti. Amen. Tunc archidiacon᷒ publice interrogat omnes si sint aliqui, qui forte non sint in fronte cõfirmati, quia non debẽt ad ordinationẽ accedere, nisi pri᷒ cõfirmentur. Et si aliqui cõfirmandi erunt, tunc detractis pontifici annulis et chirotecis, lauat manus: reassumit annulos: et confirmat in fronte, pro vt habetur supra. folio. I. vel si non erunt aliqui cõfirmandi, sedẽs vt prius, palã interdicit ne quis ad susceptionẽ alicuius ordinis accedat, nisi sit descriptus, examinat᷒, approbatus, et nominatus, ne quis furtiue aut per saltum, vel excommunicatus, interdictus, suspẽsus, seu alias a iure prohibit᷒, aut de alia dioceſi natus (nisi legitime de sui episcopi licentia docuerit)

Moneat deinde ordinandos vt non discedant, nisi missa finita, et solemni benedictione per eum data. Quod fieri potest per vnam ex suis sub his verbis videlicet

Reuerendus in Christo pr̃ et dñs, dñs. N. Dei et aplice sedis gratia episcopus. N. sub excommunicationis [illegible] pena, mandat et precipit omnib᷒ et singulis, pro suscipiendis ordinibus hic presentibus, ne quis forsan eorũ irregularis, aut alias a iure vel ab homine excommunicatus, interdictus, suspensus, spurius, infamis, aut alias a iure prohibitus, siue ex aliena dioceſi oriundus, sine licẽtia sui episcopi, aut non descriptus, examinatus, approbatus et nominatus, vllo pacto audeat ad suscipiẽdos ordines

dines accedere. Et q nullus ex ordinatis discedat, nisi missa finita, et benedictione pontificis accepta. Demum ad ordinationem procedat in nomine domini.

DE CLERICO FACIENDO.

Clericus fieri potest etiã extra missarum solennia quocunque die, hora, et loco.

Pro clericis ordinandis, parẽtur forfices pro incidendis capillis, et bacile pro illis imponendis. Et quilibet ordinandorum habere debet suũ superpellicium super brachium sinistrum, et candelam in manu dextra. Et vocantur omnes tonsurãdi nominatim et sigillatim per notarium, et quilibet nominatus respondet. Ad suũ dñe. Quibus ante altare corã pontifice in faldistorio cũ mitra sedẽte genuflexis: pontifex ad eos cõuersus interdicit, ne qs se ad recipiẽdum primã tonsurã ingerat, qui non sit examinatus et approbatus. Quo facto, surgit [illegible] dicit. ℣. Adiutoriũ nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum et terrã. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et vsque in seculum.

Oremus dilectissimi fratres dñm nrm Jesũ Christum, pro his famulis suis, qui ad deponendum comas capitum suorum pro eius amore festinant, vt donet eis spũm sanctũ, q habitũ religionis in eis pp̃etuo cõseruet, et a mundi impedimento ac seculari desiderio corda eorũ defendat, vt sicut immutantur in vultibus, ita dextera manus eius, virtutis tribuat eis incrementa, et ab omni cęcitate spirituali et humana, oculos eorum aperiat, et eternę gratię lumen eis cõcedat. Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate eiusdem spiritus.

Post hęc sedente pontifice, schola inchoat et prosequitur Antiphonam et Psalmum.

Sedet cũ Mitra et scola cãtat añã, et ps.



Tu es domine q restitues hereditatẽ meã mihi,



E v o v a e.

Conserua me domine quoniam speraui in te, dixi domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis q sunt in terra eius, mirificauit oẽs voluntates meas in eis.

Multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorũ per labia mea.

Repetitur tota Aña. Tu es dñe.

Repetit añã post psalmum.

Incepto psalmo pontifex cum forficibus incidit vnicuique extremitates capillorũ in quatuor locis: videlicet, in fronte, in occipitio, et ad vtranq̃ aurẽ, deinde in medio capitis tres crines capillorũ siue cincinos, et in bacile deponit, et qlibet cum tondet dicit.

Incepto ps põtifex icidit sum mitates ca pillorũ in q̃tuor locis.



Quilibet cũ tondet dicit Dñs pars ꝛc.

Dominus pars hereditatis meç ꝛ calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meã mihi.

Oĩb⁹ tonsis pötifex sine mitra stans v̄sus ad eos dicit oionẽ.

Omnibus tonsis, mitra deposita surgit pontifex, ꝛ stans versus ad illos, dicit. Oremus.

Presta q̃s oĩpotens deus, vt hi famuli tui, quoꝝ hodie comas capitũ pro amoꝛe diuino deposuimus, in tua dilectione ppetuo maneãt: ꝛ eos sine macula, gr̃a tua in sempiternũ custodias. Per Christum dñm nr̃m. ℟. Amen.

Dicta oratione schola inchoat añam. ꝛ ps sequẽtes. Incepta añ. pötifex sedet cum mitra.

Tunc schola inchoat ꝛ prosequitur Añam sequentem. Qua incepta pontifex sedet cuꝫ mitra. Añ.



Hi accipient benedictionem a



domino: ꝛ misericordiã a deo sa



lutari suo: quia hec est gene



ra ti o q̃rẽtiũ dñm. Evovae.

Domini est terra ꝛ plenitudo eius: oꝛbis terrarum, ꝛ vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit euꝫ: ꝛ sup flumina pparauit eum.

Quis ascendet in montem dñi: aut quis stabit i loco sancto eius?

Innocens manibus ꝛ mundo coꝛde: q non accepit in vano animam suã, nec iurauit in dolo pꝛoximo suo.

Hic accipiet bñdictioneꝫ a dño: ꝛ misericoꝛdiã a deo salutari suo.

Hec est generatio querentiũ eũ: querentium faciem dei Jacob.

Attollite poꝛtas principes vestras, ꝛ eleuamini poꝛtę ęternales: ꝛ introibit rex glorię.

Quis est iste rex glorię: dñs foꝛtis ꝛ potẽs, dñs potens in pꝛelio.

Attollite poꝛtas pꝛincipes vestras, ꝛ eleuamini poꝛtę ęternales: ꝛ introibit rex glorię.

Quis est iste rex glorię: domin⁹ virtutum ipse est rex glorię.

Gloꝛia patri ꝛ filio: ꝛ spũi sancto.

Sicut erat in pꝛincipio ꝛ nunc ꝛ semper: ꝛ in secula seculoꝝ. amen.

Deinde repetitur tota Antipha.

Hi accipient benedictionem a domino. ꝛc. Qua finita surgit sine mitra pontifex, ꝛ ad altare cõuersus dicit. Oremus. Et ministri dicunt. Flectamus genua: leuate. Et moꝛ ad tonsos genuflexos, versus pontifex, dicit.

Finita añ. pontifex stans sine mitra conuersus ad altare dicit Oremꝰ.

Adesto domine supplicationibus nostris: ꝛ hos famulos tuos bene ✠ dicere dignare: quibus in tuo nomine sancto: habitum

Ministri dicunt flectamꝰ ꝛc. ꝛ ep̃s conuersus ad tonsos genu flexos dicit oꝛonẽ sup eos.

bitum sanctę religionis imponimus: vt te largiẽte, ⁊ deuoti in ecclesia tua persistere: ⁊ vitam percipere mereãtur ęternã. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen.

Tum pontifex sedet cum mitra: ⁊ accipiens in manum superpelliciũ: dicit singulis.

Epũs sedẽs cũ mitra iponit singulis superpelliciũ dicens. Induat ⁊c. idẽ sup singulos repetendo.



Ephe. iiij.

Induat te dñs nouum hominem: qui sm deũ creatus est, in iustitia ⁊ sanctitate veritatis.

Et mox imponit illud seriatim cuilibet: repetẽdo. Induat te. ⁊c. immittens vsq; ad scapulas: ⁊ immediate trahens: si vnum tãtum sit superpellicium: sicq; facit vsq; ad vltimum: qui eo totaliter induitur. Si vero quisque suum superpelliciũ habeat: singuli totaliter induuntur. Quo expedito: sine mitra surgit pontifex: ⁊ versus ad illos dicit. Oremus.

Pontifex stans sine mitra versus ad illos dicit orationem.

Omnipotens sempiterne deus: propitiare peccatis nostris: ⁊ ab omni seruitute secularis habitus: hos famulos tuos emunda: vt dum ignominiam secularis habitus deponunt: tua semper in ęuum gratia perfruantur: ⁊ sicut similitudinem coronę tuę eos gestare facimus in capitibus: sic tua virtute hęreditatem tuam subsequi mereantur ęternam in cordibus. Per dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculoꝝ. ℟. Amen.

Deinde sedet cũ mitra pontifex, ⁊ annũtiat illis qualiter facti sunt de foro ecclesię: ⁊ priuilegia clericalia sortiti sunt. Quodq; caueãt ne propter culpas suas illa perdãt: ⁊ ꝙ habitu honesto, bonisq; moribus ac operibus deo placere studeant. Quod facere poterit: sub his verbis.

Epũs sedet cũ mitra ⁊ admonet illos q̄ sunt de foro ecclesię ⁊ q̄liter viuere debeant.

Filij Charissimi: animaduertere debetis: ꝙ hodie de foro ecclesię facti estis: ⁊ priuilegia clericalia sortiti estis: Cauete igitur: ne ꝑpter culpas vestras illa perdatis: ⁊ habitu honesto: bonisq; moribus ac operibꝰ Deo placere studeatis. Qđ ipse vobis agere ꝯcedat per spũm sctũm suũ. Amẽ.

Tum suggerente Archidiacono: ordinati redeunt ad loca sua.

DE MINORIBVS ORDINIBVS.

Quatuor minores ordines: dari possunt extra missarum solennia: diebꝰ dominicis, ⁊ festiuis: sed in mane tantum. Et omnes quatuor eadem die.

Ordinandi omnes ad quatuor minores ordines: esse debent superpelliciis induti: cum candela in manu dextra.

DE ORDINATIONE OSTIARIORVM.

Pro Ostiarijs ordinandis: parentur claues ecclesie.

Pontifex Clericis ordinatis surgit et cum mitra ad faldistorium seu ad sedem ad cornu epistole, positam reuertitur: vbi deposita mitra, et ad altare cōuersus, oblato sibi libro: cantat primam collectā, deinde sedet: reassumit mitram: et cātatur prima lectio. Interim accedunt duo capellani, cū libro et candela ante pontificem: qui sedens cum mitra: ex eo legit lectionem ipsam. Quibus finitis: surgit pontifex: et cum mitra ad faldistorium ante medium altaris sibi preparatum proficiscitur: et in illo sedet renib' altari vers's. Archidiacon' vocat ordinādos dicens.

Epūs interdicit eis ne quis non examinat' et c. accedat ad ordines.

Accedant qui ordinādi sunt ad officium Ostiariorum. Et mox notari' singulos nominatī legit. Et quilibet respondet Adsum. Omnibus in superpellicijs cū cādelis in manib' corā pontifice genuflexis, interdicit pōtifex publice, sub anathemate: ne qs ad susceptionē illius ordinis se ingerere psumat: q nō fuerit canonice examinatus et approbat', vt s. fo. et nemo ordine vno suscepto, aliū sine licentia recipiat. vt s. Deinde instruit et admonet illos dicens.

Epūs instruit et admonet ostiarios quod sit eorum officium.

Suscepturi filij charissimi officium Ostiariorum: videte que in domo dei agere debeatis: Ostiariū oportet percutere cymbalum et campanam: aperire ecclesiā et sacrarium: et librum aperire ei, qui pdicat. Prouidete igitur ne per negligētiam vestram, illarum rerum, que intra ecclesiā sunt, aliquid depereat: certisque horis domū dei aperiatis fidelibus: et semper claudatis infidelibus. Studete etiam: vt sicut materialibus clauib' ecclesiam visibilē aperitis et clauditis: sic et inuisibilem dei domum: corda scilicet fideliū: dictis et exemplis vestris, claudatis diabolo et apiatis deo: vt diuina verba, que audierint: corde retineant, et opere cōpleant: quod in vobis dominus perficiat per misericordiam suam.

Deinde pontifex claues ecclesie de altari seu manibus ministri recipiens, illas manu dextra tenet, et illis ostendens, dicit.

Claues cō signat.



Sic agite quasi reddituri deo rationē pro his rebus, que his clauibus recluduntur.

Et mox cuilibet eorum ad se accedenti, et manu dextra tangenti, tradit seriatim claues ipsas.

Ordinandus tangit claues. Et in hoc imprimitur character.

Post hec Archidiaconus ducit eos ad Ostiū ecclesie, et facit illos claudere et aperire. Tradit etiam eis funem campanarum, faciens

eos campanas pulsare: deinde illos reducit ad Pontificem: quibus corā pontifice genua flectentibus, stans cum mitra Pontifex versus ad ipsos ordinatos, dicit.

Cum mitra stando.

Deum patrem omnipotentē fratres charissimi suppliciter deprecemur: ut hos famulos suos bene ✠ dicere dignet: quos in officio ostiariorum eligere dignat' est: ut sit eis fidelissima cura in domo dei diebus & noctib', ad distinctionem certarum horarū, ad inuocandum nomen dñi Jesu Christi: adiuuante eodē domino nostro Jesu Christo: qui cū patre & Spiritu sancto viuit & regnat, Deus, Per omnia secula seculorum.

Tum mitra deposita stans Pontifex, & conuersus ad altare, dicit:

Sine mitra.

Oremus. Et ministri subiungūt. Flectamus genua. Leuate. Et statim reuersus ad illos genuflexos, stans sine mitra, dicit.

Domine sancte, pater omnipotēs, eterne deus: bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos in officium Ostiariorum: ut inter Janitores ecclesie tue, tuo pareāt obsequio: & inter electos tuos, partem tue mereātur habere mercedis. Per dñm nrm Jesum Christum filium tuū: q tecū. R. Amē.

Ordinati ad locum suum redeunt.

Post hec ordinati, suggerēte Archidiacono, redeunt ad loca sua.

DE ORDINATIONE LECTORVM.

Pro Lectoribus ordinandis paretur liber lectionum.

Ostiarijs ordinatis, Pontifex reassumpta mitra, accedit ad sedem suam a sinistra parte altaris, idest epistole. Interim cātat primum Graduale. vel primū Halleluiah. si sit infra octauā pentecostes: & Pontifex sedēs cū mitra, oblato sibi libro & candela: legit dictū Graduale. vel Halah. Quib' dictis: surgit deposita mitra: & versus ad altare, cantat secundam collectā. Tum sedet reassumpta mitra: & cātatur secunda lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro & candela ante Pontificē: qui sedens cum mitra ex eo legit lectionē ipsam. Quib' dictis: pontifex reuertitur ad faldistorium ante mediū altaris positum: vbi sedet cum mitra: & lectores vocātur per Archidiaconum hoc modo. Accedant qui ordinandi sunt ad officium lectorum. Et mox nominātur p notarium: vt supra dictū est. Quibus coram Pontifice cū cādelis in manibus genuflexis, Pontifex iterū ponit interdictum publice, sub anathemate: vt supra fol. 3. nequis ad susceptionem ordinis illius se ingerat, qui non est canonice examinatus & approbatus. Deinde admonet eos et instruit dicens.

Post secundam lectionem misse Archidiaconus vocat Lectores.

Admonitio ad ordinandos.

Electi fratres charissimi: vt sitis lectores in domo dei nostri: officium vestrum agnoscite & implete. Potēs est enim deus, vt augeat vobis gratiam perfectionis eterne. Lectorē siquidē oportet legere ea, q predicat: & lectiones

nes cantare: et benedicere panẽ, et omnes fructus nouos. Studete igitur verba dei: videlicet lectiones sacras, distincte, et aperte ad intelligẽtiam et ędificationẽ fidelium absq; omni mẽdacio falsitatis proferre: ne veritas diuinarũ lectionũ incuria vestra ad instructionẽ audiẽtium corrumpatur. Quod autẽ ore legitis, corde credatis: atq; opere cõpleatis: quatenus auditores vestros, verbo pariter et exemplo vestro, docere possitis. Ideoq; dũ legitis, in alto loco ecclesię stetis: vt ab omnibus audiamini, et videamini, figurãtes positione corporali, vos in alto virtutum gradu debere conuersari: quatenus cunctis, a quibus audimini et videmini: cęlestis vitę formam prębeatis: quod in vobis deus impleat per gratiam suam. Deinde Pontifex accipiens et tenens in manibus et eis ostendens codicem siue lectionariũ de quo lecturi sunt, dicit.



Porrigit lectionarium.

Accipite et estote verbi dei relatores: habituri, si fideliter et vtiliter impleueritis officiũ vestrum: partem cum his, qui verbũ dei bene ministrauerũt ab initio.

Et mox successiue cuilibet ad eũ accedenti et manu dextra tangenti tradit librum ipsum tangendũ. Quibus expeditis, illis genuflexis Pontifex stans cum Mitra versus ad eos dicit.

Et in hoc actu imprimitur character huius ordinis.

Oremus dilectissimi Deum patrem omnipotentem: vt super hos famulos suos, quos in ordine lectorum dignatur assumere: bene ✠ dictionem suam clementer infundat: quatenus distincte legantur, quę in Ecclesia dei legenda sunt: et eadem operibus impleantur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium suum: Qui cum eo viuit et regnat in vnitate Spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum.

Stat cum mitra.

Tũ Pontifex mitra deposita stãs cõuersus ad altare dicit Oremus. Et ministri subiungunt Flectamus genua. Leuate. Deinde conuersus ad ordinatos genuflexos dicit sine mitra.

Deponit mitram.

Domine sancte, pater omnipotens, ęterne deus: bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos in officio lectorum: vt assiduitate lectionũ instructi sint atq; ordinati: et agenda dicant: et dicta opere compleãt: vt in vtroq; sanctę ecclesię exẽplo, sanctitatis suę cõsulatur. Per dominum nostrũ Iesum Christum filiũ suum, qui cum eo viuit et regnat in vnitate Spiritus sancti deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Postea suggerente Archidiacono redeunt ordinati ad loca sua.

DE ORDINATIONE EXORCISTARVM.

Pro exorcistis ordinandis paret liber exorcismorū, cuiꝰ loco dari potest Pontificale, vel missale.

Ordinatis lectoribꝰ, epūs reuertitur ad sedē in cornu epl'e, et legit scd'ūz graduale, et dicit tertiam collectam.

Lectoribꝰ ordinatis: pōtifex reassumpta mitra: accedit ad sedem suam ad cornu epistolę: vbi sedens cum mitra: oblato sibi libro et candela: legit scd'ūm Graduale, vel secūdū Alla'lā. si fit infra octauam pentecostes: Interim cantat a choro, ipsum Grad'. vel Alla'lā. Quo finito, surgit pontifex: deposita mitra: et versus ad altare, cantat tertiam collectam. Tum sedet reassumpta mitra: et cantat tertia lectio. Interim accedunt duo capellani cū libro et cādela ante pōtificē: q̄ ex eo legit lectionē ipsam. Quibus dictis reuertitur ad faldistorium ante altare, et sedet cū mitra. Exorcistę vero vocantur ꝑ Archidiaconū modo cōsueto.

Exorcistę vocantur.

Accedant qui ordinandi sunt ad officium Exorcistarū. Et ipsi singulatim nominantur per notarium, vt prius dictum est. Quibꝰ corā Pontifice cū candelis in manibꝰ genuflexis, Pontifex ponit interdictum publice sub anathemate, nequis ad susceptionem ordinis illius se ingerere presumat, qui non fuerit canonice examinatus et approbatus, vt s̄ fo. 3. Deinde admonet et instruit eos dicēs.

Exorcistas genuflexos admonet, et instruit.

Ordinandi fratres in officiū Exorcistarum, debetis noscere quid suscipitis. Exorcistam etenī oportet abijcere dęmones: et dicere populo, vt, qui non communicat det locum: et aquā in ministerio fundere. Accipitis itaqꝫ potestatē imponendi manum super energuminos: et ꝑ impositionem vestrę manus, gratia spiritꝰ sancti, et verbis exorcismi, pellunt spiritus immundi a corporibus obsessis. Studete igitur, vt, sicut a corporibus aliorum dęmones expellitis: ita a mentibus et corporibus vestris omnē immunditiam et nequitiam eijciatis: ne illis succumbatis: quos ab alijs vestro ministerio effugatis. Discite per officium vestrum vitijs imperare: ne in moribus vestris aliquid sui iuris inimicꝰ valeat vēdicare. Tunc etenim recte in alijs dęmonibus imperabitis: cum prius in vobis eorum multimodā nequitiā superatis. Quod vobis dn̄s agere cōcedat per spiritū suum sanctum.

Exorcistarum officium.

Post hęc Pontifex accipiēs et tenēs in manibꝰ librū, ī quo exorcismi scripti sunt: vel pōtificale, siue missale: et eis illum ostēdens, dicit.

Porrexit librum.



Accipite et cōmendate memorię: et habete potestatē imponēdi manꝰ sup energuminos, siue bapti-

baptizatos, siue cathecumenos. Et mox cuilibet appropinquāti sibi, ₇ manu dextra tangēti: tradit successiue librum ipsum. Postea vero omnib⁹ deuote genuflexis, Pontifex cum mitra stans dicit.

Et hoc actu imprimitur character huius ordinis.

Cum mitra.

Oremus patrē omnipotētem fratres charissimi supplices deprecemur: vt hos famulos suos bene ✠ dicere dignet in officium Exorcistarum: vt sint spirituales imperatores ad abijciendos demones de corporibus obsessis cū omni nequitia eorū multiformi: per vnigenitū filium suum dn̄m nr̄m Jesum Christū, Qui secum viuit ₇ regnat deus in vnitate spiritus sancti, p oia secula seculorū. Tum conuersus ad altare deposita mitra dicit Oremus. Et ministri Flectamus genua. Leuate. Et mox conuersus ad ordinandos genuflexos dicit.

Sine mitra.

Domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos in officium Exorcistarū: vt per impositionem manuum suarum: ₇ oris officium, potestatem ₇ imperium habeāt spirituum immundorum, nequitiam per verbū Christi filij tui domini nostri coercendi: atque probabiles sint medici ecclesię tuę gratia curationum: virtuteq₃ celesti cōfirmati. Per eundē dominum nostrum Jesum Christum filium suū, Qui cū eo viuit ₇ regnat. ₇c. ℞. Amē. Post hec suggerente Archidiacono redeunt ad loca sua.

DE ORDINATIONE ACOLITORVM.

Pro Acolitis ordinandis parentur candelabrum cum cereo extincto: ₇ vrceolus vacuus, seu ampulla pro vino, pro sacramento.

Ordinatis Exorcistis, pontifex reuertit ad sedē in cornu eplę, ₇ dicit tertiū Graduale, et quartam orationem, ₇ quartā lectionem, ₇ postea cū mitra reuertit ad mediū altaris, ₇ sedet. ₇c.

Exorcistis ordinatis, pontifex reassumpta mitra: accedit ad sedem suā ad cornu epistolę: vbi sedēs cum mitra: oblato sibi libro ₇ candela: legit tertiū Graduale. vel tertiū Haleluiah. si sit infra octauam pentecostes. Interim a choro cantatur ipsum Graduale. vel Halah. Quo finito: surgit pontifex deposita mitra: ₇ versus ad altare, cātat quartam collectam. Tū sedet reassumpta mitra: ₇ cantatur quarta lectio. Interī accedūt duo capellani cū libro ₇ candela ante Pontificē: q ex eo legit lectionē ipsā. Quib⁹ dictis: Pontifex reuertit ad faldistorium ante altare vbi sedet cū mitra. Acoliti vero vocātur p Archidiaconum Accedāt q ordinandi sunt ad officium Acolitorum. Et mox nominantur per notarium: vt supra.

Acoliti vocātur p archidiaconum.

Quib⁹ corā Pontifice cum cādelis in manibus genuflexis, Pontifex ponit interdictum, ne quis ad susceptionem ordinis illius se ingerat, qui non sit canonice examinatus ₇ approbat⁹: vt supra fo. 3. Deinde admonet et instruit eos cum mitra, ₇ sedens dicit.

Acolitos admonet, ₇ instruit.

Suscepturi charissimi Acolitorum officiū: pensate quod suscipitis. Acolitū etenim oportet

tet ceroferarium ferre: luminaria ecclesię accendere: vinum et aquam ad eucharistiã seu ad ministerium sanguinis Christi ministrare. Studete igitur susceptũ officiũ digne implere. Non enim deo placere poteritis: si lucem deo manibus pręferentes, operibus tenebrarũ inseruiatis: ⁊ per hoc alijs exempla perfidię prębeatis. Sed sicut veritas dicit. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona: ⁊ glorificent patrẽ vestrum, qui in cęlis est. Et sicut apostol⁹ Paulus ait: In medio nationis prauę atque peruersę positi, lucete sicut luminaria in mundo: verbũ vitę continentes. Sint ergo lumbi vestri pręcincti: ⁊ lucernę ardẽtes in manibus vestris: vt filij lucis sitis: Abijciatis opera tenebrarum: ⁊ induamini arma lucis. Fuistis enĩ aliquando tenebrę: nunc autem lux in domino: vt filij lucis ambulate. Quę sit vero ista lux, quę tantopere luceat, Apostolus ipse demonstrat, subdens. Fructus enĩ lucis est: i omni bonitate, iustitia ⁊ veritate. Estote igitur solliciti: in omni iustitia, bonitate, ⁊ veritate: vt ⁊ vos, ⁊ alios, ⁊ dei ecclesiã illumineti: Tũc etenĩ in dei sacrificio digne vinum suggeretis et aquã: si vos ipsi, deo, sacrificiũ per castã vitam ⁊ bona opera oblati fueritis. Quod vobis dominus concedat per misericordiam suã.

Matthei. v.
ad philippenses. ij.
Luce. xij.
Ephe. v.
Ro. xiij.
Ephe. v.
Ephe. v.

Post hęc põtifex accipit ⁊ tradit cuilibet candelabrum cum candela extincta: quod singuli successiue manu dextra tangant communiter omnes: dicẽte pontifice.



Candelabus cum cãdela tradita hoc actu imprimitur character huius ordinis.

Accipite ceroferarium cum cereo: ⁊ sciatis vos ad accendenda ecclesię luminaria mancipatos in nomine domini.

Tunc accipit ⁊ tradit eis vrceolũ vacuum: quem similiter omnes tangere debent successiue dicens communiter omnibus.

Tradit vrceolũ.

Accipite vrceolũ, ad suggerẽdum vinum ⁊ aquã in eucharistiã sanguinis Christi: in nomine dñi.

Postea eis genuflexis permanentibus, pontifex stans cum mitra versus ad eos dicit.

Stat cum mitra.

Deum patrem omnipotentem fratres charissimi suppliciter deprecemur: vt hos famulos suos bene✠dicere dignetur in ordine Acolitorum: quatenus lumẽ visibile manibus pręferentes: lumẽ quoq; spirituale moribus prębeant: adiuuãte domino nostro Jesu Christo: Qui cũ eo ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus: Per omnia secula seculorum.

Cum Pontifex ad altare se conuertens, deposita mitra stans dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus

Pontifi. B

ctamus genua. Leuate.

Et mox pontifex conuersus ad ordinandos genuflexos dicit.

Domine sancte, pater omnipotēs, eterne deus: qui per Jesum Christum filium tuum dominum nostrum, et apostolos eius in hunc mundum lumen claritatis tue misisti: quique, ut mortis nostre antiquū aboleres chirographum: gloriosissime illum crucis vexillo affigi: atque sanguinem et aquam ex latere illius pro salute generis humani effluere voluisti: bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare dignare hos famulos tuos in officium Acolitorum: ut ad accendendum lumen ecclesie tue: et ad suggerendum vinum et aquam ad conficiēdum sanguinem Christi filij tui: in offerenda eucharistia sanctis altaribus tuis fideliter subministrēt. Accende domine mentes eorum et corda, ad amorē gratie tue: ut illuminati vultu splendoris tui, fideliter, tibi in sancta ecclesia tua deseruiāt. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amē. Alia Bñdictio. Oremus.

Collo. ij. — Johā. xix.

Domine sancte, pater omnipotens, eterne deus: qui ad Moysen et Aaron locutus es, ut accenderentur lucerne in tabernaculo testimonij: bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare dignare hos famulos tuos: ut sint acoliti in ecclesia tua. Per Christū dñm nostrū. Amē. Alia Bñdictio. Oremus.

Exo. xxvi. & xxvij.

Omnipotēs sempiterne deus: fons lucis et origo bonitatis: qui per Jesum Christum filium tuum lumen verum, mundum illuminasti: eiusque passionis mysterio redemisti: bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos: quos in officio Acolitorum cōsecramus: poscentes clementiam tuā: ut eorum mentes, et lumine sciētie tue illustres: et pietatis tue rore irriges: ut ita acceptum ministerium te auxiliante peragant: quo ad eternam remunerationem peruenire mereantur. Per eundem Christum dominū nostrum. ℟. Amē.

Post hec suggerente archidiacono ordinati redeunt ad loca sua.

DE SACRIS ORDINIBVS IN GENERE.

Sacri et maiores ordines sunt Subdiaconatus: Diaconatus: et Presbyteratus: ad quos ordinandi omnes debent communicare: unde parētur pro eorum numero hostie parue consecrande.

Ordinādi ad tres superiores ordines debent cōicare, vnde pro eis parentur hostie.

DE ORDINATIONE SVBDIACONI.

Pro ordinatione Subdiaconorum parētur Calix vacuus cum patena superposita: Urceoli cū manutergio, et liber epistolarum.

Acolitis ordinatis: pontifex reassumpta mitra: accedit ad sedem suam ad cornu epistole: ubi sedens cū mitra oblato sibi libro et cādela: legit quartū Graduale. vel quartū Alleluia. si sit infra octauā Pētecostes. Interim a choro can-

cantat ipsum Grad. vel Allel. Quo finito, surgit pontifex: deposita mitra: et versus ad altare: cātat quintam collectā. Tū sedet reassumpta mitra: et cantat quinta lectio. Interim accedunt duo Capellani cum libro: et candela ante Pontificem: qui ex eo legit lectionem ipsam. Quibus dictis: pontifex revertitur ad sedē suam ante mediū altaris: et Archid iaconus versus ad ordinandos: dicit.

Acolitis ordinatis epūs ad sedes suā revertitur i cornu epistole.

Epūs revertit ad mediū altaris et sedet cū mitra: et Archidiaconus vocat ordinandos.

Accedant qui ordinandi sunt Subdiaconi. Et notari⁹ vnumquemque illorum vocat dicens. Iohānes Philippi: ad titulum talis ecclesie. Petrus Michaelis: ad titulū patrimonij sui. Frater Paulus Jacobi professus ordinis N. ad titulum paupertatis. Et sic de alijs: quilibet vocatus dicit: Adsum domine. et accedit versus episcopum.

Debet autē quilibet ordinādo rū in subdiaconū indut⁹ esse amictu, nō tamē sup caput: alba et cingulo: habere manipulū in manu sinistra: tunicellā sup brachio sinistro: et candelā in manu dextra.

Ordinandus in subdiaconum qualiter debeat esse paratus.

Omnib⁹ autē in subdiaconos ordinādis cōpetenti spacio corā pontifice stātibus: pontifex cū mitra sedens admonet eos dicens.

Admonet subdiaconos.

Fratres dilectissimi ad sacrū Subdiaconat⁹ ordinē promouēdi: iterum atq; iterum considerare debetis attente: quod onus hodie vltro appetitis. Hactenus eni; liberi estis: licetq; vobis pro arbitrio ad secularia vota transire: q̄ si hunc ordinem susceperitis: amplius non licebit a proposito resilire: sed deo, cui seruire regnare est, perpetuo famulari: et castitatē illo adiuuante seruare oportebit: atq; in ecclesie ministerio semper esse mancipatos. Proinde, dū tēpus est, cogitate: et si in sancto p̄posito perseuerare placet: i nomine dñi huc accedite.

Illis tūc accedētibus et corā pontifice genuflexis pontifex interdicit omnibus sub pena anathematis: ne quis ingerat se susceptioni ordinis: nisi sit ad hoc canonice examinatus: admissus: approbatus: descriptus, et nominatus vt supra fo. 3. Tunc Archidiaconus vocat ceteros ordinandos dicēs.

Accedant qui ordinandi sunt et Diaconi et presbyteri. Quibus accedētibus, Archidiaconus ordinat eos videlicet Diaconādos paratos amictu, alba, cingulo, et manipulo, stolā in manu sinistra: et dalmaticā super brachium sinistrum, et cādelam in manu dextra tenentes cōtra cornu epistole altaris: faciebus altari versis: et Presbyterandos paratos amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, in modum Diaconi: casulā siue planetā super brachium sinistrū: et panniculum siue mappulam albam in sinistra: et candelam in manu dextra tenentes contra faciē pontificis ac medium altaris: facieb⁹ similiter altari versis: Quibus sic ordinatis: pontifex mitram in capite tenens: accumbit super faldistorio.

Ordinādi debēt esse parati.

Epūs cum mitra procumbit super faldistoriū et dicit litanias.

distorium in superiori gradu siue plano altaris paratū, ꝛ oēs ordinandi in locis suis super tapetia prosternuntur ad terrā: ministri vero ꝛ alij astantes genuflectunt: ꝛ schola inchoat litaniam, choro respondente. Uel si officium fiat sine cātu: pontifex dicit. ministris et Capellanis respondentibus.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de celis deus, miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus, miserere nobis.
Spiritus sancte deus, miserere nobis.
Sancta trinitas vnus deus, miserere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, or
Sancta Uirgo virginum or
Sancte Michael or
Sancte Gabriel or
Sancte Raphael or
Omnes sancti beatorum spirituum ordines: orate.
Omnes sancti angeli ꝛ archangeli: orate.
Sancte Johānes baptista ora.
Omnes sancti patriarche ꝛ prophete orate.
Sancte Petre or
Sancte Paule or
Sancte Andrea or
Sancte Jacobe or
Sancte Johannes or
Sancte Luca or
Sancte Marce or
Omnes sancti apostoli ꝛ euangeliste: or
Omnes sancti discipuli domini: orate
Omnes sancti innocētes: orate.
Sancte Stephane or
Sancte Laurenti or
Sancte Uincenti or
Sancte Fabiane or
Sancte Sebastiane or
Sancti Cosma ꝛ Damiane: orate.
Sancti Geruasi ꝛ Prothasi: orate.
Omnes sancti martyres: orate.
Sancte Syluester or
Sancte Gregori or
Sancte Ambrosi or
Sancte Augustine or
Sancte Hieronyme or
Sancte Martine or
Sancte Nicolae or
Omnes sancti pontifices ꝛ confessores: orate.
Omnes sancti doctores: orate.
Sancte Benedicte or
Sancte Bernarde or
Sancte Antoni or
Sancte Dominice or
Sancte Francisce or
Omnes sancti monachi et eremite: orate.
Omnes sancti sacerdotes ꝛ leuite: orate.
Sancta Maria magdalena or
Sancta Agatha or
Sancta Lucia or
Sancta Cecilia or
Sancta Catherina or
Sancta Agnes or

San-

Sancta Margarita or
Sancta Elisabeth or
Omnes sancte virgines et vidue: orate.
Omnes sancti et sancte dei orate.
Propitius esto: parce nobis domine.
Propitius esto: exaudi nos domine.
Ab omni malo: libera nos dne.
Ab ira et odio et omni mala voluntate: libera nos domine.
Ab insidiis diaboli: libera nos domine.
A fulgure et tempestate: libera n.d.
A peste, fame, et bello. lib. nos do.
A morte perpetua: libera nos domine.
Per mysterium sancte incarnationis tue: libera nos domine.
Per adventum tuu: li. nos dne.
Per nativitatem tuam: libera nos domine.
Per baptismum et sanctum ieiunium tuu: libera nos domine.
Per crucem et passionem tuam: libera nos domine.
Per mortem et sepulturam tuam: libera nos domine.
Per gloriosam resurrectionem tuam: libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuam: libera nos domine.
Per adventu spiritus sancti paracleti: libera nos domine.
In die iudicii: libera nos dne.
Peccatores te rogam⁹ audi nos.
Ut nobis parcas: te ro.
Ut nobis indulgeas: te ro.
Ut pacem nobis dones: te ro.
Ut ecclesia tua sancta regere: defendere et coservare digne. te.
Ut domnum apostolicum, et omnes ecclesiasticos ordines, in sancta religione conservare digneris: te rogamus.
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio conservare digneris: te rogamus audi nos.
Ut regibus et principibus christianis, pacem, et veram concordiam largiri digneris: te ro.
Ut cunctum populum christianum, pretioso sanguine tuo redemptum, conservare digneris: te rogamus audi nos.
Ut mentes nostras ad celestia desideria erigas: te rogamus.
Ut animas nostras et parentum nostrorum, ab eterna damnatione eripias: te rogamus.
Ut omnibus benefactoribus nostris, sempiterna bona retribuas: te rogamus audi nos.
Ut omnibus fidelibus vivis et defunctis, vitam et requiem eternam concedere digneris: te ro.
Ut obsequium servitutis nostre tibi rationabile facias: te roga.

Hic datur benedictio: sanctificatio: et consecratio per pontificem rebus consecrandis: vt infra in locis propriis dicetur.

Hoc loco interpo... ...rea ... pontifices ... cu mitra.

Ut nos exaudire digneris: te rogamus audi nos.
Fili dei: te rogamus audi nos.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi: parce nobis domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi: exaudi nos domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Postquam autem dictum fuerit in litania.
Ut obsequium servitutis nostre tibi rationabile facias. ℟. Te rogamus audi nos.
Surgit pontifex cum mitra ab accubitu: et se ad ordinandos vertens, et baculum pastoralem in sinistra manu tenens, ordinandis prostratis manentibus, dicit.

Dic cum mitra et pastorali dicit.

Ut hos electos bene ✠ dicere digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Secundo dicit.
Ut hos electos bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Tertio dicit.
Ut hos electos bene ✠ dicere sancti ✠ ficare et conse ✠ crare digneris. ℟. Te rogamus audi nos.

Pontifex iterum recumbit.

Tunc iterum super faldistorium accumbit et schola perficiente litaniam. Ut nos exaudire digneris. usque ad finem.

Finitis litaniis pontifex cum mitra sedet super faldistorium ante medium altaris.

Qua finita: pontifex ab accubitu surgens cum mitra: sedet super faldistorium ante medium altaris: et Archidiaconus dicit alta voce.

DE ORDINATIONE SVBDIACONI.

Recedant in parte: qui ordinandi sunt diaconi et presbyteri. Quibus ad aliquem locum idoneum unde pontificem celebrantem videre possint transeuntibus: ad ordinationem subdiaconorum qui in presbyterio remanserunt, proceditur. Illis namque coram pontifice per ordinem in modum corone genuflexis: pontifex eos instruit et admonet, dicens.

Admonet subdiaconos genuflexos.

Adepturi fratres charissimi officium subdiaconatus sedulo attendite: quale ministerium vobis traditur. Subdiaconum enim oportet aquam ad ministerium altaris preparare, Diacono ministrare: pallas altaris et corporalia abluere: calicem et patenam in usum sacrificii eidem offerre. Oblationes, que veniunt in altari, panes propositionis vocantur: de ipsis oblationibus tantum debet poni in altari: quantum possit populo sufficere: ne aliquid putredinis in sacrario remaneat. Palle, que sunt in substratorio altaris, in alio vase debent lavari: et in alio corporales palle. Ubi autem corporales palle lote fuerint: nullum aliud linteamen debet lavari: ipsaque lotionis aqua in baptisterium debet mergi. Studete itaque, ut ista visibilia ministeria, que diximus: nitide et diligentissime complentes, invisibilia horum exemplo perficiatis. Altare quidem sancte ecclesie: ipse est Christus, teste Joanne: qui in Apocalypsi sua, altare aureum se vidisse perhibet stare ante thronum: in quo, et per quem, oblationes fidelium deo patri consecrantur. Cuius altaris palle, et corporalia sunt membra

Officium subdiaconi.

Apo. viii.

Isa. lix. — Ps. xcij. — Apoc. j.

bra Christi: scilicet fideles dei: quibus dominus quasi vestimentis preciosis circundatur: vt ait psalmista. Dominus regnauit decorem indutus est. Beatus quoque Johannes in Apocalypsi, vidit filium hominis precinctum zona aurea: id est sanctorum caterua. Si itaque humana fragilitate contingat in aliquo fideles maculari: prebenda est a nobis aqua celestis doctrine: qua purificati: ad ornamētum altaris: et cultū diuini sacrificij redeant. Estote ergo tales, qui sacrificijs diuinis et ecclesie dei: hoc est corpori Christi digne seruire valeatis: in vera et catholica fide fūdati: quoniam, vt ait apostolus: Omne quod nō est ex fide peccatum est: schismaticum est: et extra vnitatem ecclesie est. Et ideo, si vsque nunc fuistis tardi ad ecclesiam: amodo debetis esse assidui. Si vsque nunc somnolenti: amodo vigiles. Si vsque nunc ebriosi: amodo sobrij. Si vsque nunc inhonesti: amodo casti. Quod ipse vobis prestare dignetur, qui viuit et regnat deus in secula seculorum.

Quales esse debēt subdiaconi. — Ro. xiiij.

Traditio calicis et reliqua.

Deinde pontifex de manu ministri accipit et tradit cuilibet successiue calicem vacuum cum patena superposita. Et Archidiaconus vrceolos cum vino, et aqua: ac bacile cū manutergio: que omnia singulatim ordinādi manibus tangunt: primo calicem: deinde alia: et iterum vt prius genuflectunt. Quo facto, pontifex dicit.



Videte cuiusmodi ministerium vobis traditur. Ideo vos admoneo: vt ita vos exhibeatis, ꝙ deo placere possitis.

Postea surgit pontifex, et versus ad populū stans cum mitra dicit.

Stans cū mitra dicit.

Oremus deum patrem ac dominum nostrū fratres charissimi, vt super hos seruos suos, quos ad Subdiaconatus officium vocare dignatus est: infundat benedictionem suam et gratiam: vt in conspectu eius fideliter seruientes: predestinata sanctis premia consequantur. Adiuuante domino nostro Jesu Christo: qui cum eo et spiritu sancto viuit et regnat deus: Per omnia secula seculorum.

Sine mitra ad altare conuersus dicit.

Tum deposita mitra conuersus ad altare pōtifex, dicit. Oremus. *Et ministri.* Flectamus genua. Leuate. *Et mox pontifex versus ad ordinandos genuflexos dicit sine mitra.*

Domine sancte, pater omnipotens, eterne deus: bene✠dicere dignare hos famulos tuos: quos ad Subdiaconatus officium eligere dignatus es: vt eos in sacrario tuo sancto strenuos soli-

solicitosque cęlestis militię insti/tuas excubitores: sanctisq; altari bus tuis fideliter subministrent: et requiescat super eos spiritus sa/pientię et intellectus: spiritus cō/silij et fortitudinis: spiritus sciētię et pietatis: et repleas eos spiritu ti/moris tui: et eos in ministerio diui no cōfirmes: vt obediētes facto: atq; dicto parentes: tuam gratiā cōsequantur. Per dñm nrm Je/sum Christū filiū tuum: qui tecū viuit et regnat in vnitate eiusdē. spirit⁹ scti de⁹: Per. etc. ℟. Amē.

sedet cum mitra et amictū cuilibet super caput im/ponit di/cens.

Tum pontifex sedens accepta mi tra: amictum qui in collo ordi/dandorum iacet, imponit super caput singulis dicens.

Accipe amictum per quē de/signatur castigatio vocis. In no/mine patris, et filij, et spiritus scti.

Manipu/lum impo/nit brachio sinistro.

Tum immittit in sinistro brachio manipulum cuilibet dicens.

Accipe manipulū per quem designantur fructus bono/rum operum. In nomine patris, et filij, et spiritus sancti Amen.

Imponit cuilibet tu/nicellam.

Post hęc induit quemlibet tuni/ca: et si tantum vnica fit: immittit illam cuilibet solū vsq; ad scapu/las: ac retrahens: eam posteriori totaliter induit, dicens cuilibet

Isaie.lxi.

Induat te dñs vestimēto sa/lutis: et tunica iustitię: In no mine patris, et filij, et spiritus scti.

dat librum epistolarū singulis.

Postea accipit et tradit omnibus librum epistolarū manu dextra: ipsum simul tangentibus dicens.

Accipite librum epistolarū: et habete potestatē legendi eas in ecclesia sancta dei: tam pro viuis q̄ pro defunctis. In nomi/ne patris, et filij, et spiritus sancti.

Omnibus expeditis suggeren/te Archidiacono, ordinati rede/unt ad loca sua: vnus tamen de nouiter ordinatis, tunica indu/tus: dicet epistolam suo tempore.

DE ORDINATIONE DIACONI.

Subdiaconis ordina/tis, pontifex reassumpta mitra: accedit ad sedem suam ad cornu epistolę: vbi sedens cum mitra: oblato sibi libro et cādela: legit Tractū. Be nedictus es. vel Halleluiah. cum versu Benedictus es. secundū missale romanū: vel alio versu q post idē Hallah. sequitr sm more ecclesię vbi fit ordinatio. Interī cantatur a choro dictus Tract⁹. vel Hallah. cū suo versu vt supra

Ordinatis subdiacon. epūs ac/cedit ad cornu epi/stolę super sedē suam et cantat tractum.

Quo finito surgit pōtifex: depo/sita mitra: et versus ad altare, dicit in competēti tono Gloria in ex/celsis deo. (si sit infra octauā pen tecostes) quod dum a choro per/ficitur: sedet cum mitra Quo fini to: deposita mitra surgit, et versus ad populū, dicit. Pax vobis. vel Dñs vobiscū. si Gloria in excel sis. non sit dicendum. et conuer/sus ad altare cantat orationem missę diei cum oratione pro ordi/natis et ordinandis: sub vno Per dominum. videlicet Oratio.

Post ora/tionē missę diei dicit oratio pro ordinādis.

Exaudi quęsumus domine supplicum preces: et deuoto tibi

tibi pectore famulátes: perpetua defensione custodi: vt nullis persecutionibus impediti: liberá seruitutem tuis semper exhibeam⁹ officijs. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuu3. rc.

Finita orone: sedet pótifex reassumpta mitra: r oblato sibi libro r candela: legit epistolá. Interim per vnū ex subdiaconis nouiter ordinatis: cátatur epistola. Qua finita surgit pótifex: r accedit ad faldistoriu3 ante altare cū mitra: r ibi sedet. Promouendi vero ad ordinem diaconatus: per Archidiaconum vocantur.

accedit ad mediū altaris cum mitra r sedet vocantur ordinandi.

Accedát q ordinádi sunt ad diaconatum. Et mox singulatim nominátur per notariū: nulla tamē facta métione de titulo. Eis igit Amictu: alba: cingulo: r manipulo paratis: ac stolam in sinistra et candelam in dextra manibus: ac dalmaticá sup brachiū sinistrum tenentibus: r in modum corone in presbyterio coram pontifice dispositis r genuflexis: ponitur interdictū: nequis sub pena excommunicationis se ingerat ad suscipiédum illū ordinem, nisi qui fuerit canonice examinatus: approbatus, descriptus, r nominatus: vt supra fol. 3. Tum Archidiaconus offerens illos pontifici dicit.

Archidiaconus offert ordinādos ad diaconatū episcopo.

Reuerende pater, postulat sancta mater ecclesia catholica, vt hos presentes subdiaconos: ad onus diaconij ordinetis.

Pontifex interrogat dicens.

Interrogat de eorum sufficientia.

Scis illos dignos esse? Respódet Archidiaconus. Quantum humana fragilitas nosse sinit, Et scio, r testificor ipsos dignos esse ad huius onus officij.

Et pontifex dicit. Deo gratias. r ad eor ordinationem procedit. In primis Pontifex cum mitra sedens, clero annunciat, dicens.

Sedet cū mitra.

Auxiliáte dño deo saluatore nřo Jesu Christo: elegimus hos presentes subdiaconos ad ordiné diaconij. Siquis habet aliquid cótra illos: p deo r propter deū, cū fiducia exeat, r dicat: verū tamen memor sit códitionis sue.

Et facta aliquali mora: cōuertens sermoné suū ad ordinádos, pontifex instruit r admonet eos dicés.

Epō facta aliqua mora prosequitur.

Prouehendi dilectissimi filij ad leuiticum ordinem: cogitate magnopere: ad quantū gradum Ecclesie ascenditis. Diaconum enim oportet ministrare ad altare: baptizare, r predicare. Sané in veteri lege ex duodeci3 vna trib⁹ Leui electa est: que speciali deuotione tabernaculo dei: eiusq3 sacrificijs ritu perpetuo deseruiret. Tantaque dignitas ipsi concessa est: vt nullus, nisi ex eius stirpe, ad diuinu3 illum cultum atq3 officium ministraturus assurgeret: adeo, vt grandi quodam priuilegio hereditatis: r tribus domini esse mereretur, et dici: quorum hodie charissimi filij, r nomé r officium tenetis: quia in ministerium tabernaculi testimonij: idest ecclesie dei: eligimini in leuitico officio: que semper in procin

Officia diaconi.

Num. 3.

Diaconi tenét locū leuitarū.

ctu

ctu posita, incessabili pugna contra inimicos dimicat: vnde ait Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: sed aduersus principes et potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritualia nequitię tela in cęlestibus. Quam ecclesiam dei veluti tabernaculum portare et munire debetis: ornatu sancto: predicatu diuino: exemplo perfecto. Leui quippe interpretatur additus siue assumptus: Et vos filij, qui ab hereditate paterna nomen accipitis: estote assumpti a carnalibus desiderijs: a terrenis concupiscentijs, quę militant aduersus animā: estote nitidi: mundi: puri: casti: sicut decet ministros Christi et dispensatores mysteriorum dei: vt digne addamini ad numerū ecclesiastici gradus: vt hereditas et tribus amabilis domini esse mereamini. Et quia comministri et cooperatores estis corporis et sanguinis domini: estote ab omni illecebra carnis alieni. Sicut ait scriptura: Mūdamini, qui fertis vasa domini. Cogitate beatū Stephanum: merito precipuę castitatis ab apostolis ad officiū istud electum. Curate, vt quibus euangeliū ore annunciatis: viuis operibus exponatis: vt de vobis dicatur: Beati pedes euangelizātiū pacem: euangelizantiū bona: Habete pedes vestros calciatos sanctorum exēplis in preparatione euangelij pacis. Quod vobis

Ephe. vi.
Quales debēt esse diaconi.
i. Petr iij.
i. Cor. iiij.
i. Cor. iiij.
Isai. lij.
Actu. vij.
Rom. j. Ro. x.
Ephe. vj.

dñs concedat per gratiam suam.

Deinde si nō sint ordinati Subdiaconi ordinandi omnes prosternuntur vbi genuflectebāt: et pontifice ante faldistoriū suū genuflectente dicunt litanię: et ordinādi p pōtificē benedicunt, put supra in ordinatione subdiaconi dictū est. Post hęc ordinādis ab accubitu surgētibus: tamē genuflexis manētibus: pontifex sedēs in faldistorio cum mitra: intelligibili voce alloquitur populum dicēs.

Eps sedēs cū mitra populum alloquit.

Ommune votū communis oratio prosequatur: vt hi, qui totius ecclesię prece ad Diaconatus ministeriū preparantur: leuiticę benedictionis ordine clarescant: et spirituali conuersatione prefulgentes, gratia sanctificationis elucescant: prestante domino nostro Jesu Christo: qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus in secula seculorum.

Deinde surgens cum mitra, pontifex stans versus ad ordinādos: dicit, alta voce legendo.

Eps stans cū mitra versus ad ordinādos dicit alta voce.

Oremus dilectissimi deū patrem omnipotentem, vt super hos famulos suos, quos ad sacrum ordinem Diaconatus assumere dignatus est: benedictionis suę gratiam clementer effundat: eisq₃ consecrationis indultę propitius dona conseruet: et preces nostras clementer exaudiat: vt, quę nostro gerenda sunt ministerio: suo benigno prosequatur auxilio: et quos Sacris mysterijs exequēdis pro nostra intelligentia

tia credimus offerendos: sibi faciat esse gratos: ⁊ sua benedictione sanctificet ⁊ cõfirmet: vt prędestinata sanctis pręmia consequantur. Per vnigenitum filium suū dominum nostrum Jesum Christum: qui cum eo ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus, ...

Sine mitra.

Deinde deposita mitra, extensis manibus ante pectus dicit.






dominū nostrum sempiterna
prouidētia preparās: ꝛ singulis
quibusqꝫ tēporibus aptāda di/
spensas. Cuius corpus ecclesiā
videlicet tuā cęlestiū gratiarū
varietate distinctam, suorūqꝫ
connexaꝫ distinctione mēbro/
rum: per legem mirabilem to/
tius cōpaginis vnitā in aug/
mētum templi tui crescere di/
latariqꝫ largiris: sacri mune/
ris seruitutem trinis gradi/
bus ministrorum nomini tuo
militare constituens: electis
ab initio Leui filijs, qui in my/
sticis operationibus domus
tuę fidelibus excubijs per/
manentes, hereditatem bene/
dictionis ęternę sorte per
petua possiderent. Super
hos

hos quoq; famulos tuos q̃sumus domine placatus intende: quos tuis sacris altaribus seruituros in officium diaconatus suppliciter dedicamus. Et nos quidē tanq̃ homines diuini sensus ⁊ summe rationis ignari: horu3 vitā quātū possumus existimamus: Te autem domine que nobis sunt ignota nō trāseunt: te occulta non fallunt. Tu cognitor secretorum: ⁊ scrutator es cordium. Tu horu3 vitā celesti poteris examinare iudicio: quo semp preuales ⁊ ad missa purgare ⁊ ea q̃ sūt agēda cōcedere.

Hic solus pontifex manū dextrā extendens: ponit sup caput cuiuslibet ordinando. Et nullus alius. quia nō ad sacerdotiū: sed ad ministeriū ꝯsecrātur, dicēs singulis.

Accipe spiritum sanctum: ad robur ⁊ ad resistendum diabolo et tentationib9 eius in nomine dñi.

Postea prosequitur in primo tono: extensam tenens manum dextram: vsq; in finem prefationis.

Emitte in eos quęsumus do-
mine spiritum sanctum: quo in
opus ministerij tui fideliter
exequendi septiformis gra-
tię tuę munere roborentur.
Abundet in eis totius for-
ma virtutis: auctoritas: mode-
stia: pudor constans: innocen-
tię puritas: et spiritualis obser-
uantia disciplinę. In moribus
eorum precepta tua fulgeant:
et suę castitatis exemplo imita-
tionem sancta plebs acquirat:
et bonum conscientię testimo-
niū preferentes: in Christo fir-
mi et stabiles perseuerent: di-
gnisq; successibus de inferio-
ri gradu per gratiam tuā po-
tiora capere mereantur.

Quod sequitur dicit plane legēdo ita tā quod a circunstātib' possit audiri.

Dicit voce demissa quod sequitur.

Per eundē dnm nostrū Jesum Christū filiū tuum: qui tecū viuit.

Post

Sedēs cū mitra imponit sup sinistrum humerū stolam.

Post hęc pontifex sedens cū mitra cuilibet ordinando ante se genuflexo, stolam, quā singuli in manu habēt imponit successiue sup humerū sinistrū: dicens singulis.

Accipe stolam ✠ candidam de manu dei: imple ministerium tuum: potens enim est dñs vt augeat tibi gratiā suam. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorū.

Faciens sup quēlibet eorū signū crucis: ⁊ ministri reflectent capita stolę, ⁊ alligēt sub brachio dextro.

Induit eū dalmatica.

Post hęc pontifex accipiens dalmaticā, induit ea quemlibet successiue vsq ad humeros: mox eā retrahēdo vsq ad vltimū quē ea totaliter induit: ⁊ hoc si vna tantum sit dalmatica. Si vero quilibet suā habet: tunc singulos sua totaliter induit dicens cuilibet.

Tradit librū euangelij.

Induat te dñs vestimēto salutis: ⁊ circundet te semper indumēto lętitię. In nomine dñi.

Postremo pōtifex tenēs librum euangeliorū tradit illū cōiter omnibus corā se genuflexis: ⁊ manu dextra simul ipsū tangentibus dicēs.

Et in hoc actu imprimitur character huius ordinis.



Accipite potestatem legendi euangelium in ecclesia Dei, tā pro viuis quā pro defunctis, In noīe dñi. Quo facto: pōtifex stās: ad altare ↄuersus dicit sine mitra.

Stās sine mitra ad ad altare cōuersus dicit. Oremus: ⁊ se vertit ad ordiatos.

Oremus. ⁊ ministri Flectamus ge. Le. ⁊ pōtēs se ad ordinatos: dicit.

Exaudi dñe preces nostras: ⁊ super hos famulos tuos spiritum tuę bene ✠ dictionis in funde: vt cęlesti munere ditati: ⁊ tuę maiestatis gratiam possint acquirere: ⁊ bene viuēdi alijs exemplū prębere. Per Christū dominum nostrū. ℟. Amē. Oremus.

Domine sancte: pater spei: fidei: gratię: ⁊ profectuum remunerator: qui in cęlestibus ⁊ terrenis angelorum ministerijs vbique dispositis, per omnia clementia voluntatis tuę diffundis effectum: hos quoq famulos tuos spiritali dignare illustrare effectu: vt tuis obsequijs expediti: sanctis altaribus tuis ministraturi, puri accedant: ⁊ indulgentia tua puriores: eo gradu, quo apostoli tui in septenario numero beatum Stephanum ducem ac pręuium spiritu sancto auctore elegerunt, digni existant: ac virtutibus vniuersis, quibus tibi seruire oportet instructi, tibi complaceant, Per dominū nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Act. vj.

Deinde cū tēpus fuerit aliquis de nouiter ordinatis: dalmatica indutus: euangelium dicit. Ordinati autem statim suggerēte Archidiacono redeunt ad loca sua.

Unus de nouiter ordinatis dicit euāgelium tempore suo.

De

DE ORDINATIONE PRESBYTERI.

Pro ordinatione presbyterorum parentur oleum Cathecumenorum: calix cum vino et aqua: patena et hostia desuper posita: medulla panis: et bacile cum bucali pro manibus abluendis: quas singuli ad suas mappulas extergunt.

Diaconis ordinatis: pontifex ad sedendum in sede sua in plano iuxta cornu epistole accedit: et cantatur Tractus. vsq; ad vltimum versum exclusiue: vel si sit infra octauam Pentecostes: Graduale siue Tractus. Et si placet Prosa siue Sequentia. vsq; ad vltimum versum exclusiue. Interim accedunt duo capellani cum libro et candela: ante pontificem qui ex eo legit ipsum Grad. siue Tractum vel Prosam siue Sequentiam vsq; ad vltimum versum exclusiue. Deinde procedit ad ordinationem Presbyterorum. Pontifex cum mitra reuertitur ante altare: vbi sedet super faldistorium. Tunc Archidiaconus vocat ordinandos voce intelligibili dicens.

Dicit graduale vel tractum.

Procedit cum mitra ad medium altaris.

Accedant qui ordinandi sunt ad ordinem Presbyteratus.

Et mox nominatim leguntur per notarium prout supra dictum est: nulla tamen de titulo facta mentione. Tunc illi more Diaconorum parati: amictu: alba: cinctorio: stola: et manipulo: tenentes planetas super brachia complicatas: et in manibus candelas ac mappulas albas pro ligandis manibus: ad ordinatorem accedunt: et coram eo se in modum corone disponunt.



Omnibus ergo ordine dispositis et genuflexis, ponitur interdictum: ne quis sub excommunicationis pena ad suscipiendum illum ordinem se ingerat: nisi ad hoc sit canonice examinatus: admissus: approbatus: descriptus: et nominatus. vt s. fol. 3. Tunc Archidiaconus presentat ordinandos pontifici dicens.

Archidiaconus presentat ordinandos.

Reuerende pater: Postulat sancta mater ecclesia catholica: vt hos presentes Diaconos ad onus Presbyterij ordinetis. Et Pontifex interrogat dicens. Scis illos esse dignos? Respondet Archidiaconus. Quantum humana fragilitas nosse sinit: et scio, et testificor ipsos dignos esse ad huius onus officij. Pontifex dicit. Deo gratias. Tum legendo annunciat clero et populo iuxta statutum Carthaginensis concilij: sedens cum mitra: et dicens.

Annunciat clero et populo: si quis habet aliquid contra ordinandos.

Quoniam dilectissimi fratres: rectori nauis et nauigio deferendis eadem est vel securitatis ratio: vel communis timoris: par eorum debet esse sententia: quorum

rum causa cõmunis existit. Neq; enim fuit frustra a patribus institutum: vt de electione illorũ, qui ad regimé altaris adhibédi sunt consulatur etiã populus: quia de vita et conuersatione presentandi: quod nonnunquam ignoratur a pluribus: scitur a paucis: & necesse est, & facilius ei, quis obediétiam exhibeat ordinato: cui assensum prebuerit ordinando. Horum siquidem Diaconorũ in Presbyteros (auxiliãte domino) ordinãdorum conuersatio (quantum mihi videtur) pbata & deo placita existit: & digna (vt arbitror) ecclesiastici honoris augmento. Sed ne vnum fortasse vel paucos, aut decipiat assensio, vel fallat affectio: sententia est expetenda multorũ. Itaque, quid de eorum actibus aut moribus noueritis: quid de merito sentiatis: libera voce pandatis: & his, testimonium sacerdotij, magis pro merito, q̃ affectione aliqua tribuatis. Si quis igitur habet aliquid contra illos: pro deo, & propter deum, cum fiducia exeat, et dicat. Veruntamen memor sit conditionis sue. Postea pontifex tacita aliqua mora, conuertens sermoné suũ ad ordinandos: instruit, & admonet eos dicẽs:

Instruit ordinãdos.

Consecrãdi fratres charissimi in Presbyteratus officiũ: illud digne suscipere: atq; susceptum laudabiliter exequi studeatis. Sacerdotem etenim oportet offerre: benedicere: preesse: predicare & baptizare. Cũ magno qppe timore ad tantum gradum ascendédum est: atq; prouidendũ: vt celestis sapiẽtia, probi mores, & diuturna iustitie obseruatio, ad id electos cõmendét. Unde dominus precipiens Moysi: vt septuaginta viros de vniuerso Israel in adiutorium suũ eligeret: quibus spiritus sancti dona diuideret: suggessit: quos tu nosti: qui senes populi sunt. Uos siquidé in septuaginta viris & senibus signati estis: si per spiritum septiformem decalogum legis custodientes: probi & maturi in sciẽtia similiter & opere eritis: Sub eodem quoq; mysterio & eadem figura in nouo testamento dñs septuagintaduos elegit: atq; binos ante se in predicationem misit: vt doceret verbo simul et facto: ministros ecclesie sue, fide & opere debere esse perfectos: seu gemine dilectionis dei scilicet & proximi virtute fundatos: Tales itaq; esse studeatis: vt in adiutoriũ Moysi & duodecim apostolorum: episcoporum videlicet catholicorũ: qui per Moysen & apostolos figurantur: digne p gratiam Dei eligi valeatis. Hac certe mira varietate, ecclesia sancta circundatur, ornatur, & regitur: cũ alij in ea pontifices: alij minores ordinis Sacerdotes: Diaconi & Subdiaconi diuersorũ ordinũ viri cõsecrantur: & ex multis & alterne dignitatis mẽbris, vnũ corpus Christi efficitur. Itaque dilectissimi fratres: quos ad nostrum adiutoriũ: fratrum nostro-

Officiũ sacerdotis quale sit.

Numeri. x.

Luce. x.

rum arbitrium cōsecrandos elegit, seruate in morib⁹ vestris castę & sanctę vitę integritatem. Agnoscite quod agitis. Imitamini qđ tractatis: quatenus mortis dominicę mysteriū celebrātes: mortificare membra vestra a vitijs, & cōcupiscētijs omnibus procuretis. Sit doctrina vestra spiritualis medicina populo dei. Sit odor vitę vestrę delectamentum ecclesię Christi: vt pdicatione atq; exemplo ędificetis domum: id est familiam dei: quatenus nec nos de vestra prouectione: neq; vos de tāti officij susceptione damnari a domino: sed remunerari potius mereamur. Quod ipse nobis concedat per gratiā suam. ℟. Amē.

Colo. iiij.

Si nō sint factę ordinatiōes Subdiaconorū vel Diaconorū: huiusmodi ordinandi omnes prosternuntur in terrā: vbi genuflectāt. Et pontifice ante faldistoriū suū genua flectente cum mitra, dicuntur litanię: & ordinādi per pontificē benedicunt: prout supra in ordinatione Subdiaconi dictū est.



Post hęc surgunt oēs: & ordinandis corā pontifice binis & binis successiue genuflectentibus: pontifex stans ante faldistorium suū cū mitra: & nulla oratione, nulloque cantu pmissis: imponit simul vtranq; manum super caput cuiuslibet ordinādi successiue, nihil dicens. Idē faciunt post eum omnes sacerdotes ibidem pręsentes. Quo facto, tam pontifex q̄ sacerdotes, tenēt manus dexteras extēsas super illos. Et pontifex stans cū mitra dicit.

Stāo sine mitra tenet manus extēsas super ordinandos.

Oremus dilectissimi deū patrem omnipotentem: vt super hos famulos suos: quos ad presbyterij munus elegit: cęlestia dona multiplicet: et quod eius dignatione suscipiunt: ipsius consequantur auxilio. Per Christū dominum nostrum. ℟. Amen.

Pontifex deposita mitra conuersus ad altare dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua. Leuate. Et mox versus ad ordinādos dicit.

Stat sine mitra.

Exaudi nos quęsumus domine deus noster: & sup hos famulos tuos benedictionē sancti spiritus, & gratię sacerdotalis infunde virtutē: vt quos tuę pietatis aspectibus offerimus cōsecrādos: perpetua muneris tui largitate prosequaris. Per dñm nostrum Jesum Christum filiū tuū. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus.

Tum extensis manibus ante pectus dicit.



Per oia secula seculorū. ℟.

Amē. ℣. Dominꝰ vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominū. ℣. Gratias agamꝰ domino deo nostro. ℟. Dignū ꝛ iustū est.

Uere dignū ꝛ iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et vbiq; gratias agere dñe sancte, pater oipotens, eterne deus: bonorū dator ꝛ distributor omniū dignitatū: per quē pficiunt vniuersa: per quem cuncta firmātur: amplificatis semper in melius rationabilis nature incremētis: per ordinē congrua ratione dispositū. Unde ꝛ sacerdotales gradus atq; officia leuitarū, sacramētis mysticis instituta creuerunt: vt cū pontifices summos regēdis popu


lis p̃fecisses:ad eoꝝ societatis ꝛ
operis adiumentũ:sequẽtis oꝛ
dinis viros ꝛ secunde dignita
tis eligeres. Sic ꝛ in eremo p
septuaginta viroꝝ prudentuꝫ
mẽtes, Moysi spiritũ propaga
sti:quib⁹ ille adiutoribus vsus:
in populo inumerabiles mul
titudines facile gubernaret.
Sic ꝛ i Eleazaro ꝛ Ithamar fi
lijs Aaron paterne plenitu
dinis abundantiam transfu
disti:vt ad hostias salutares et
frequẽtioris officij sacramen
tum:ministerium sufficeret sa
cerdotum. Hac prouidentia
domine apostolis filij tui do
ctores fidei comites addidi
sti:quibus illi orbem totum
secundis predicationibus im
pleuerunt

pleuerunt. Quapropter infir-
mitati quoqꝫ nostrę, domine
quęsumus: hęc adiumenta lar-
gire: qui quanto fragiliores su-
mus: tāto his pluribꝰ indige-
mus. Da, quęsumus omnipo-
tens deus: in hos famulos tu-
os Presbyterij dignitatē: in-
noua in visceribus eorū spiri-
tum sanctitatis: & acceptum a
te deus secundi meriti munus
obtineant: cēsuramqꝫ morum
exemplo suę conuersationis in-
sinuent. Sint prouidi coopera-
tores ordinis nostri: eluceat in
eis totius forma iustitię: vt bo-
nam rationem dispensationis
sibi creditę reddituri: ęternę
beatitudinis pręmia consequant.
Quod sequit legat plane: ita tn̄
qꝫ a circunstātibꝰ audiri possint.
Per eundem dominum nostrū
Jesum Christum filium tuum:

qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdē spiritus sancti deus: per omnia secula seculorū. ℟. Amen.

Sedet cū mitra: et reflectit stolam.

Pōtifex sedet accepta mitra et reflectit orariū siue stolaȝ ab humero sinistro cuiuslibet: capiēsq; partē q̄ retro pēdet: et imponēs sup dextrū humerū: aptat eā ante pect⁹ in modū crucis singulis dicens.

Matth. xi.

Accipe iugū dñi: iugū enim ei⁹ suaue est: et onus ei⁹ leue.

Postea imponit cuilibet successiue casulā vsq; ad scapulas: quā quilibet teneat sup humeros cōplicatam: a parte anteriori deorsum dependentē, singulis dicēs.

Accipe vestem sacerdotaleȝ: per quam charitas intelligitur. Potens est enim dominus augere tibi charitatem: et opus perfectum. ℟. Deo Gratias.

Imponit casulas vsque ad scapulas.

Surgit pōtifex sine mitra: et dicit,

Deus sanctificationum omnium auctor: cuius vera cōsecratio: plenaq; benedictio est. Tu domine super hos famulos tuos: quos Presbyterij honore dedicamus: munus tuę bene ✠ dictionis infunde: vt grauitate actuum: et censura viuēdi probēt se esse seniores: his instituti disciplinis quas Tito et Timotheo Paulus exposuit: vt in lege tua diē ac nocte: omniq; tēpore meditātes: quod legerint, credant: qđ crediderint, doceāt: quod docuerint, imitentur: iustitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinē, cęterasq; virtutes in se ostendāt: exemplo prębeant: admonitione confirment: ac purum, et immaculatum ministerij sui donum custodiant: et in obsequium plebis tuę panem et vinum in corpus et sanguinem filij tui immaculata benedictione transforment: et inuiolabili charitate: in virum perfectum: et in mensuram ętatis plenitudinis Christi: in die iusti et ęterni iudicij: cōscientia pura: fide plena: spiritu sctō pleni, persoluant. Per eundem dominum nostruȝ Jesum Christum filium tuum: q tecū viuit et regnat ī vnitate eiusdē spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

i. Thes. iii. ad titu. i.

Ephe. iiii.

Sine mitra incipit.

Tunc pontifex ante altare cōuersus flexis genib⁹ incipit cōpetenti voce, schola prosequēte hymnū.



Veni cre a tor spiri tus: mētes tuorū visita. Imple superna gratia: quę tu creasti pectora.

Surgit Pontifex: et facit vt in fine hymni habetur: interim schola prosequitur Hymnum.

Qui paraclitus diceris: donum dei altissimi: fons viuus: ignis: charitas: et spiritalis vnctio.

Tu septiformis munere: dextrę dei tu digitus: tu rite promisso patris: sermone ditans guttura.

Accēde lumen sensibus: infunde amorē cordibus: infirma nři corporis: virtute firmans perpeti.

Hostē repellas longius: pacemque dones protinus: ductore sic te pręuio: vitemus omne noxium.

Per

Per te sciamus da patrem: noscamus atq3 filiu3: te vtriusq3 spiritum: credamus omni tempore. Gloria patri domino: natoque qui a mortuis surrexit ac paraclito: in seculorum secula. ℟. Amē. Dicto primo versu surgit pontifex: et sedet in faldistorio cū mitra: et ponitur ei gremiale siue mappula super gremium: et singuli ordinandi successiue coram eo genuflectunt: et pontifex cum oleo cathecuminorum vngit vnicuiq3 ambas manus simul iunctas: in modum crucis: producendo cum pollice suo dextro in dictu3 oleū intincto: duas lineas: videlicet: a pollice dextre manus vsque ad indicem sinistrum: et a pollice sinistro vsque ad indicem dextrum: vngendo mox totaliter palmas: dicens: dum quemlibet inungit.

Consecrare et sanctificare digneris dñe man⁹ istas p istā vnctionē: et nostrā bñ ✠ dictionē. Pontifex producit manu dextra signu3 crucis super manus illius quem ordinat: et prosequitur: vt quecunq3 benedixerint, benedicant: et quecunq3 consecrauerint, consecrentur: et sanctificentur: in nomine dñi nostri Jesu Christi. Et quilibet ordinandus respondet. Amen. Tum pontifex claudit seu iungit manus cuilibet successiue: quas sic consecratas: aliquis ministrorum pontificis albo panniculo lineo simul: videlicet dexterā sup sinistra3 alligat: et m ox vnusquisq3 ad ordinē suu3 redit: et sic clausas et alligatas manus tenet. Omniū manibus vnctis et consecratis: pontifex manus lauat: et tergit: tum tradit cuilibet successiue calicē cu3 vino et aqua: et patenam superpositam cum hostia: et ipsi illa accipiunt inter indices et medios digitos: ac cuppam calicis et patenam simul tangunt: pontifice singulis dicente.

Producit signū crucis sup manus vngēdo.

Claudit man⁹ cuilibet.

Lauat manus: Tradit calicem cu3 patena. Et in hoc actu ipri. mit charactere huius ordinis.



Accipe potestatem offerre sacrificium Deo: missasque celebrare: tam pro viuis quā pro defunctis: Jn nomine domini. His peractis pontifex lauat manus cum medulla panis: et aqua lotionis huiusmodi proijcitur in sacrarium: deinde cum mitra ad faldistorium suum reuertitur in cornu epistolę in plano sibi paratum, vbi sedet cum mitra. Et chorus cātat vltimū versum Tract⁹. seu Prosa: vel Allelu. Jnterim accedunt duo capellani ante pontificē: cum libro et candela: qui ex eo legit dictum vltimum versum Tractus. seu Prosa: vel Allelu. legit etiā secrete Mūda cor meū. ac Euangelium. Jnterim vnus ex Diaconis nouiter ordinatis: accedit ad altare: cu3 textu euangelij

Ep̃s lauat manus: et reuertit ad cornu epistolę ad sedem suā et dicit vltimū ℣. tractus: et diaconus nouus cātat euāgelium.

geliꝫ ante pectꝰ: dicit Munda cor meum. ꝛc. Et cantat Euangeliū Interim parātur per ministros hostię sup altare: pro numero ordinatorum in ordinibus sacris: q omnes cōmunicare debēt: ꝛ proceditur in missa ordine solito: Interim ꝙ offertoriuꝫ cantatur: vel etiam prius: ordinati sacerdotes poterunt lauare manus suas: cū medulla panis: ꝛ aqua bene mundare: ac extergere inappulis illis: quibus ligatę erant: ꝛ aqua ablutionis huiusmodi proijciatur in sacrarium: ꝛ id conuenientius videtur: quamuis aliqui cōsueuerint lauare manus finita missa.

Ordinati lauant manus.

Pontifex vero offertorio lecto: accepta mitra vadit ad faldistorium ante medium altaris: ꝛ ibi sedens accipit offertorium ab omnibus ordinatis: qui omnes accedunt bini ꝛ bini ad pontificem: corā quo genuflexi offerunt illi singulos cereos siue singulas cādelas accensas: ꝛ osculant eius manū: primo Presbyteri: tū Diaconi successiue: ꝛ alij suo ordine.

Offerunt cādelas.

¶ Accepto singulorum offertorio: pontifex lauat manus: ꝛ surgit: ac tollitur faldistorium: ꝛ mitra: et prosequitur missam.

¶ Presbyteri vero ordinati retro pontificem: vel hinc et inde vbi magis commodum erit: in terra genuflexi habeant libros corā se super scabellis seu bancis ordinatis dicentes secrete. Suscipe sancte pater. ꝛc. Et oīa alia de missa prout dicit pōtifex: q tamen bene aduertat: ꝙ secretas morose dicat, ꝛ aliquātulū altercita vt ordinati sacerdotes possint secum omnia dicere: ꝛ presertim verba consecrationis: quę dici debent eodē momento per ordinatos quo dicuntur per pontificē. Secreta pro ordinatis: quę dicit cū secreta missę dici sub vno. Per dominum nostrū. Jesum. ꝛc.

Tenent libros ante se.

Morose dicat secretas ꝛ aliquantulū alte.

Hęis quęsumus domine operare mysterijs: vt hęc munera dignis tibi mentibus offeramus. Per dominum nostrum.

Cum pontifex dixerit orationeꝫ Dn̄e Jesu Christe q dixisti apostolis tuis ꝛc. osculat altare: ꝛ dat primo ex singulis ordinatis cuiuslibet ordinis ad eū successiue accedēti: ꝛ altare prius ad dexterā pontificis deosculanti pacē: dicēs. Pax tecum. cui ille respondet. Et cum spiritu tuo. Et quilibet illorum dat sequenti sui ordinis secum ordinato: ꝛ ille alteri: ꝛ sic vsqꝫ ad vltimum cōtinuatur. Si autem ordinatorū paruus sit numerus: pontifex poterit dare pacem singulis. Postq̄ vero pontifex se cōmunicauerit: ꝛ totuꝫ sanguinē sumpserit: priusq̄ digitos abluat: accedunt ante altare omnes ad sacros ordines promoti. Primo Presbyteri: deinde Diaconi: tandē Subdiaconi: quibus ordinate dispositis, ꝛ genuflexis: pontifex ad eos se cōuertit: ꝛ singuli ex Diaconis ꝛ Subdiaconis tantū dicunt submissa voce. Confiteor deo oīpotenti ꝛc. Et

Dat pacē

Accepta pace ab epo quilibet dat pacē sequenti sui ordinis secum ordinato.

Epo sumpto sanguine cōicat omnes ordinatos incipiēdo a sacerdotibus.

Et pōtifex ſtās capite detecto verſus ad eos dicit intelligibili voce.

Miſereatur veſtri omnipotens deus: ⁊ dimiſſis omnibus peccatis veſtris: perducat vos ad vitam eternam. ℟. Amē.

Indulgentiam abſolutionē ⁊ remiſſionem peccatorum veſtrorum: tribuat vobis omnipotens et miſericors dominus. ℟. Amen. Et manu dextra ſignū crucis ſup eos cōmuniter producit: tunc accedunt ad ſupremū gradum altaris bini ⁊ bini: pontifex vero ponit plures hoſtias conſecratas ſup patenā: quā ori cuiuſlibet cōmunicandi ſuppōnit: ⁊ ſingulos cōmunicat cuilibet dicēs.

Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat te: ⁊ perducat in vitam eternā. Quilibet reſpondet Amē. ⁊ priuſquā communionem ſumat: manum Pontificis hoſtiā tenentem oſculatur. ¶ Unus miniſtrorum pontificis ſtat iuxta cornu epiſtole altaris calicem habēs: non illum cum quo pontifex celebrauit: ſed alium cū vino: et mappulam mundam in manibus: ad quem ſinguli communicati accedunt: ⁊ ſe purificāt: os extergunt: ⁊ ad partem ſe locant. Omnibus communicatis Pontifex extergit patenā ſuper calicem ſuum: ⁊ ſuper eum digitos abluit: ſumit ablutionem: accipit mitrā: ⁊ lauat manus. Preſbyteri ante communionem non dicunt confeſſionem: neque datur eis abſolutio: quia concelebrant pontifici: propterea ſi non ſunt alij ordinati: confeſſio ⁊ abſolutio predicte omittuntur: et alia obſeruātur modo premiſſo.

Purificāt ſe oēs

¶ Pontifex lotis manib⁹ mitra depoſita ſtās in cornu epiſtole altaris verſus ad illud incboat in cantu: ſchola proſequente ℟ius: Quod in xl. dicitur ſine Halah.

Lotis manibus ſine mitra.

Joh. xv.



Joh. xv.



Cum mitra dicit.

Incepto responsorio, Pontifex accepta mitra, vertit se ad ordinatos: qui ante altare coram ipso stantes: simul profitentur fidem: quam predicaturi sunt dicentes.

Symbolū aplorum.

Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Et in Jesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex Maria virgine. Passus sub pontio Pilato: crucifixus: mortuus: et sepultus. Descendit ad inferos, Tertia die resurrexit a mortuis. Ascédit ad celos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Credo in spiritū Sanctum. Sanctam ecclesiam catholicam. Sanctorum communioné, Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem, Et vitá eterná. Amé.

Quo finito pontifex cū mitra sedés supra faldistoriū ante mediū altaris: imponit ambas manus super capita singulorum: corá eo genuflectentium: dicens cuilibet.

Ambas man⁹ sup caput imponit.

Accipe spiritum sanctū quorum remiseris peccata remittuntur eis: et quorum retinueris retenta sunt. Deinde explicás casulam: quam vnusquisque habet super humeros complicatam: induit illa quélibet: singulis dicés.

Epus sedés cum mitra explicat casulam plicatam et iduit quélibet.

Stola innocentie: induat te dominus. Et mox vnusquisque iterum ad pontificem, si suus est diocesanus, seu ordinarius, accedit: et genuflexus ponit manus suas iunctas inter manus Pontificis dicentis cuilibet.

Promittis mihi et successoribus meis: reuertétiá et obedientiam? Et ille rñdet. Promitto. Si vero pontifex nó est suus ordinarius: dicit singulis: cū man⁹ eorum inter suas tenet vt prefertur.

Promittis pontifici ordinario tuo pro tempore existenti: reuerentiam et obedientiam? Ille respondet. Promitto. Tūc pontifex tenens manus illius inter suas: osculatur vnumquemque dicens. Pax domini sit semper tecum. Et ille respondet. Amen.

Dat singulis pacem.

His expletis: et omnibus ad ordinem suum reuersis: Pontifex sedens cum mitra, dicit ad eos.

Quiá

Quia res quā tractaturi estis: satis periculosa est fratres charissimi: moneo vos diligenter: vt honeste totius missę ordinem: & hostię consecrationem: et fractionem: atq; communionem: ab alijs iam doctis Sacerdotibus discatis: priusquam ad celebrandum missam accedatis.

Pontifex mitra deposita prosequitur missam.

Post hęc pontifex deposita mitra surgit: & amoto faldistorio cōuertitur ad altare: prosequitur missam: & cantatur Cōmunio: & dicitur hęc Postcōmunio pro ordinatis sub vno Per dominum: cū post communione missę dici. Postcōio.

Nos tuis domine refecti sacramentis: continuis attolle benignus auxilijs: vt tuę redēptionis effectum: & mysterijs capiamus & moribus. Per dominū.

Deinde dicitur. Benedicamus domino vel Ite missa est. Prout tēpus requirit: & per pontificem. Placeat tibi sancta &c. Quo dicto. Pontifex accepta mitra & baculo pastorali: vertit se ad ordinatos: & stās hortatur eos cōmuniter ad bene viuēdū: quodq; diligēter ꝯsiderēt, qualē ordinē susceperunt: & ꝙ orēt ꝓ eo & alijs quos voluerit. Iniungens eis missas: & alia, q̄ viderit expedire: qđ si placet, facere poterit sub his verbis.

Admonitur eos ad bene viuendum.

Fratres charissimi: diligēter considerate ordinē per vos susceptum: ac onus humeris vestris impositum: studete sancte & religiose viuere: omnipotēti deo placere: vt gratiam suam possitis acquirere: quam ipse vobis per suam misericordiam cōcedere dignetur. Singuli ad primā tonsuram: vel ad quatuor minores ordines promoti: dicite semel septem psalmos penitentiales: cum litanijs versiculis & orationibus. Ad Subdiaconatū vel Diaconatum: nocturnū talis dici. Ad Presbyteratum vero ordinati: post primam vestrā missam: in tribus immediate tunc sequētibus dieb⁹ tres alias missas: videlicet. Unam de spiritu sancto. Aliam de beata Maria semp virgine. Tertiam ꝓ fidelib⁹ defunctis dicite: & omnipotentē deū etiā ꝓ me orate. Quod illi deuote suscipiunt: & respondent se facturos. Postremo benedicit eis genuflectētib⁹ versus: ad illos dicēs voce cōpetenti.

Eps benedicit ordinatis genuflexis ante eum.

Benedictio Dei omnipotentis: pa ✠ tris: & fi ✠ lij: & spiritus ✠ sancti: descendat super vos: vt sitis benedicti in ordine Sacerdotali: & offeratis placabiles hostias pro peccatis: atque offensionibus populi: omnipotenti deo: cui est honor et gloria: in secula seculorum. ℟. Amen.

Tum pontifex conuertit se ad altare: & dicit submissa voce. Dñs vobiscum. Initiū sancti euāgelij sm Johannem. In principio. &c. signat altare & se: & reuertitur ad faldistoriū: vbi exuitur sacris vestibus. Ordinati etiā ad Presbyteratū dicunt idē euangeliū: & in locis conuenientibus sacras vestes deponūt: & cū eis alij ordinati.

Eps dicit euangeliū sancti Johannis.

Si vero pōtifex nō ordinauit aliquē ad Presbyteratū: dicto p eū **Placeat**: accepta mitra dat bñonem solitā dicēs. **Sit nomen**, ⁊c. Tūc admonet ordinatos vt supra dictū est: omittēs partē Presbyteros cōcernentē: tū cōuersus ad altare dicit. **Dñs vo**: ⁊ alia vtā.

DE CONSECRATIONE ELECTI IN EPISCOPVM.

Prouisiones oium ecclesiarum pertinent ad apostolicā sedem.

Quoniam ecclesiarum cathedralium siue metropolitanarū ac patriarchaliū prouisiones seu electionum ad illas confirmationes: ad sedem apostolicam hodie pleno iure pertinēt: ⁊ ab eadem, ecclesijs pastore viduatis, vel de nouo prouidet, vel electiones ab illis, quib[9] ex priuilegio licet canonice celebratę confirmantur. Ideo scrutiniū quod serotinū appellat: ⁊ pridianā illam examinationē, quę in antiquis pontificalib[9] libris habet: hic pretermittendā esse censuimus. Inconueniēs quippe videt ⁊ omnino absurdū: vt, q̄ a summo pōtifice, ac sacro senatu statuta approbata atq; examinata sunt: a minorib[9] tribūnalibus iterū examinētur. Proinde, illis i hoc loco: vt superfluis dimissis: ad ipsius ꝯsecrationis modū: scḋm ritum, quē sacrosctā Romana seruat ecclesia: deueniemus. Si prius explicauerimus, q̄ ad ipsam ꝯsecrationē primo agēda, paranda atq; ordināda sunt.

Nullus debet consecrari i epm: nisi constet consecratori de commissione ꝯsecrādi.

¶ In primis animaduertendū est: q nemo consecrari debet: nisi prius constet cōsecratori de commissione ꝯsecrandi: siue p literas apostolicas: si sit extra curiā: siue per mandatum a camera apostolica emanatum in ipsa curia: siue per cōmissionem viuę vocis oraculo a summo pontifice ꝯsecratori factā: si cōsecrator ipse sit cardinalis: alioquin ei nō debet credi.

Consecratio epi debet fieri in dnica vel festiua die.

Consecrator ⁊ consecrādus debēt die pcedenti ieiunare.

¶ Statuta die consecrationis: quę debet esse dominica: vel festiua: si summus pontifex hoc specialiter indulserit: tam consecrator q̄ electus cōfiteantur: ⁊ cōueniens est vt precedēti die ieiunēt.

Parātur duę capellę, maior ⁊ minor, cū suis requisitis.

¶ Summo mane in ecclesia vbi fiet ꝯsecratio: ornant duę capellę: maior pro cōsecrante: ⁊ minor p electo. Et in maiori quidē sup altari parato, vt est moris: erit crux in medio: ⁊ ad minus quatuor cādelabra. In terra ad gradus altaris erunt tapetes strati: super quibus prosternent se electus ⁊ consecrator: et alij genuflectent. Poterunt ⁊ alia ornamenta circuncirca adhiberi pro qualitate ⁊ facultate loci ⁊ personarū.

Paratur credentia cum vasis conuenientibus.

Paratur etiam in loco propinquo ⁊ ꝯgruo Credētia pro ꝯsecratore: idest mēsa cōpetentis longitudinis: latitudinis: ⁊ altitudinis: sup quā erit Mappa mūda. Duo candelabra. Uasa ad ablnēdum manus: cū suis mātilibus. Urceolus cū aqua benedicta: ⁊ aspersorio. Thuribulū cū nauicella: cocleari ⁊ incenso: si officiū sit in cātualias: nō: ampullę cū vino ⁊ aqua pro sacrificio.

crificio. Calix,hostiaria cum hostijs pro credētia:pro cōsecratore ꝛ electo:Medulla panis ꝑ abstergendis manibus:Sanctum chrisma:cum rebus suis opportunis.

Paratur paramēta pōtificalia omnia.

¶ Itē paramenta omnia pontificalia,tēpori ꝛ officio missę cōuenientia:vꝫ: Sandalia:Amictus Alba:Cingulū:Crux pectoralis: stola:Tunicella:Dalmatica:Chirothecę: Planeta:Mitra auriphrygiata:Anulus pōtificalis:baculus pastoralis: ꝛ Manipulus. Ex his, si pōtifex paraē prope altare,ponunē sup altare amictus Alba:cingulū:manipulꝰ crux:stola:tunicella: dalmatica Planeta. Reliqua manēt super credentiā.

Paratur faldistoriū ordinatuꝫ ꝑ cōsecratore:ꝛ tria scabella: missale et pōtificale.

¶ Itē paraē faldistoriū ornatum ꝑ cōsecratore:ꝛ tria scabella siue sedes ꝑ electo:ꝛ duobꝰ episcopis assistētibus:missale:ꝛ pontificale. Cōsecrator habeat tres capellanos ad minus cū superpellicijs:ꝛ duos scutiferos ad credentiam.

In capella minori paranē altare paramenta.ꝛc.

¶ In capella vero minore ꝑ electo:quę a maiore debet esse distincta,paraē altare cum cruce ꝛ duobus candelabris ad minus:ꝛ sup illud missale: ꝛ pontificale: ac paramēta omnia pōtificalia albi coloris: vtꝫ. pro cōsecratore numerata sunt:ꝛ vltra illa: pluuiale album:ꝛ prope altare, credētia cuꝫ mappa mūda:ꝛ vasis ad abluēdū manꝰ:ꝛ medulla panis ad fricandū ꝛ extergendū manus ꝛ caput.

Quę parāda sunt in cōsecratione epi.

¶ Ponūtur etiā octo mappulę factę ex duabꝰ cannis panni linei subtilis: per mediū scissis in longitudinē:quarū duę sint longitudinis sex palmorū: quęlibet:alię vero sex:ęqualis sint quantitatis. Et candelę octo vnius libręquelibet: quarum quatuor super altare consecrantis:duę super eius credentiam: et duę super altare electi ponuntur. Anulus cum gemma benedicēdus ꝛ electo tradēdus. Pecten eburneus. Et pro offertorio itortitia duo: quatuor librarum quodlibet: duo panes magni:ꝛ duo barilia vini optimi: panes ꝛ barilia ornentur cū auripello: duo videlicet videātur argētea:ꝛ duo aurea:hinc ꝛ inde arma cōsecratoris ꝛ electi habētia. Sint etiā in capella electi, aliqua sedilia:ꝛ ornamenta cōuenientia.

Duo ad minus epi assistētes sint cū rochetto et pluuiali: vel superpellicio ꝛ pluuiali si sit religiosus et mitra simplici: ꝛ quilibet habeat suuꝫ pōtificale.

¶ Adsint duo ad minus episcopi assistentes: qui induuntur superpellicio,si non vtunē rochetto: amictu:stola:pluuiali: ꝛ mitra simplici alba: ꝛ quisqꝫ habeat suum pontificale. Hora igiē competenti:cōsecrator.electus: assistentes episcopi: ꝛ alij q cōsecrationi interesse debent:ad ecclesiā cōueniunt:ꝛ cōsecrator facta oratione ante altare, ascēdit ad faldistoriū in capella sua ad sinistrum cornu altaris videlicet epistolę pręparatum: vt moris est. Ibiqꝫ ex more paratur. Electus vero cū assistētibus episcopis vadit ad capellam suā:ꝛ ibi capit paramenta opportuna:videlicet,si missa cantaē, amictum:albā: cingulum: manipulū: stolā in moduꝫ sacerdotis: ꝛ pluuiale. Si vero officiū legitur: poterit

terit antequam dicta paraméta acci piat: capere sandalia: & legere ps. Quā dilecta. Añ. versi. & oratio/nes consuetas: assistentes etiam episcopi interim sua paramenta predicta capiunt. Omnib⁹ itaque paratis, consecrator accedit ante altare: & ibi in medio sedet super faldistorium, vertens renes alta/ri. Electus vero cum suo bireto ducitur sic paratus: medius in/ter assistentes sibi episcopos pa/ratos & mitratos: & cum ante con secratorem peruenerit: nudato capite, illud profunde inclinādo: ei reuerentiam facit. Assistentes vero episcopi eidē cum mitra ca/put aliquantulum inclinant. Tunc sedent in scabellis siue sedibus suis ante consecratorem hoc mo/do. Electus contra faciem con/secratoris: ita vt inter eos sit com petens distantia. A dextris ele/cti sedent antiquior: & a sinistris iunior episcopi assistentes. Ita ta men, quod ipsi assistentes ad alteru/trum facies vertant. Cum sic lo/cati fuerint: & aliquātulum quie/uerint, surgunt. Electus sine bi/reto: et assistentes Episcopi sine mitris: & senior assistentium ver/sus ad consecratorem dicit.

Cōsecra/tor acce/dit ad alta/re: & sedet in medio ei⁹ versis renib⁹ al/tari: electus vero me/dius inter assistētes epōs mi/tratos cum suo bireto & pluviali ducit ante consecra/torem.

Epus se/nior assi/stentium versus ad cōsecrato/rem dicit. Reueren/de pr. &c.

Reuerende pater: postulat sancta mater ecclesia catho/lica: vt hunc presentem Presby/terum ad onus episcopatus sub/leuetis. Cōsecrator dicit. Habe tis mandatū aplicum. Respōdet episcopus senior assistentiū. Ha/bem⁹. Cōsecrator dicit. Legat.



Legitur mandatū aplicū de mandato consecra/toris.

Tum notarius cōsecratoris accipiēs mandatū de manu episcopi assistētis, legit a principio ad finē. Interim sedēt oēs tectis capitibus. Mādato per notariū plecto: cōsecrator dicit. Deo gra/tias. Uel si cōsecratio fit vigore lī terarū aplicarum: p quas etiā iu/ramenti p electum prestādi rece/ptio: cōsecratori cōmittitur: literis ipsis lectis: antequam cōsecrator aliud dicat: elect⁹ de scabello siue sede sua veniens: coram cōsecra/tore genuflectit: & legit iuramen/tum de verbo ad verbū iuxta te/norem commissionis predictę pre/standū, in hūc modum, videlicet.

Elect⁹ fa/cit iurā/mentū fi/delitatis corā conse/cratore.



FORMA IVRAMENTI.

Ego N. Electus Ecclesię N. ab hac hora in antea fidelis & obediēs ero beato Petro san/ctęque

cteq3 Romanę Ecclesię & Domino nostro: Domino. N. Papę. N. suisq3 successoribus canonice intrantibus. Non ero in cōsilio aut cōsensu vel facto vt vitam perdāt aut mēbrum: seu capiantur mala captione: aut in eos violēter manus quomodolibet ingerantur: vel iniurię aliq̄ inferātur: quouis quęsito colore. Consilium vero quod mihi credituri sunt p se aut nuntios suos seu literas: ad eorū damnū me sciente nemini pandā. Papatum Romanum & regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendū & defendendum saluo ordine meo: contra omnes homi nem. Legatū3 apostolicę sedis in eundo & redeūdo honorifice tractabo: & in suis necessitatibus adiuuabo. Iura, honores, priuilegia, & authoritates romanę ecclesię, domini nostri papę & successorum prędictorum, conseruare, defendere, augere, & promouere curabo. Nec ero in consilio vel facto, seu tractatu in quibus cōtra ipsum dn̄m nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel pręiudicialia personarū iuris, honoris, status, & potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscunq3 tractari vel procurari nouero: impediam hoc pro posse: & quanto citius potero, significabo eidem domino nostro, vel alteri, per quē possit ad ipsius notitiā peruenire. Regulas sanctorū3 patrū, Decreta: ordinationes: seu dispositiones: Reseruationes: prouisiones & mādata apostolica, totis viribus obseruabo: & faciā ab alijs obseruari. Hereticos, schismaticos & rebelles, eidē domino nostro vel successoribus prędictis: pro posse prosequar, & impugnabo. Vocat⁹ ad synodū, veniam, nisi prępeditus fuero canonica prępeditione. Apostolorū limina singulis annis: curia existēte citra, vltra vero montes singulis biennijs, Vltra vero mare, singulis triennijs: per me ipsum visitabo. Et si post primā visitationē personaliter factā: aliquo legitimo negocio prępedit⁹: personaliter visitare non potero, p aliquē fidum nuntiū3 de gremio meę N. Ecclesię bene instructū3: qui vice mea apostolico conspectui se prę sentare: & de legitimo impedimēto huiusmodi: saltē per iuramentū3 legitimā fidē facere teneatur: id adimplebo. Possessiones vero ad mensam meam pertinētes: nō vendam, neq3 donabo, neq3 impignorabo: neque de nouo infeudabo: vel aliquo modo alienabo: inconsulto Romano Pontifice: etiam cum cōsensu Capituli mei.

Consecrator in gremio suo librum euāgeliorum ambabus manibus apertum tenens, inferiore parte libri electo versa, ab eo p̄stationē huiusmodi iuramēti recipit: electo adhuc corā eo genuflexo dicēte: Sic me De⁹ adiuuet: & hęc sctā Dei Euangelia. Et ipsum textum euangeliorum, ambab⁹ manibus tangēte. Tunc

non

non prius, dicit cōsecrator. Deo gratias. Deinde: Electo ꝛ assistētibus, in locis suis (vt dictū est) sedentibus: Consecrator intelligibili voce legit sequenté examinationé carthaginésis cōcilij: q̄ legi debet semp sicut iacet in singulari, etiá si plures simul examinenē. Assistētes vero episcopi submissa voce dicunt, quęcunque dixerit consecrator: ꝛ omnes debét tunc mitras tenere ꝛ sedere.

EXAMEN.

Antiqua sanctorum patrum institutio docet ꝛ pręcipit: vt, is, qui ad episcopatus ordinez eligitur: antea diligentissime examinetur cum omni charitate, de fide sanctę trinitatis: ꝛ interrogetur de diuersis causis ꝛ moribus, quę huic regimini congruunt: ac necessaria sunt retineri secunduz Apostoli dictū: Manus cito nemini imposueris. Et vt etiam is, q ordinandus est, erudiatur, qualiter sub hoc regimine constitutuz oporteat cōuersari in ecclesia dei: ꝛ vt, irreprehēsibiles sint: qui ei man⁹ ordinationis imponunt. Eādem itaq; autoritate ꝛ pręcepto interrogamus te dilectissime frater charitate syncera: si omnez prudentiam tuam, quantum tua capax est natura, diuinę scripturę sensib⁹ accommodare volueris. Tum electus aliquātulum assurgens detecto capite, respondet, Ita ex toto corde volo in omnibus obedire ꝛ cōsentire. Et hoc seruabit ad oēs alias respōsiones seqntes. Et si plures electi fuerit, successiue quisque sic respondet.

Dist. xxiij. Cap. Qui episcop⁹.

j. Thi. v.

Elect⁹ respōdet singulis interrogationibus cōsecratoris aliquantulus surgēs detecto capite.

¶ Interrogat consecrator.

Vis ea, quę ex diuinis scripturis intelligis, plebem, cui ordinandus es, ꝛ verbis docere, ꝛ exemplis? ℟. Uolo. Interrogatio. Uis traditiones orthodoxoruz patrū, ac decretales sanctę ꝛ apostolicę sedis constitutiones veneranter suscipere, docere, atq; seruare? ℟. Uolo. Interrogatio. Uis beato Petro apostolo, cui a Deo data est potestas ligandi atq; soluendi: eiusq; vicarijs Romanis Pontificibus fidem, subiectionem, ꝛ obedientiam, secundnm canonicam autoritaté exhibere? ℟. Uolo. Interrogatio. Uis mores tuos ab omni malo tēperare: ꝛ quātum poteris, dn̄o adiuuante, ad omne bonū cōmutare? ℟. Uolo. Interrogatio. Uis castitatem et sobrietatem cum Dei auxilio custodire et docere? ℟. Uolo. Interrogatio. Uis semp ī diuinis esse negocijs, mācipatus: ꝛ a terrenis negocijs vel a lucris turpib⁹ alienus: quātuz te hūana fragilitas ↄsenserit posse? ℟. Uolo. Interrogatio. Uis humilitaté ꝛ patientiá in te ipso custodire: ꝛ alios similiter docere? ℟. Uolo. Interrogatio. Uis pauperib⁹ ꝛ peregrinis, omnibusq; indigentibus esse ꝑpter nomé dn̄i affabilis ꝛ misericors? ℟. Uolo. Tunc dicit ei consecrator voce aliquantulum submissa.

Consecrator voce submissa dicit.

Hec oīa ⁊ cętera bona tribuat tibi dñs: ⁊ custodiat te atque corroboret i omni bonitate. Et rñdēt oēs Amē. Interroga.

Sequitur tamen.

Credis fm intelligentiā ⁊ capacitatē sensus tui sanctā trinitatē: patrē, ⁊ filiū, ⁊ spūm sanctū, vnuȝ deum oīpotentē, totamq; in trinitate deitateȝ, coessentialē, cōsubstātialē, coęternā, ⁊ cooipotenteȝ: vnius voluntatis, potestatis, et maiestatis, creatorē omniū creaturarum: a quo omnia, per quem omnia, ⁊ i quo omnia, quę sunt in celo ⁊ i terra: visibilia ⁊ inuisibilia: corporalia ⁊ spiritualia? ℟. Assentio ⁊ ita credo. Interrogatio.

Credis singulā quāq; in trinitate psonā: vnū deū verum, plenū ⁊ pfectum? ℟. Credo. Interroga.

Credis ipsum filiū dei: vbū dei ęternaliter natuȝ de pře, ɔsubstātialē, cooipotentē, ⁊ coęqualem p oīa patri i diuinitate: tēporaliter natuȝ de spū sctō ex Maria semp vgine: cuȝ aīa rationali: duas habenteȝ natiuitates: vnā ex patre ęternā, alterā ex mře temporalē: deum verū ⁊ hoīem verū: ppriuȝ in vtraq; natura atq; pfectū: nō adoptiuū, neq; fantasmaticū: sed vnicum ⁊ vnū filium dei in duab⁹ ⁊ ex duab⁹ naturis: sed in vni⁹ psonę singularitate: impaßibilem ⁊ immortalem diuinitate: sed ⁊ in humanitate pro nobis ⁊ p salute nostra passum vera carnis paßione: ⁊ sepultum: ac tertia die resurgentem a mortuis vera carnis resurrectione: die quadragesimo post resurrectionem, cum carne, qua resurrexit ⁊ anima ascēdisse ad cęlum: ⁊ sedere ad dexteram patris. Inde venturum iudicare viuos ⁊ mortuos: et redditurum vnicuiq; fm opera sua: siue bona fuerint siue mala? ℟. Assentio ⁊ ita p oīa credo. Interrogatio.

Credis etiā spūm sctūm: plenū ⁊ perfectū verūq; deū: a pře ⁊ filio pcedentē: coequalē, ⁊ coessentialeȝ: cooipotentē, ⁊ coeternū p oīa při ⁊ filio? ℟. Credo. Interro.

Credis hanc sanctam trinitatē: nō tres deos, sed vnū deū oipotenteȝ: ęternū, inuisibilē, ⁊ incōmutabilē? ℟. Credo. Interrogatio.

Credis sanctā catholicaȝ ⁊ apostolicam vnam esse veraȝ ecclesiā: in qua vnū datur verū baptisma: ⁊ vera omniuȝ remißio peccatorum? ℟. Credo. Interrogatio.

Anathematiȝas etiam omnē heresim, extollentē se aduersus hāc sanctam ecclesiam catholicā? ℟. Anathematizo. Interrogatio.

Credis etiam veram resurrectionem eiusdem carnis, quam nunc gestas: et vitam ęternam? ℟. Credo. Interrogatio.

Credis etiā noui ⁊ veteris testamenti: legis, ⁊ prophetarū, ⁊ apostolorum vnū esse auctorē deuȝ ⁊ dñm omnipotētem? ℟. Credo.

Postea consecrator dicit voce aliquantulum submißa.

Voce sub missa.

Hec tibi fides augeatur a domino: ad verā ⁊ ęternā beatitudinem: dilectißime frater in Chřo. Et Respondent omnes. Amen.

Expleto itaque examine: prefati assistētes episcopi ducunt electū ad cōsecratorē:corā quo genuflexus,eius manū reuerēter osculat. Tunc cōsecrator depofita mitra: cū ministris ad altare conuersus, facit solito more confessionē: electo a sinistris eius manēte: ꝛ omnes episcopi ante sedes suas stantes,faciūt similiter cū clericis suis. Facta itaq; cōfessione, Cōsecrator ascendit ad altare,ꝛ osculatur illud,ꝛ euangelium in missa dicendū:ac incensat altare more solito. Deinde vadit ad sedē suā,ꝛ procedit in missa vsq; ad Haleluiah. vel vltimū versum Tractus exclusiue:si Haleluiah non dicitur. Si vero missa legitur: osculato altari ꝛ euāgelio: omissa incēsatione: omnia predicta legit in altari: ꝛ illis dictis: siue missa legat,siue cantetur: redit cum mitra ad sedendū in faldistoriū: quod ante medium altaris sibi reponitur.

Epi assistentes ducūt electū ad capellam suam: vbi depofito pluuiali oīa paramēta epalia induit.

Episcopi vero assistētes, ducunt electū ad capellā suā: ꝛ ibi depofito pluuiali: acoliti induunt illum sandalia: ipso p̄s ꝛ orōnes cōsuetas legēte:si prius illa nō accepit. Tū accipit crucē pectoralē:ꝛ stolā ei aptat,vt ab humeris depēdeat. Deinde tunicella:dalmatica:ꝛ casula induit:quibus indutus,accedit ad suum altare:vbi stās in medio: medius inter episcopos assistentes:detecto capite,legit totū officiū misse, vsq; ad Haleluiah. vel vltimum versū Tractus exclusiue: neque vertit se ad populum cum,dicit: Dominus vobiscum. vt in alijs missis fieri solet.

Romana ecclesia nō mutat officium diei occurrētis ꝑpter consecrationē episcopi.

¶ Est autē notandum,ꝙ ecclesia romana ꝑpter ordinationes episcoporum: nunꝙ̄ mutat officium diei:dicit tamen post collectā diei ꝑ officio cōsecrationis: collectā. Adesto supplicationib⁹ nr̄is.ꝛc̄. sub vno, Per dn̄m nostrum. ꝛc̄. Nonnulle vero alie Ecclesie dicunt missam de spiritu sancto: ꝛ alie, sequentem specialem in consecratione. Introitus.





cutus est: et vocauit terram. V.



Gloria patri. et filio. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotēs deus: et quod humilitatis nostre gerendum est ministerio: tue virtutis impleatur effectu. Per dominum nostrū etc.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Timotheum.

j. cap. iij.

Charissime: fidelis sermo, Si quis episcopatū desiderat: bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse: vnius vxoris virum: sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem, nō vinolentum, nō percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum: sue domui bene prepositum: filios habentem subditos: cum omni castitate. Si quis autē domui sue preesse nescit: quomodo dei ecclesie diligentiam habebit? Non neophitum: ne in superbiā elatus, in iudiciū incidat diaboli. Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt: vt doctrinā dei nostri ornet in omnibus. Graduale.




Immola de o sacri-




fici um lau dis: et red-



de altissimo vo ta tu-



a. Congrega



te illi sanctos e ius:



qui ordinauerunt testamen-



tum eius super sacri fi-



cia.

Finito graduali: si Halelu. dicit. Alioquin dicto Tractu vsque ad vltimum versum exclusiue. Cōsecrator accedit ad faldistoriū ante mediū altaris: et ibi sedet cū mitra. Assistētes vero episcopi iterū ducūt electū ad cōsecratorē: cui electus, deposito bireto, caput profunde inclinans, humilem reuerentiā facit: Assistentes vero cum mitris se aliquantulū inclinātes, etiam consecratorem venerātur.

Assistētes epi iterū ducūt electū ad cōsecratores sedentē ante altare.

Conſecrator ſedens cum mitra verſus ad electũ, dicit. Epiſcopum. etc.

Tum ſedent omnes vt prius: et conſecrator ſedens cum mitra: verſus ad illum, dicit.

Officiũ epi.

Epiſcopũ oportet iudicare: interpretari: conſecrare: ordinare: offerre: baptizare: et confirmare: Deinde omnibus ſurgentibus: conſecrator ſtans cum mitra dicit ad circunſtantes.

Omnibus ſurgentib⁹ conſecrator ſtãs cum mitra dicit. Oremus. etc.

Oremus dilectiſſimi nobis: vt huic viro, vtilitati eccleſie prouidens, benignitas omnipotentis Dei: gratie ſue tribuat largitatem. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Et mox Conſecrator ante faldiſtorium ſuum: et aſſiſtentes epiſcopi ante ſedilia ſua cum mitris procumbunt: Electus vero proſternit ſe a ſiniſtris cõſecratoris: miniſtri etiam: et alij oẽs genuflectunt.

Conſecrator et aſſiſtentes epi procumbũt ſup ſedes ſuas cũ mitris: elect⁹ proſternit ſe a ſiniſtris conſecratoris.



Tunc cantor: vel ſi officium fit legendo: conſecrator incipit litaniam dicens. Kyrie eleiſon et cetera: proſequendo totam: prout ſupra in ordinatione Subdiaconi dictum eſt. folio. 10.

Poſtq̃ autem dictum fuerit,

Ut obſequium ſeruitutis noſtre tibi rationabile facias. Te rogamus audi nos. Conſecrator ab accubitu ſurgẽs ad electũ cõuerſus: baculũ paſtoralẽ cũ ſiniſtra tenẽs: dicit ſub voce litanie: Primo.

Conſecrator ſurgẽs et cõuerſus ad electum tenens baculum paſtoralem dicit verſus ſequentes ſup eum.

Ut hunc preſentẽ electum, bene✠dicere digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Secundo dicit.

Ut hunc preſentem electum, bene✠dicere, et ſancti✠ficare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Tertio dicit.

Ut hunc preſentem electum, bene✠dicere: et ſancti✠ficare: et conſe✠crare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Producendo ſemper ſignum crucis ſuper illum. Idemq; faciunt et dicunt aſſiſtentes epiſcopi: genuflexi tamen permanentes. Deinde iterum accumbit conſecrator: et cantor ſeu ipſe qui prius dixit: eam proſequitur vſque ad finem.

Conſecrator iterum vſq; ad finez litanie procumbit vt ſupra.

Ut nos exaudire digneris. etc.

Qua finita ſurgunt omnes, et cõſecratore ante faldiſtorium ſuum cum mitra ſtante: electus coram eo genuflectit. Tum conſecrator accepto libro euangeliorum: illum apertum adiuuãtibus epiſcopis aſſiſtentibus: nihil dicens imponit ſuper ceruicem et ſpatulas electi: ita q̃ inferior pars libri: ceruicem capitis electi tangat: litera ex parte inferiori manente: quẽ vnus ex capellanis electi, retro ipſum genuflexus: quouſque liber ipſe eidem electo in manus tradendus ſit: continue ſuſtinet.

Conſecrator ſtãs cũ mitra ponit librum euãgelioꝝ ſup ceruicem et ſpatulas electi: capellano ipſum ſuſtẽtante.

Deinde conſecrator et aſſiſtentes epiſcopi, ambab⁹ manibus caput conſecrandi tangunt, dicentes.

Conſecrator et aſſiſtentes epi ambabus manus ponũt ſup caput ei⁹ dicẽtes: Accipe. etc.

Accipe



Consecrator stās si ne mitra dicit orationem.

ACcipe spiritum sanctū, quo facto, cōsecrator, media voce stās deposita mitra dicit.

PRopitiare dn̄e supplicationibus nr̄is: ⁊ inclinato super hunc famulū tuū cornu gratię sacerdotalis: bene ✠ dictionis tuę in eum infunde virtutē. Per dn̄m nr̄m Jesum Christū filiuȝ tuum. Qui tecū viuit ⁊ regnat, Deinde extēsis manib⁹ ante pectus, dicit.

Consecrator extēsis manibus ante pect⁹ dicit prefationem.

PEr oia secula seculorū. ℟. Amē. ℣. Domin⁹ vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominuȝ. ℣. Gratias agam⁹ domino deo nostro. ℟. Dignū ⁊ iustuȝ est. Uere dignū ⁊ iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et vbiqȝ gratias agere: domine sancte: pater oipotens, eterne deus: honor omnium dignitatuȝ: quę glorię tuę sacris famulantur ordinibus. Deus qui p Moysen famulum tuuȝ: secreti familiaris affatu: inter cete

Exo. 28.


ra cęleſtis documenta culturę:
de habitu quoqꝫ indumenti
Sacerdotalis inſtituens: ele-
ctum Aaron myſtico amictu
veſtiri inter ſacra iuſſiſti: vt
intelligētię ſenſuꝫ de exemplis
priorū caperet ſecutura poſte-
ritas: ne eruditio doctrinę tuę
vlli deeſſet ętati. Cum et apud
veteres reuerentiam ipſa ſigni-
ficationum ſpecies obtineret:
⁊ apud nos certiora eſſent expe-
rimenta rerum, q̄ enigmata fi-
gurarum. Illius namqꝫ ſacer-
dotij anterioris habitus no-
ſtrę mētis ornat⁹ eſt: ⁊ pōtifica-
lē gloriā non iam nobis honor
commendat veſtium, ſed ſplen-
dor animarum. Quia ⁊ illa quę
tunc carnalibus blandiebant
obtu-

obtutibus:ea potius q̃ in ipsis erant:intelligenda poscebant.

Et iccirco huic famulo tuo: quẽ ad summi sacerdotij ministerium elegisti: hãc q̃sum⁹ gratiã largiaris:vt quicquid illa velamina in fulgore auri: in nitore gemmarum:ꝛ in multimodi operis varietate signabãt: hoc in eius moribus actibusq̃ clarescat. Cõple i sacerdote tuo ministerij tui summã:ꝛ ornamentis totius glorificationis istructũ: celestis vnguẽti rore sanctifica.

Si in Romana curia fit cõsecratio, Subdiaconus Apostolicus, Uel si extra Romanã curiam fit: vnus ex capellanis Pontificis ligat caput electi cũ vna ex longioribus mappulis de octo superius dictis: et consecrator flexis genibus versus ad altare incipit: ceteris prosequentibus hymnum.

Ligat caput electi cũ vna mapla: cõsecrator flexis genib⁹ versus ad altare incipit ceteris prosequentib⁹ hymnus. Ueni creator: et dicit tot⁹.

Ueni creator spiritus ꝛc.

Fol. xix.

Et dicitur totus vsq; ad finem: prout habetur supra in ordinatione Presbyteri. Finito primo versu surgit Pontifex: ꝛ sedet in faldistorio ante medium altaris: capit Mitram: extrahuntur ei anuli

Pontifex sedet cum mitra ante mediũ altaris, et cũ pollice intincto in

sacro chrismate facit signũ crucis primũ sup totam coronã: et postea vngit totam coronã capitis eius.

anuli ꝛ chirotecę: Reponuntur sibi anuli: ꝛ imponitur ei gremiale a ministris. Cum pollicem suuꝫ dextrum intingit in sanctuꝫ chrisma per vnũ ex ministris sibi oblatum: et caput electi coram se genuflexi inungit: formãs primo signum Crucis per totam coronam: deinde reliquum coronę liniendo: interim legendo dicens.



Ungatur et consecretur caput tuum, cęlesti benedictione: in ordine Pontificali.
¶ Et pducẽs manu dextra tertio signũ crucis sup caput electi: dicit. In nomine pa ✠ tris: ꝛ fi ✠ lij: et spiritus ✠ sancti. Amen. ℣. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo. Et si plures sint Consecrandi: hoc in persona cuiuslibet singulariter repetitur.

Hic epus abstergit pollicẽ cũ medulla panis: postea sine mitra psequitur pfationẽ.

¶ Expleta vnctione: Pontifex pollicẽ cuꝫ medulla panis paululuꝫ abstergit: ꝛ finito hymno prędicto, deposita mitra, surgit: ꝛ in pristina voce prosequitur dicens.



Hoc domine copiose in caput



eius influat: hoc in oris sub



iecta decurrat: hoc in totius



corporis extrema descendat:



vt tui spiritus virtus: ꝛ interio



ra eius repleat: ꝛ exteriora cir



cuntegat. Abundet in eo con



stantia fidei: puritas dilectio



nis: sinceritas pacis. Sint spe




ciosi munere tuo pedes ei⁹ ad



euangelizandũ pacẽ: ad euan-
geli-


gelizandũ bona tua. Da ei do-
mine ministeriũ reconciliatio-
nis in verbo ⁊ in factis: in vir-
tute signoꝝ ⁊ prodigiorũ. Sit
sermo eius ⁊ prędicatio, nõ in
psuasibilibus humanę sapiẽtię
verbis: sed in ostẽsione spiritus
⁊ virtutis. Da ei domine claues
regni celorum: vt vtatur, nõ vt
glorietur potestate quã tribuis
in ędificationem: nõ in destru-
ctionẽ. Qđ cunq; ligauerit sup
terrã sit ligatum ⁊ in cęlis: ⁊ qđ
cunq; soluerit in terris sit solu-
tum ⁊ in cęlis. Quorum deti-
nuerit peccata, detenta sint: ⁊
quorum dimiserit: tu dimittas.
Qui maledixerit ei: sit ille male-
dictus: ⁊ qui benedixerit ei: be-
nedictionib⁹ repleat. Sit fide-
lis


Mat. xxiiij.
lis seruus ꝛ prudēs: quē cōstitu-
as tu domine sup familiā tuā:
vt det illi cibū in tēpoꝛe oppoꝛ-
tuno: ꝛ exhibeat oēm hominē
perfectum. Sit solicitudine nō
Ro. xij.
piger: sit spiritu feruens: ode-
rit supbiā: humilitatē ac veri-
tatē diligat: neq̄ eā vnq̄ dese-
rat: aut laudibus: aut timoꝛe
superatus. Nō ponat lucē tene-
bras: nec tenebras lucē: nō di-
Isaie. v.
cat malū bonum: neq̄ bonum
malū. Sit sapiētibus ꝛ insipien-
Ro. j.
tibus debitoꝛ: vt fructū de pꝛo-
fectu omniū cōsequat. Tribuas
ei domine cathedrā episcopalē
ad regendū ecclesiā tuā: ꝛ ple-
bē sibi ꝯmissā. Sis ei autoꝛitas:
sis ei potestas: sis ei firmitas.
Multiplica sup eū bene ✠ di-
ctiō-

ctionē ⁊ gratiā tuā3: vt ad exo-

randā semꝑ misericordiā tuā3:

tuo munere idoneus: ⁊ tua gra-

tia possit esse deuotus.

Deinde submissa voce dicit legendo, ita ꝙ a circunstantibus audiri possit. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Submissa voce.

Post hec consecrator inchoat, schola prosequente Antiphonam.

Consecrator inchoat ꝓsequitur schola.

Unguentum in capite qđ de-

scendit in barbam: barbam

Aaron: qđ descendit in oram

vestimenti e ius: mandauit

do minus benedictio nem

in seculum. E v o v a e.

Ecce quam bonum ⁊ quam iucundum habitare fratres in vnum.

Sicut Unguentum in capite, quod descendit in barbam: barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: et vitam vsque in seculum.

Gloria patri ⁊. Sicut erat. ⁊c.

Deinde repetitur tota Aña. Unguentum in capite ⁊c. Incepta aña ante ps, imponitur ad collū electi alia ex longioribus mappulis de octo supradictis. Cōsecrator sedet: accipit mitram: ⁊ electo ante ipsū genuflexo: inungit ambas manus simul iunctas: cum chrismate in modum crucis: producendo cum pollice suo dextro inuncto, duas lineas: videlicet a pollice dextre manꝰ vsq3 ad indicē sinistrū: ⁊ a pollice sinistro: vsq3 ad indicem dextrū: ⁊ mox inungat totaliter palmas electi, dicēs.

Imponit ad collum electi tobaliā aliā: ⁊ cōsecrator sedens cū mitra vngit manus electi sacro chrismate.

Ungan-



Ungantur manus iste, de oleo sanctificato, ⁊ chrismate sanctificationis: sicut unxit Samuel David regem et prophetam: ita ungantur ⁊ confirmentur, ⁊ producens manu dextra, ter, signum crucis, super manus electi, dicit. In nomine dei pa✠tris: ⁊ fi✠lij: ⁊ spiritus✠ sancti: facientes imaginē sancte crucis saluatoris nostri: qui nos a morte redemit: ⁊ ad regna celorum perduxit. Exaudi nos pie pater, omnipotens, eterne deus: ut quod te rogamus exoremus, Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

j. Re.xvi.

Producit ɔsecrator signum crucis sup manus electi ter.

Deus ⁊ pater domini nostri Jesu Christi: qui te ad Pontificatus sublimari voluit dignitatem: ipse, qui per Samuelē David in regem et prophetam inunxit: te nostro ministerio, chrismate ⁊ mystice delibutionis liquore perfundat: ⁊ spiritualis bene✠dictionis ubertate fecūdet: ut quicquid benedixeris, benedicatur: ⁊ quicquid sanctificaueris, sanctificetur: ⁊ consecrate manus iste: vel pollicis impositio: cunctis proficiat ad salutē: Per eundem Christum dominū nostrum. ℟. Amē.

j. Re.xvi.

Premissis itaque expeditis: consecratus iungit ambas manus: et eas imponit mappule a collo dependenti. Consecrator vero abstergit paululum cum Medulla panis pollicem: ⁊ deposita mitra surgit: et benedicit baculum pastoralem: sibi ab Acolito presentatum: si nō sit benedictus, dicēs.

Consecratus man⁹ unctas impōit mappule a collo dependenti.

Benedictio baculi pastoralis, q̄ fit stando ⁊ sine mitra. Oremus.

Sustentator imbecillitatis humane deus: Bene✠dic baculum istū: ⁊ quod in eo exterius designatur, interius in moribus huius famuli tui, tue propitiationis clementia operet. Per Christum dominū nostrum. ℟. Amē.

Bñdictio baculi pastoralis, q̄ fit stando sine mitra.

Deinde illū aspergit aqua benedicta. Tum sedens accepta mitra: tradit illum consecrato coram eo genuflexo: capiēti ipsum inter indices ⁊ medios digitos: manib⁹ nō disiunctis: cōsecratore dicēte.

Pontifex sedens cū mitra, tradit baculū cōsecrato coram se genuflexo.



Accipe baculū pastoralis officij: ⁊ sis in corrigendis vitijs pie seuiēs: iudiciū sine ira tenēs: in fouendis virtutib⁹ auditorū animos demulcēs: in tranquillitate seueritatis censurā non deserēs. Quo facto: deposita mitra, surgit con-

consecrator: ⁊ benedicit anulum per acolitum sibi oblatum: si non sit prius benedictus, dicens.

Benedictio anuli, que fit sine mitra, stante episcopo. Oremus.

Creator ⁊ cõseruator humani generis: dator gratie spiritualis: largitor eterne salutis: tu domine emitte tuam bene✠dictionem super hunc anulum: vt quicunque hoc sacrosancte fidei signo insignitus incesserit: in virtute celestis defensionis, ad eternam sibi proficiat salutem. Per Christũ dñm nostrum. ℟. Amẽ.

Eps sedẽs cũ mitra imponit anulũ consecrato.

Tum aspergit ipsum Anulum aqua benedicta: sedet cum mitra: ⁊ anulum in digitum anularẽ dextre manus consecrati immittit: dicens.



Accipe Anulum: fidei scilicet signaculum: quatenus sponsam dei: sanctam, videlicet Ecclesiam: intemerata fide ornatus, illibate custodias. ℟. Amen.

Consecrator adiuuãtib' eis epis assistentibus, accipit librũ euangeliorũ de spatulis cõsecrati: et clausũ tradit illi.

Tum consecrator accipit librum euangeliorum de spatulis consecrati: ⁊ adiuuantibus ipsum episcopis assistentibus, tradit eum clausum cõsecrato, tangẽti illum sine apertione manuum, dicens.



Qui manibus nõ disiunctis tangit eũ.

Accipe euangeliũ, ⁊ vade: predica populo tibi commisso: potens est enim deus augere tibi gratiã suã: qui viuit ⁊ regnat cum deo patre in vnitate spiritus sancti, Per omnia secula seculorum,

Demum consecrator recipit consecratum ad osculum pacis: similiter ⁊ assistentes episcopi singuli dicentes ipsi cõsecrato: Pax tibi. ⁊ ipse respondet singulis. Et cum spiritu tuo. Tum cõsecratus medius inter assistentes episcopos, redit ad capellam suam: vbi abstergitur ei caput cum medulla panis: ⁊ cum panno mundo: deinde cum pectine mundatur: ⁊ complanãtur capilli: postea lauat manus. Consecrator vero in suo faldistorio Manus lauat. Deinde procedit in Missa vsque ad Offertorium. inclusiue. Idem facit consecratus in Capella sua.

Cõsecrat' medi' inter assistẽtes epos ducit' ad suã capellã caput extergitur ei cum medulla panis: ⁊ lauat manus.



Ha le lu iah.



D if fusa est gra ti a in

in la bijs tu is:

propterea benedixit te de-

us in eter num

Tractus.

D ecide ri um ani me

eius tribu i sti ei domine:

⁊ volunta te la biorum

e ius non fraudasti e um.

℣. Quoniam pre ue nisti e-

um in benedictio-

nibus dulce di nis.

℣. Posuisti in ca pite e-

ius coronam de la pide

precio so.

Sequētia sci euange. sm Marcū. Cap. vj.

In illo tēpore, Circuibat Jesus castella in circuitu docēs. Et conuocauit duodecim: ⁊ cepit eos mittere binos: et dabat illis potestatē spirituum immundorū: ⁊ precepit eis, ne quid tollerent in via: nisi virgam tantum: non peram: nō panē: neq; in zona es: sed calciatos sandalijs: ⁊ ne induerentur duabus tunicis: ⁊ dicebat eis. Quocunque introieritis in domum: illic manete: donec exeatis inde. Et quicunq; nō receperint vos: neq; audierint vos: exeuntes inde: excutite pulverem de pedibus vestris: in testimonium illis. Et exeuntes predicabant, vt penitentiam agerent: et demonia multa eijciebant: ⁊ vngebant oleo

oleo multos egros: ꝛ sanabátur. Deinde dicit Credo Offertoriũ.



Hic consecrator cũ mitra sedẽs ante mediũ altaris, cõsecratus veniẽs inter duos ẽpos medius offert consecratori.

Dicto offertorio, ꝯsecrator sedet cũ mitra i faldistorio, ante mediũ altaris. Et consecratus, veniẽs ex sua capella: inter assistentes episcopos medius: corã consecratore genuflectit: ꝛ illi, ex institutione Melchiadis papę: ꝛ de more: offert duo intortitia accẽsa: duos panes: ꝛ duo barilia vino plena, ꝛ cõsecratoris prędictã recipientis manum, reuerẽter osculatur.



Deinde cõsecrator lauat manus: ꝛ accedit ad altare. Cõsecratus etiam ad posterius cornu epistolę altaris eiusdẽ accedit: ꝛ ibi stãs medius inter episcopos assistentes: ante se habẽs missale suum: simul cum consecratore dicit: ꝛ facit omnia prout in missali.

Consecrator lauat manus et accedit ad altare: ꝛ cõsecrat' inter duos epos medi' stat ad cornu epistolę: ꝛ dicit omnia prout in missali.

❡ Secreta sequens dicitur cum secreta missę diei sub vno Per dominum. per cõsecratorẽ. Secreta.

Hęc secreta dici debet sub vno per dñm cum collecta missę.

Suscipe domine munera: quę tibi offerimus pro hoc famulo tuo: et propitius in eo tua dona custodias. Per dominum.

Consecratus dicit. Secreta.

Consecratus dicit secretã istã.

Suscipe dñe munera: quę tibi offerimus pro me misero famulo tuo: ꝛ propitius in me tua dona custodias. Per dominum.

Infra actionem dicit cõsecrator.

Consecrator dicit infra actionem.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę: sed ꝛ cunctę familię tuę: quam tibi offerimus etiam pro hoc famulo tuo: quem ad episcopatus ordinem promouere dignatus es: quęsumus domine: vt placatus accipias: ꝛ propitius in eo tua dona custodias: vt quod diuino munere consecutus est: diuinis affectib' exequatur: diesq; nostros in tua pace disponas: atque ab ęterna damnatione nos eripi: et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Consecratus dicit.

Consecrat' dicit infra actionem.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę: sed ꝛ cunctę familię tuę: quam tibi offerimus etiam pro me famulo tuo: quẽ ad episcopatus ordinẽ promouere di-

dignatus es: quesumus domine; vt placatus accipias: ꝛ ꝓpitius in me tua dona custodias: vt quod diuino munere consecutus sum: diuinis affectibus exequar: diesq; nostros in tua pace disponas: atq; ab eterna damnatione nos eripi: ꝛ in electorum tuorũ iubeas gregenumerari. Per Christum dominum nostrum. Dicta oratione.

Domine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis ꝛc. per consecratorem ꝛ consecratũ. Consecratus accedit ad dextram consecratoris: ꝛ ambo osculantur altare. Tũ cõsecrator dat pacẽ cõsecrato dicens. Pax tecum. Cui respondet cõsecratus. Et cũ spiritu tuo. ꝛ dat eã assistentibus suis: seniori primo, tum alteri: singulis dicens. Pax tecũ. Et illi sibi respondẽt. Et cũ spiritu tuo. Deinde postq; consecrator corpus domini sumpserit: nõ totum sanguinẽ sumit: sed solum partẽ eius cũ particula hostię in calicẽ missa. Et priusquã digitos abluat, cõmunicat consecratũ ante se in eodẽ cornu: capite inclinato stantẽ: ꝛ nõ genuflectentem: prius de corpore: tum de residuo sanguine in calice dimisso: deinde purificat se: postea consecratum. Tum abluit digitos super calicem, ꝛ sumit etiam ablutionẽ: et assumpta Mitra lauat manus.

Confecrator dat pacem cõsecrato ꝛ ille suis assistentibus.

Consecrator cõicat cõsecratũ et dat ei partẽ sanguinis de calice suo.

Interim cõsecratus cũ assistentibus epis accedit ad posteriorem partem alterius cornu altaris: vz euãgelij: ꝛ ibi prosequit missam: sicut cõsecrator i cornu eplę. Cõio.

Consecratus cũ assistentib⁹ sibi epis accedit ad cornu euãgelij: ꝛ ꝓsequit missam: idẽ facit cõsecrator in cornu eplę.



Postcõmunio, quę dici debet cũ postcommunione dici, sub vno Per dominum nostrũ Iesum ꝛc.

Plenum, quęsumus domine, in nobis remedium tuę misericordię operare: ac tales nos esse perfice propitius: ꝛ sic foue: vt tibi in omnib⁹ placere valeamus. Per dominum nostrum Iesum.

Hęc oratio dicitur post primã orationem sub vno ꝑ dñm.

Deinde dicto Ite Missa est, vel Benedicam⁹ domino, prout tempus requirit, Consecrator dicto in medio Altaris Placeat, ꝛc. Accepta ibidem mitra si non sit Archiepiscopus: ꝛ in sua prouincia: stans versus ad altare: populo solenniter benedicit, dicens. Sit nomẽ domini benedictũ. ꝛc. fo.35 Data benedictione: reponit faldistorium

Hic consecrator benedicit populo.

storium ante mediū altaris: ⁊ consecrator cum mitra in eo sedet. Consecratus vero biretū suū in capite tenēs: corā eo genuflectit. Tunc Consecrator deposita mitra: surgit ⁊ benedicit mitrā per Acolitum sibi oblatam: si non sit benedicta, dicens. Oremus.

Consecrator benedicit mitrā.

Bñdictio mitre q̄ fit stando ⁊ sine mitra.

Domine deus, pater omnipotens: cuius preclara bonitas est, ⁊ virtus immensa: a qua omne datum optimum: et omne donum perfectum, totiusque decoris ordinamentū: bene ✠ dicere, ⁊ sancti ✠ ficare digneris hanc mitram huius famuli tui antistitis capiti imponendā. Per Christum dominum nostrū. ℟. Amē.

Et mox eā aspgit aqua bñdicta: deinde sedens cū mitra, adiuuātibus ipsum assistentib⁹ episcopis, imponit eā capiti cōsecrati, dicēs.

Consecrator iponit mitrā capiti cōsecrati adiuuantib⁹ eū assistētib⁹ episcopis.



Imponimus domine capiti huius antistitis ⁊ agoniste tui galeam munitionis ⁊ salutis: quatenus decorata facie: ⁊ armato capite: cornibus vtriusque testamenti: terribilis appareat aduersarijs veritatis: ⁊ te ei largiente gratiam: impugnator eorum robustus existat: qui Moysi famuli tui faciem ex tui sermonis cōsortio decoratam: lucidissimis tue claritatis, ac veritatis cornibus insignisti: ⁊ capiti Aarō pontificis tui thyaram imponi iussisti. Per Christū dominū nostrum.

Exo. 37. Exo. 28.

Deinde si chirotece non sint benedicte, surgit, mitra deposita, ⁊ eas benedicit, dicens. Oremus.

Bñdictio chirothecarum fit stando ⁊ sine mitra.

Omnipotēs creator: qui homini ad imaginem tuā condito: manus discretionis insignitas: tanquā organum intelligentie ad recte operandum dedisti: quas seruari mundas precepisti: vt in eis anima digne portaret: ⁊ tua in eis digne cōsecrarentur mysteria: bene ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare digneris, manuū hec tegumenta: vt quicunque ministrorū tuorum sacrorum pontificum, his velare manus suas cū humilitate voluerit: tam cordis, q̄ operis, ei munditiā, tua misericordia subministret. Per Christū. ℟. Amē.

Et aspergit eas aqua benedicta. Tum extrahit consecrato anulus pontificalis: deinde sedet consecrator: ⁊ accepta mitra: adiuuantib⁹ assistētibus episcopis: imponit illas manib⁹ cōsecrati, dicens.

Consecrator cū mitra, sedens, iponit chirothecas cōsecrati.

Circunda dñe manus huius ministri tui munditia noui hominis: qui de celo descendit: vt, quemadmodum Jacob dilectus tuus: pelliculis hedorum coopertis manibus, paternam benedictionē oblato patri cibo potuq; gratissimo impetrauit: sic et iste: oblata per manus suas hostia sa-

lutari: gratię tuę benedictionem impetrare mereatur. Per dñm nostrum Jesum Christum filiũ tuũ: q in similitudinẽ carnis pcti, tibi p nobis obtulit semetipsum. Et statim imponit ei anulũ pontificalẽ. Tum surgit cõsecrator, ⁊ accipit consecratum per manum dextrã: ⁊ primus ex assistentibus episcopis p sinistrã: ⁊ intronizant eum ponendo ipsum ad sedendũ in faldistorio, de quo surrexit cõsecrator: vel si id fiat i ecclesia propria consecrati: intronizãt eũ in sede episcopali consueta: ⁊ consecrator tradit ei baculũ pastoralẽ in sinistra.

Consecrator collocat consecratum in sede episcopali: ⁊ tradit ei pastorale: et incipit Te deum.

¶ Deinde versus ad altare consecrator deposita mitra: stans incipit, ceteris vsque ad finem prosequentibus, Hymnum.



Te Deum laudamus. Incepto Hymno, cõsecratus ducit ab assistentibus episcopis per ecclesiã: ⁊ omnibus benedicit. Cum vero reuersus fuerit ad sedem suã: seu faldistorium: iterum sedet: quousq finiatur hymnus predictus.

Consecratus ducit ab assistentibus epis p ecclesiam.



Te dominum con fitemur.



Te eternuz patrẽ omnis terra



venerat. Tibi omnes angeli



tibi celi ⁊ vniuersę potestates.



Tibi cherubim ⁊ seraphim in



cessabili voce pclamãt. S anctus.



S ãct9. S ãct9 dñs deus sa



baoth. Pleni sunt celi ⁊ terra



maiestatis glorię tuę. Te glo



riosus aplorũ chor9. Te pphe



tarũ laudabilis numerus. Te



martyrũ cãdidatus laudat exercitus


citus. Te p orbē terrarū scta cō/
fitet ecclesia. Patrē imensę ma/
iestatis. Venerādū tuū verū &
vnicū filium. Sanctu3 quoq3
paraclitu3 spiritū. Tu rex glo/
rię xpe. Tu pr̄is sempiternus
es filius. Tu ad liberandū su/
scepturus hoiem: nō horruisti
virginis vterum. Tu deuicto
mortis aculeo: aperuisti credē/
tibus regna celorū. Tu ad dex/
terā dei sedes: in gloria pr̄is.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo q̄sumus tuis famulis
subueni: q̄s precioso sanguine
redemisti. Eterna fac cū sctis
tuis in gl'ia numerari. Saluū
fac populū tuū domine: & bene/
dic hereditati tuę. Et rege
eos & extolle illos vsq3 in eter/
num.

num. Per singulos dies bene-
dicimus te. Et laudam⁹ nomẽ
tuũ in seculũ ꝛ in seculũ seculi.

Dignare domine die isto sine
peccato nos custodire. Mise-
rere nostri dñe miserere nostri.

Fiat misericordia tua domine
super nos: quẽadmodũ spera-
uimus in te. In te domine spe-
ra ui non confundar in
e ter num.

Finito hymno, Cõsecrator stans sine mitra apud sedẽ seu faldistoriũ: a parte dextra cõsecrati, dicit. Uel si officium cantatur incipit schola prosequente, Antiphonã.

Consecrator sine mitra incipit añam.

Firmetur manus tu a: ꝛ ex-
altetur dextera tu a: iustitia
ꝛ iudici um prepara tio se-
dis tue. Gloria patri ꝛ filio
ꝛ spiritui sãcto. Sicut erat in
principio ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in
secula seculorum. Amen.

Et repetitur tota Antiphona. Qua finita cõsecrator, dicit. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟.

Consecrator dicit.

℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus omnium fidelium pastor et rector: hunc famulum tuum, quem Ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei, quesumus, verbo, et exemplo, quibus preest proficere: ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per Christum dominum nostrũ. ℟. Amẽ.

Consecrator sine mitra accedit ad cornu euãgelij: et ɔsecratus cũ mitra accedit ad mediũ altaris, et leniter bene dicit pplo.

His dictis cõsecrator detecto capite vadit ad cornu euangelij altaris: Consecratus vero surgit: et accedens cum mitra, et baculo pastorali ante medium altaris, versus ad illud, signans se cũ pollice dextre man⁹ ante pectus dicit. ℣.

Sit nomẽ dñi benedictũ. ℟.

Ex hoc nũc et usque in seculum.

Deinde faciens signum crucis a fronte ad pectus, dicit.

Adiutoriũ nostrũ in nomine dñi. ℟. Qui fecit celum et terrã.

Tũ eleuat, et iungit man⁹, et dicit.

Benedicat vos oĩpotens deus

Et cũ dicit deus erigit manũ dexteram usque ad faciem suam: deinde vertit se ad populum: et tertio super eum signans: benedicit dicẽs.

pa ✠ ter, et fi ✠ lius, et spiritus ✠ sanctus. ℟. Amen.

Tum cõsecrator accipit mitram: stans in cornu euangelij: versa facie ad cornu epistole: Consecratus vero accedit ad cornu epistole altaris: et ibidem cum mitra et baculo genuflexus, versus ad cõsecratorem, dicit cantando.

Consecrator cũ mitra stat in cornu euangelij: ɔsecrat⁹ similiter mitra in cornu epistole flexis genibus versus cõsecratorẽ dicit genuflexus. Ad multos annos.



Ad multos annos.

Deinde accedens ante medium altaris ubi iterum ut prius genuflexus dicit altius cantando.



A d multos annos.

Consecrator tertio ad pedes cõsecratoris accedẽs genuflex⁹ ante eũ dicit adhuc alti⁹. Ad multos annos.

Postea accedit ad pedes consecratoris: vbi tertio genuflexus: vt supra, iterũ altius cantando dicit.



A d multos annos.

Consecrator recipit cõsecratus ad osculũ pacis: ꝛ similiter assistẽtes episcopi: qui ducunt cõsecratum mediũ inter se cum mitra et baculo ad capellam suam.

Tum cõsecrator recipit eum surgentem ad osculum pacis: ꝛ similiter faciunt assistentes episcopi: qui consecratum cum mitra ꝛ baculo pastorali incedentẽ: ꝛ euangelium sancti Johãnis, In principio erat verbum ꝛc. dicentem: inter se medium ducentes: ad suã capellã reuertuntur, ad se exuendum sacris vestibus. Consecrator vero pacis osculo vt premittitur consecrato, dato, dicit submissa voce. Dominus vobiscum. Initium sancti euangelij secundum Johannem. In principio erat verbum ꝛc. signat altare ꝛ se: ꝛ apud suum faldistoriũ deponit sacras vestes: quibus depositis: consecratus consecratori et assistentibus suis pro more gratias agit: et vadunt in pace omnes.

Consecrator dicto euangelio sancti Johannis in sede sua sacris vestib⁹ exuit.

Notandũ. ¶ Quando etiã quis in Archiepiscopum: vel Patriarcham electus consecratur: forma premissã in omnibus obseruatur: sed per huiusmodi consecrationem non assumit sibi nomen Archiepiscopi: vel Patriarche: quod per traditionem Pallij duntaxat sibi attribuitur: vsque ad quam manet continuo electus: etiam post cõsecrationem predictam: prout etiam infra de Pallio dicetur. Electus vero in episcopum: cum primum consecratus est: episcopus vocatur: non electus.

¶ In anniuersario consecrationis episcopi: dicatur missa sicut in consecratione vtš. fo. 25. cum his orationibus. Oremus. Oratio.

D Eus, qui non proprijs suffragãtibus meritis: sed sola tua ineffabilis gratie largitate: me familie tue preesse voluisti: tribue tibi digne persoluere ministeriũ pontificalis officij: ꝛ ecclesiasticis conuenienter seruire mysterijs: plebemq; mihi commissam: te in omnibus protegente: gubernare concede. Per dñm. Secreta.

A D gloriam diuini nominis tui annua facta repetentes: Pontificalis exordij: hostias tibi laudis offero: suppliciter exorãs: vt cuius ministerij vices exhibeo: eius tibi suffragijs reddat acceptum. Per dñm nostrum Jesum Christum filium tuum, Qui tecũ viuit ꝛ regnat. Infra actionem.

H Anc igitur oblationem, quã tibi offero ego tuus famulus ꝛ sacerdos: ob diẽ, in quo me dignatus es in ministerio sacro constituere presulem: obsecro domine placatus suscipias: ꝛ quod in me largiri dignatus es: propitius custodire digneris. Diesq; nostros ꝛc. Postcommunio.

Corporis sacri ⁊ pretiosi sanguinis repleti muneribus: quęsumus domine Deus noster: vt gratię tuę munus, quod mihi immerito contulisti: intercedēte beata Maria semper virgine: et beatis apostolis Petro ⁊ Paulo: ⁊ beato. N. et omnibus sanctis: propitius muniendo custodias: Per eundem dominū nostrum.

DE PALLIO.

Forma tradendi pallii patriarchę, vel archiepiscopo.

CVM pallium a sede apostolica ad quempiā patriarcham, siue Archiepiscopū mittit, episcopi, quibus res ipsa committitur, statuta die, cum ipso electo Patriarcha, vel Archiepiscopo: conueniunt in Ecclesia sua metropolitana, si commode fieri potest: vel alia Ecclesia suę diocesis magis commoda: in quā missarum solennia peraguntur. Et facta communione per celebrantē: pallium reponitur supra mediū altaris extēsum: ⁊ zandali, siue serico, in quo inuolutum portatum fuit, coopertum. Deinde peracta re diuina: episcopi ipsi induti amictu, stola, pluuiali, ⁊ mitra simplici: sedentes ante altare super faldistorijs: aut sedilibus: capiunt iuramentum fidelitatis, nomine sedis apostolicę: ab ipso electo Patriarcha: vel Archiepiscopo: oībus pontificalib⁹ paramētis: ac si celebratur⁹ esset: mitra tamē ⁊ chirothecis demptis indutorante se genuflexo: iuxta formā p literas apostolicas eis traditā.

FORMA IVRAMENTI.

EGo. N. Patriarcha vel Archiepiscopus. N. ab hac hora in antea, fidelis ⁊ obediēs ero beato Petro, sanctęq; apostolicę Romanę Ecclesię, ac domino nostro, Domino. N. papę. N. eiusq; successorib⁹ canonice intrantib⁹ Non ero in consilio aut consensu vel facto vt vitā perdāt aut membrū: seu ꝑ capianē mala captione. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut per nūtios, seu literas ad eorū damnum me sciente, nemini pandam. Ad retinendum ⁊ defendendum papatū Romanum, ⁊ Regalia sancti Petri, adiutor eis ero: saluo meo ordine contra omnem hominem. Legatū apostolicę sedis i eundo ⁊ redeundo honorifice tractabo, ⁊ in suis necessitatib⁹ adiuuabo. Vocatus ad synodum veniā, nisi prepeditus fuero canonica prępeditione. Apostolorum limina: Romana Curia existente citra, singulis annis: vltra vero mōtes: singulis biēnijs visitabo: aut per me, aut per meū nuntiū: nisi Apostolica absoluar licentia. Possessiones vero ad mēsam meā pertinētes nō vendā, nec donabo, neq; impignorabo, nec de nouo infeudabo: vel aliquo modo alienabo: etiā cum cōsensu capituli Ecclesię meę, Incōsulto Ro. pontifice.

¶ Senior dictorum episcoporum in gremio suo librum euangeliorum ambabus manibus apertū tenēs: inferiore parte libri electo versa: ab eo prestationem huiusmodi iuramenti recipit: ⁊ electo Patriarcha vel Archiepiscopo adhuc corā eo genuflexo, dicēte. Sic me Deus adiuuet: ⁊ hec sancta Dei euangelia. Tum episcopus respondet. Deo Gratias. Iuraméto prestito: episcopi surgunt cum mitris: et ambo, simul pallium hincinde de altari recipientes: senior eorum solus: illud super humeros electi Patriarche vel Archiepiscopi adhuc ante se genuflexi imponit, dicens.



AD honorem omnipotentis dei: ⁊ beate Marie semper virginis: ac beatorum apostolorum Petri ⁊ Pauli: domini nostri pape. N. ⁊ sancte Romane ecclesie: Necnon ecclesie. N. tibi cōmisse: tradimus tibi palliū de corpore beati Petri sumptū: in quo est plenitudo Pontificalis officij, cum Patriarchalis vel Archiepiscopalis nominis appellatione: vt vtaris eo infra ecclesiam tuam certis diebus: qui exprimuntur in priuilegijs ab apostolica sede concessis. In nomine ✠ patris, et filij et spiritus sancti, Amen.

¶ Quo dato, surgit patriarcha, seu archiepiscopus cum pallio: ⁊ ascēdens ad altare, crucē suā ante se habens, detecto capite, benedicit populo solenniter, dicens. Sit nomē ⁊c. fo. 35. Qua benedictione data: dimissis in ecclesia paramētis: oēs ad sua reuertuntur.

Accepto pallio patriarcha: vel archiepiscopus, surgit, et populo solenniter benedicit.

¶ Et quia pontificalis officij plenitudo confert per palliū: antequam obtinuerit quis pallium: licet sit consecratus: non sortitur nomen Archiepiscopi: vel primatis: aut patriarche: ⁊ non poterit episcopos consecrare: nec cōuocare ad concilium: nec chrisma conficere: nec ecclesias dedicare: nec clericos ordinare: etiam si pallium in alio Archiepiscopatu habuisset: cum oporteat petere nouum pallium.

Notandū.

Potest tamen qn̄ vult, missam sine pallio ⁊ sandalijs celebrare.

Potest etiam huiusmodi consecrationes ante pallij receptionem alteri cōmittere: dummodo non sit in mora petendi pallium.

Nec ante habitum palliū: potest metropolitanus ante se crucem deferre: sed tantum postea.

Nec potest archiepiscopus vel patriarcha vti pallio extra suam prouinciā, vel patriarchatū: ⁊ nō omni tēpore: sed tantum in ecclesia in missarum solennijs: in festis precipuis: non in processionibus: neque in missis pro defunctis: ⁊ est personale: ⁊ ideo accommodari non

non potest: nec in morte, alicui relinqui: sed Archiepiscopus, siue Patriarcha cũ eo sepeliri debet.

Dies, quibus pallio vti potest Archiepiscopus siue Patriarcha, sunt hi.

Natiuitatis dñi: scti Stephani: & Sancti Johãnis euãgeliste. Circuncisionis, & Epiphanie domini. Dominica in ramis palmarũ. Jouis sancte: siue in cena domini. Sabbathi sancti. Resurrectionis domini cum duobus diebus sequentibus. Dominica in albis: Ascensionis dñi: Die pẽtecostes: Festiuitatis corporis Christi. Festiuitatum beate Marie semp virginis. Natiuitatis scti Johãnis baptiste. Festiuitatum sanctorum. Festiuitatum omniũ apostolorum. Dedicationum ecclesiarum principalium. Festiuitatis ecclesie sue. In ordinationibus Clericorum. Consecrationibus Episcoporũ. Et in die anniuersarij dedicationis ecclesie: Et cõsecrationis sue.

DE ORDINATIONE ET Consecratione Summi Pontificis.



Consecratio Romani Pontificis: secundũ antiquas patrũ cõstitutiones, spectare solebat ad episcopum Ostiensem: qui etiam in ea cõsecratione pallio vtebatur. Assistebãt ei Portuensis & Albanẽsis episcopi. Sed (vt arbitror) ad tollendas cõtentiones: iam pridem introductum est: vt prior episcoporum cardinaliũ: cum duobus ex senioribus episcopis: id munus subire debeant. Sicque nostris temporibus seruari vidimꝰ, vt non habeatur ratio Ecclesiarum: sed prioritatis episcopalis.

¶ Statuta igitur die ordinationis per electum: ante diẽ coronationis: in loco vbi ordinatio fieri debet, paretur ante altare, Credẽtia pro cõsecratore: & Credentia pro Pontifice electo: cum rebus opportunis ad ordinationẽ.

¶ Conueniant in loco vbi ordinatio fieri debet: Electus Pontifex: cum duobus diaconis: & aliquibus Presbyteris Cardinalibus: Subdiacono & Acolitis apostolicis. Et omnes, conuenientibus sibi ac tempori paramentis ornentur. Deinde episcopus consecrator: cum eius ministris paret.

DE ORDINATIONE SVMmi Pontificis, ad primam tonsuram: & quatuor minores.

Si forte electꝰ in Papã esset merus laicus (nã & laicꝰ eligi potest: dummodo sit christianus & catholicus) accipit primã tonsuram: & minores ordines: vt alij inferiores: nisi q͛ erit indutus cum rocheto & pluuiali: qđ post collum remittitur: vt totũ retro dependeat: & mitra. Et in sua sede recipiat instrumẽta ordinũ: & habitũ. Et nõ dicunt monitiões: siue exhortationes: sed a substantialibus incipit.

DE

DE ORDINATIONE ROmani Pontificis:ad Subdiaconatum:⁊ Diaconatum.

Si vero electus in Romanũ Pontificẽ, nõ esset in sacris ordinib⁹ cõstitutus: vt de Petro Moroneo Anachoreta:⁊ de quibusdam alijs, patrum memoria accidit: Statuta die ordinationis, vt supra: per priorẽ episcoporum cardinaliũ:vel aliũ(si magis placet)ordinet. Et ad oẽs ordines: etiã ad Presbyteratum: poterit in eadẽ die simul, vel interpolatis dieb⁹ ꝓmoueri: vt placuerit: In promotione autẽ hec seruabunt.

Omnibus, vt supra paratis: Electus ordinãdus ad Subdiaconatum: in sede sua in loco conuenienti constituta: primo lauet manus: tum supra rochetum paretur amictu(ita tamen vt possit imponi supra caput cũ tẽpus erit) Alba:⁊ Cingulo:deide Pluuiali quod post collum remittit: vt totum retro dependeat: tum mitrã accipiat: tempori opportunam.

Summus põtifex electus: ⁊ in subdiaconũ cõsecrãdus induitur sup alba pluuiali ⁊ mitra.

Cũ omnia parata erunt:electus accedens ad altare: procumbet ad orationẽ sine mitra:⁊ surgens, faciet confessionem cum ordinatore:deinde reuertetur ad sedem suã:⁊ leget introitum ⁊c. vt alias. ⁊ ordinator procedet in missa more consueto:vsq3 ad collectã ante epistolã exclusiue. Tunc electus super faldistoriũ procumbet sine mitra: ordinator autẽ in scabello ad eius sinistrã cum mitra: ⁊ alij oẽs in locis suis sine mitra: ⁊ dicẽt Litania p subdiaconum:vt supra f. 10. Et cum peruentũ fuerit ad locum cõsuetũ, surget ordinator ⁊ benedicet electum tertio, dicẽs. Ut hunc electum ⁊c. vt in ordinario supra.fol. 11. Deinde iterum procumbet et finietur Litania. Tum electus sumpta mitra, reuertitur ad sedem suam:⁊ ordinator accedit ad eum:⁊ sedenti cum mitra, ipse stãs cum mitra:dat electo calicẽ vacuum cum patena: ⁊ mox vrceolos cum vino, ⁊ aqua, boccale, manile, ⁊ manutergium.

Summus põtifex electus ordinandus in subdiaconũ omnia instrumẽta illius ordinis sedẽs cu3 mitra accipit a cõsecratore stante etiam cu3 mitra.

Que omnia electus tangit ambabus manibus, ordinatore dicẽte: Uide cuiusmodi mini. ⁊c. s.f. 12. Deinde successiue etiam cu3 mitra: ordinator dicit. Oremus. Deum patrẽ ⁊ dñm nostrũ. ⁊c. Tũ deposita mitra, dicit. Orem⁹. Et ministri. Flectamus genua: Leuate. Et interi3 electus surgit sine mitra:⁊ ordinator prosequit. Dñe sancte, pater omnipotens, eterne ⁊c. supra fo. 12. Qua finita oratione electus sedet sine mitra:⁊ ordinator accepta mitra imponit Amictum sup caput electi, dicẽs. Accipe amictum ⁊c. q mox deposito de capite amictu:reassumit mitrã:⁊ ordinator imponit illi manipulum in brachio sinistro, dicẽs. Accipe Manipulum ⁊c. Tum surgit electus: et extrahitur sibi Mitra et Pluuiale: ⁊ ordinator induit eum Tunicella, dicens. Induat te dominus vestimento salutis ⁊c. sedet: deinde electus cum Mitra: et ordinator tradit illi

illi librum epistolarum, dicens. Accipe librum epistolarum. ⁊c. Hec omnia habētur supra.fo.12. Finita ordinatione Subdiaconatus: si electus nō vult vlterius procedere: reassumit pluuiale: et finitur missa more consueto.

¶ Si vero placuerit ad Diaconatū procedere: ordinator, apud altare in suo faldistorio prosequit collectam diei cum oratione pro ordinādo sub eodem, Per dnm. vrm. fo.12. ⁊ dicet epla suo ordine. Qua finita: si electus ante electionem erat Subdiaconus: parcet in principio, sicut diximus: addito manipulo: et finita epistola procumbat in faldistorio: ⁊ dicetur Litania supra fol.10. vt diximus.

Summus Pontifex qualiter i Diaconū ordinari debet.

¶ Si autem tunc ordinatus est: finita epistola surgat, ⁊ deponat tunicellā: ⁊ iterum sedeat cum mitra et pluuiali a collo: ordinator autē ad eum accedens, ⁊ stans cū mitra, dimissis alijs rebus, dicit. Oremus dilectissimi deū patrē oīpotentē ⁊c. Et cū puenerit ad Per omnia secula in prefatione deponit mitrā: ⁊ prosequitur prefationem vsq ad eum locum, vbi dicitur: ⁊ que sunt agenda concedere. Tunc electo sine mitra sedenti, imponet ipse solus dextram manum super caput dicēs. Accipe spiritum sanctum ad robur. ⁊c. supra fol.15. Deinde prosequitur prefationem vsq in finē. Tunc deposito pluuiali: ⁊ mitra ab assistētibus electo stanti: ordinator cum mitra ponit illi stolam super humerum sinistrum: dicēs Accipe stolam candidā. ⁊c. Deinde induit cū dalmatica, dicens, Induat te dominus. ⁊c. Et mox tradit illi sedenti euangeliorum librū dicēs. Accipe potestatē. ⁊c. Quo facto: electo sine mitra surgente: ordinator deposita mitra versus ad altare, dicit Oremus. ⁊ ministri Flectamus genua. ⁊c. Et ipse psequit: versus ad electū. Exaudi domine. ⁊c. Domine sancte pater. ⁊c. His completis: si noluerit ad vlteriora procedere: missa suo ordine finitur.

¶ Si autem ad Presbyteratum tunc erit promouendus: ordinator reuertet ad suum faldistoriū: ⁊ leget Graduale: et Halleluiah: siue Tractū: ⁊ postea procedet ad ordinē sacerdotalē: vt sequitur.

¶ Quod si electus erat priꝰ Diaconus: parabunt omnia: vt supra: ⁊ ipsi addetur stola super leua in formam Diaconi.

DE ORDINATIONE Summi Pontificis in Presbyterum.

Electus Pontifex, in ordine Diaconatus existens: cū ad Presbyteratū voluerit ordinari: parabitur vt supra diximus: ⁊ in missa procedetur vsq ad Halaly. siue Tractū exclusiue: vt predictū est: ⁊ tunc Pontifex electus paratus amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, in modum Diaconi: ⁊ pluuiali a collo retro pendente: procumbit super faldistorium ad

ipso proferendo: nō tamē mouet se loco suo vsque ad Communionem: et proceditur in missa in omnibus: vt cōsuetum est: et post secretā de die, dicitur secreta pro ordinato vt supra fo.20.sub eodē Per dominum. Postquam ordinator sumpserit sacram eucharistiam et partem sanguinis Christi cum particula corporis: que erat intus: communicet electo stāti in ipso cornu de corpore et sanguine Christi: et postea ambo purificentur cum vino: vt eis placuerit.

Papa cōicatur sub vtraque specie a consecratore.

¶ His peractis, electus reuertitur ad sedem suam cum mitra: et ordinator cum mitra lauat manus. Deinde accedens ad Electum: stans sine mitra, dicit super electum: stantem sine mitra. R.

Iam non dicam vos seruos. etc. supra folio.21. Quo finito ordinator imponit ambas manus super eius caput, dicens. Accipe spiritum sanctum: quorum remiseris etc. et mox explicat casulam: que in scapulis erat electi, dicēs. Stola innocētie induat te dñs. Quibus finitis, imponitur mitra electo. Et tam ordinator, quam alij cardinales et prelati assistentes: recipiuntur ad osculum pedis: manus: et oris: electi. Post hec ordinator redibit ad altare: et perficiet missam cum oratione pro ordinato vt supra.f.21. Et dicto. Ite missa est: vel Benedicamus dño: Electus crucem ante se habēs, stans sine mitra in medio altaris benedicet omnibus dicēdo.

Papa recipit omnes platos ad osculum et bñdicit simiter populo.

Sit nomen dñi benedictum etc. supra.f.35. Et mox ordinator accedēs versus electū: tertio genuflexus cū distātia cōueniēti: ter dicet Ad multos annos. supra fo.35. et solus recipiet ad osculū oris: et sic expleta ordinatione: exuet se vestibus sacris cū orōnibus cōsuetis. ¶ Et hic modus de bñdictione: et Ad multos annos. seruatur etiā si ordines acciperet in pluribus diebus singulatim: si electus nullū haberet ordinem. Hec ordinatio condecenter fieri poterit die sabbathi precedente diem dominicū consecrationis Episcopalis.

DE CONSECRATIONE Romani Pontificis in Episcopum.

Episcopalis consecratio electi in Romanum Pontificē: si prius nō erat Episcopus: fieri debet secundum maiorū nostrorū cōstitutiones eadē die: qua benedicitur: et coronatur. Sed qm̄ nostris tēporibus breuitatis studio alia die facta est: primo ponemus ordinē ipsius cōsecrationis Episcopalis sine benedictione et coronatione: deinde consecrationem cum benedictione et coronatione.

QVOMODO PAPA CONsecretur in Episcopum.

Si igit electo placet cōsecrari ante solēnia coronationis: et priuatim: hoc poterit fieri qñ ei placebit: sed cōuenientius die dñico: vel festiuo: et fiet hoc modo.

¶ Die

Quę ppa|randa sint in cõsecra|tiõe papę in epm.

¶ Die statuto ⁊ loco ipsi electo cõmodo: tã cõsecratoꝛ, q̃ electus parabunt omnibus paramentis pontificalib⁹ cũ ps. **Q**uã dilecta. ⁊ alijs oꝛationibus cõsuetis. Electus, chirothecas ⁊ anulũ tãtum nõ accipiet: alia autẽ omnia. Assistunt ad minus duo vel tres Diaconi: ⁊ vnus Pꝛesbyter cardinalis: ⁊ cum ipso consecratoꝛe: si est Episcopus cardinalis: vt decet: duo alij episcopi cardinales: aliqui Subdiaconi ⁊ acoliti apostolici: ⁊ pꝛelati domestici: omnes cũ paramentis sibi cõuenientibus.

Qui plati debẽt iter esse cõsecra|tiõi papę.

De pꝛelatis tamẽ paratis pꝛeter cardinales: non est necessariũ: sed fiet ex sententia Pontificis. Parent duę credẽtię: vna pꝛo electo: ⁊ altera pꝛo consecrante: ⁊ vnum altare tantum. Pꝛo electo paret sedes oꝛnata in loco cõpetenti: ⁊ faldistoꝛium ante altare: pꝛo cõsecrante faldistoꝛiũ cõsuetũ: in coꝛnu eplę: pꝛo alijs scabella cõsueta. In credẽtijs parẽtur oppoꝛtuna ad cõsecrationẽ: ⁊ ad celebrationem missę: candelabraq; cũ luminarib⁹ oppoꝛtunis: in altari ⁊ credẽtia. Paratis oĩbus rebus: electus accedat ad altare: ⁊ deposita mitra: pꝛocumbat sup faldistoꝛiũ. Oꝛabit ⁊ surget: ⁊ remoto faldistoꝛio: faciet confessionem cũ consecratoꝛe, a sinistra sibi assistente: nã examinatio **Antiqua sanctoꝛ pa.** ⁊ alia pꝛecedẽtia, omittuntur. Finita confessione, electus cum mitra reuertetur ad sedem suam. Consecratoꝛ accedet ad altare osculabitur: incensabit (si placuerit) moꝛe solito: ⁊ reuersus ad suũ faldistoꝛium: leget Introitum: ⁊ **Kyrie ele.** ⁊ alia vsq; ad **Malah.** siue vltimũ ℟. **Tractus** exclusiue: ⁊ cu; oratione dici: dicitur oꝛatio pꝛo electo: vt supꝛa fol. 26. Idem faciet electus in sua sede: cu; suis assistentibus: versus ad altare.

¶ His dictis: electus pꝛocumbet cum mitra in faldistoꝛio ante altare: consecratoꝛ ab eius sinistris super aliquo scabello: alij autem in suis scabellis: ⁊ p vnũ ex Subdiaconis dicitur **Litania** fol. 10.

Litania cã|tat ⁊ papa benedicit.

Cum ventũ erit ad locũ: vbi dicit **Ut hunc electum.** surgit consecratoꝛ: non tamen cum baculo: ⁊ versus ad electũ ter dicit signãs. **Ut hunc electum ⁊c.** vtsꝫ. fol. 11. Et alij oẽs episcopi cardinales cũ suis libꝛis, pꝛocumbentes: tamen erecta aliquãtulũ facie, idẽ faciãt.

Consecra|toꝛ ponit li|brũ euãge|lioꝛum sup ceruicẽ p|pę, ⁊ man⁹ iponit ca|piti ei⁹ cũ alijs epis.

¶ Finita **Litania** surgunt omnes: ⁊ electus reuertitur ad sedẽ suã: ⁊ sedet cum mitra. Consecratoꝛ venit ante eum: ⁊ alijs pꝛetermissis: stans cum mitra: simul cu; adiuuantibus episcopis cardinalibus imponit libꝛũ euangelioꝛũ supꝛa ceruicem electi: sine mitra sedentis: nã tunc mitra ei abstrahitur: quam duo Diaconi retinẽt vsq; in finẽ: ⁊ cõsecratoꝛ atq; assistentes Episcopi ponunt ambas manus: super caput electi dicens. **Accipe Spiritum Sanctum.** Quod tamẽ cõsecratoꝛ alte dicit, alij submisse: vt alia oĩa. Si aderunt alij episcopi parati: poterũt

⁊ ipsi

ꝛ ipsi manus imponere: ꝛ omnia legere, vt cardinales assistentes. Deinde surgit electus: ꝛ Diaconi assistentes retinent librum super illius spatulis: Cõsecrator autẽ sine mitra dicit super eũ orationẽ.

Sine mitra.

Propitiare dñe supplicationib⁹ nostris: ꝛ inclinato sup hunc famulũ tuũ. N. cornu gratię sacerdotalis: benedictionis tuę in eum infunde virtutem. Per dominum nostrũ. ꝛc. Deinde voce mediocri: extensis manibus ante pectus, dicat hanc pręfationem.

Per omnia secula seculorum. ℞. Amen. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. ℞. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. ℞. Dignũ ꝛ iustum est. Vere dignũ, ꝛ iustũ est: ęquũ, ꝛ salutare: nos tibi semper, ꝛ vbiq; gratias agere: Dñe sancte, pater omnipotens, ęterne deus: Honor omnium dignitatũ: quę glorię tuę sacris famulantur ordinib⁹. Deus qui per Moysen famulum tuum: secreti familiaris affectu inter cętera celestis documenta culturę: de habitu quoq; indumẽti sacerdotalis instituẽs: electũ Aaron mystico amictu vestiri inter sacra iussisti: vt intelligentię sensum, de exemplis priorum caperet secutura posteritas: ne eruditio doctrinę tuę, vlli deesset ętati. Cũ ꝛ apud veteres reuerentiã, ipsa significationum species obtineret: ꝛ apud nos certiora essent experimenta rerum: quã enigmata figurarum: Illius nanq; sacerdotij anterioris habitus, nostrę mentis ornatus est: ꝛ pontificalem gratiã, iam non nobis honor commendat vestium: sed splendor animarum. Quia ꝛ illa, quę tunc carnalibus blandiebãtur obtutibus: ea potius, quę in ipsis erant intelligenda poscebant. Et idcirco, huic famulo tuo N. quem apostolicę sedis pręsulẽ: ꝛ primatem omnium, qui in orbe terrarũ sunt sacerdotũ: ꝛ vniuersalis ecclesię doctorẽ dedisti: atq; ad summũ sacerdotij ministeriũ elegisti: hanc quęsumus domine gratiã largiaris: vt quicquid illa velamina in fulgore auri: in nitore gemmarũ: ꝛ in multimodi operis varietate signabãt: hoc in eius moribus, actibusque clarescant. Comple in sacerdote tuo ministerij tui summam: ꝛ ornamentis totius glorificationis instructũ: celestis vnguenti rore sanctifica.

Ex. 28.

Tũc ꝯsecrator genuflex⁹ ꝛ sine mitra: versus ad altare icipit hymnũ Veni creator spiritus, vt s. fol. 19. ꝛ tam electus quã alij genuflectunt eodẽ modo. Finito primo versu surgunt omnes: ꝛ chorus prosequitur hymnum. Interim caput electi sedentis in sua sede, circunligat panniculo lineo subtili, per Diaconũ: ne oleum fluat super capillos: ita vt panniculi extremitates: retro super ceruicẽ pẽdeant. Deinde consecrator accedens ad electũ cũ mitra: ꝛ intincto pollice dextrę manus in sacro chrismate: stans,

stans, ungit caput electi sedentis: formans primo signū crucis: quo coronam totā amplectat. Deinde ungat reliquum corone, dicēdo.

Consecrator stās ungit caput electi sedētis sacro chrismate.

Ungat, & consecret caput tuū celesti benedictione: in ordine pontificali. In nomine patris ✠ & filij ✠ & spūs sancti. ✠ Amē. Pax tibi. ℟. Et cū spiritu tuo. Et absterso aliquātulum pollice cum mica panis: deposita mitra: prosequatur prefationem, dicēs.

Sine mitra.

Hoc domine copiose in caput eius influat: hoc in oris subiecta decurrat: hoc in totius corporis extrema descēdat: ut tui spiritus virtus, & interiora eius impleat: & exteriora ei⁹ circuntegat. Abundet in eo constantia fidei: puritas dilectionis: synceritas pacis: Sint speciosi munere tuo pedes eius: ad euangelizandam pacem: ad euangelizanda bona tua. Da ei domine ministeriū reconciliationis in verbo, & in factis: in virtute signorum & prodigiorū. Sit sermo ei⁹ & predicatio, nō in persuasibilib⁹ humane sapiētie verbis: sed in ostensione spiritus, et virtutis. Da ei domine claues regni celorum: ut utatur, non ut glorietur potestate, quam tribuis in edificationē: non in destructionē. Quodcunq; ligauerit sup terrā, sit ligatum & in celis: & quodcunq; soluerit in terris: sit solutum & in celis. Quorū detinuerit peccata, detenta sint: & quorum dimiserit, tu dimittas. Qui maledixerit ei: sit ille maledictus: & qui benedixerit ei, benedictionibus repleat. Sit fidelis seruus & prudens: quē constituas tu domine sup familiā tuam: ut det illi cibū in tempore opportuno: & exhibeat omnē hominē perfectum. Sit solicitudine nō piger: sit spiritu feruēs. Oderit superbiam: humilitatē ac veritatem diligat: neq; eam unquam deserat: aut laudibus, aut timore superatus. Non ponat lucem tenebras: nec tenebras lucem. Non dicat malum bonum: neq; bonū malum. Sit sapiētibus & insipientibus debitor: ut fructum de profectu omnium consequatur. Tribuas ei domine cathedram pontificalem ad regendam ecclesiam tuā: & plebē tue sortis intra mundi limites uniuersi. Sis ei auctoritas: sis ei potestas: sis ei securitas. Multiplica super eum bene✠dictionem & gratiam tuam: ut ad exorādam semp misericordiā tuam, tuo munere idoneus: & tua gratia possit esse deuotus. Per dñm nrm Jesum Christum filiū tuum, Qui tecum viuit & regnat in unitate spiritus sancti deus, p omnia secula seculorū. ℟. Amē.

Isaia. 3. — I. Cor. 2. — Mat. 16. — Johā. 20. — Gen. 24. — Ro. 12. — Isa. v. — Ro. 1.

Post hec Consecrator inchoat schola prosequente Antiphonā.

Consecrator incipit et schola prosequitur.

Unguentum in capite quod descēdit in barbam, barbā Aaron: quod descendit in oram vestimenti eius: mandauit dominus benedictionē in seculum. ps.

Ecce q̄ bonū, & q̄ iucundū habitare fratres in unum. Sicut unguentū in capite: qd descendit

scēdit in barbā: barbam Aaron. Quod descendit in orā vestimenti eius: sicut ros Hermon: qui descendit in montem Sion. Quoniā illic mandauit dñs benedictionē: ꝛ vitā vsq̃ in seculuꝫ. Gloria patri ꝛc. Sicut erat. ꝛc. Deinde repetatur añ. Vnguentum in capite. Interim imponitur mappula ad collum electi sedentis: supra quam imponit postea manus: ꝛ consecrator inungit illi manus cū sacro chrismate: vt fit alijs Episcopis, dicēs. f. 30.

Mappula imponit collo pape sedentis ꝛ cōsecrator ꝑās cū mitra ipsum inungit.

Vngātur manus istę de oleo sanctificato: ꝛ chrismate sanctificationis: sicut vnxit Samuel Dauid regem ꝛ prophetam: ita vngantur ꝛ confirmentur. In nomine dei patris ✠ ꝛ filij ✠ ꝛ spiritus sancti ✠ facientes imaginem sanctę crucis saluatoris nostri, q̃ nos a morte redemit: ꝛ ad regna celorū perduxit. Exaudi nos pie pater omnipotēs, eterne deus: vt quod te rogamus exorem⁹: Per Christū do. n. ✠ Amē. ℟. Amē.

Deus ꝛ pater domini nostri Jesu Christi: q̃ te ad Pontificatus sublimari voluit dignitatem: ipse, qui per Samuelem: Dauid in regē ꝛ prophetā inunxit: te nostro ministerio: chrismate ꝛ mysticę delibutionis liquore perfundat: ꝛ spiritualis bene ✠ dictionis vbertate fęcundet: vt quicquid benedixeris, benedicatur: et quicquid sanctificaueris, sanctificetur: ꝛ consecratę manus istę: vel pollicis impositio cunctis proficiat ad salutē. Per eundem dominum nostrum. ℟. Amen. Electus, manus iunctas, simul iunctas: in mappula pendenti a collo reponit. baculus non datur: sed mox consecrator depōit mitra, benedicit anulum preciosum, imponendo electo, dicēs.

Creator et conseruator humani generis: dator gratię spiritualis: largitor ęternę salutis: tu domine emitte tuam bene ✠ dictionem super hunc anuluꝫ: vt quicunq̃ hoc sacro sancto fidei signo insignitus incesserit: in virtute cęlestis defensionis: ad ęternam sibi proficiat salutem. Per Christum dñm nostrū. ℟. Amē. Electus etiaꝫ surgit dum dicitur oratio: anulū ipsum interea tenet manu dextra aliqs acolit⁹ ante cōsecratorē genuflex⁹. Cōsecrator dicta ořone, aspgit anulū aq̃ bñdicta: ꝛ illū imponit in digito anulari dextrę man⁹ electi sedētis, dicēs.

Bñdictio anuli.

Accipe anulum, fidei scilicet signaculuꝫ: quatenus sponsam dei, sanctam videlicet Ecclesiam intemerata fide ornatus, illibatę custodias. ℟. Amen. Et dum imponit: osculatur manum electi. Deinde adiuuātibus Episcopis assistētibus: librū euangeliorū ab eius spatulis remouens: dat ad man⁹ electi sedētis: dicēs.

Consecrator stās cū mitra imponit anulus digito anulari pa pe sedēti.

Accipe euangelium: ꝛ vade: prędica populo tibi commisso: potens est enim deus augere tibi gratiam suam. Qui viuit ꝛ regnat cum deo patre in vnitate

Spiritus sancti Deus Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ¶ His peractis, consecrator redit ad suum faldistorium: ꝛ lauat manus. Electo autē sedēti in sua sede, Diaconus cardinalis tergit caput cum medulla panis diligenter: ꝛ cum panno mundo. deinde cum pectine mundat: ꝛ componit capillos: ꝛ imponit illi mitram: ꝛ tunc electus lauat manus cū mica panis: ꝛ bene mundat. Quibus finitis, tam consecrator, quám alij omnes cardinales presentes osculantur pedes: manum: ꝛ os domini electi: alij autem prelati parati: pedem: ꝛ manum: alij inferiores pedem tantum. Et mox consecrator prosequitur missam vsqꝫ ad lectū offertor. Et idē facit electus Pontifex in sua sede stans. Dicto offer. ꝯsecrator accedit ad electū sine mitra: ꝛ de eius manu accipit offertoriū. Intorticia: panes: ꝛ vini vasa duo: ꝛ ad vnumquodqꝫ istorum, osculatur manū electi: tum reuertitur ad suum faldistorium: ꝛ lauat manus, tamqꝫ ipse electus: ꝛ intrat ad altare, ꝛ similiter dn̄s electus accedit ad altare: ꝛ ponit se ad cornu epistole: Presbytero cardinale ministrante librum: ꝛ ibi sine mitra simul cū cōsecratore celebrabit: signando, ꝛ omnia dicendo submissa voce, vt consecrator: non tamen se loco mouebit vsqꝫ ad communionem: quā sumet sub vtraqꝫ specie: stās in ipso cornu aliquantulum procedēs inclinatus. Finita missa: nō imponunt chirotece, neqꝫ mitra: quā habet, cum illis benedictionibus consuetis: neqꝫ intronizatur electus: sed stans in medio altaris sine mitra: habens ante se crucem, populo benedicit, dicēs. ℣ Sit nomē domini benedictum. Et resumpta mitra, vadit ad sedem suam, ꝛ sedet: ꝛ tunc cōsecrator accedit versus dominum electum: ꝛ ter genuflectens: dicit. Ad multos annos. vtꝫ folio. 35. vt dictum est in Presbytero. Et oēs deinde exuunt se sacris vestibus cum orationibus consuetis.

Diaconus cardinalis tergit caput pape cū medulla panis: ꝛ pectinat ꝛ mitrā imponit ei.

Consecrator stās sine mitra accipit oblationē de manu pape sedētis cum mitra.

CONSECRATIO IN EPIscopum: benedictio: ꝛ coronatio simul: Romani Pontificis.

Quod si electus in Romanū Pontificē: voluerit eadem die consecrari Episcopus: benedici: ꝛ coronari. vt a superioribus Pontificibus plerunqꝫ seruatū est: ita procedendū erit. Sed eadē seruant etiam in electo: qui prius erat Episcopus: benedicendo: ꝛ coronādo: vsqꝫ ad sequēs caplm: vbi incipit. Oratores. Primo ordinabuntur oīa ad huiusmodi solennitatē opportuna. Infrascripta etiam seruantur in coronatione: ꝛ consecratione Episcopali: conuenienti tempore: que ex lectione huius ordinationis facile colligi poterunt: Et tandē cōstituto die dominico: Pontifex e cubili, summo mane ad cameram paramēti: (quam Papagalli appel-

Que pa-randa sunt pro ꝯsecratione et coronatione pape.

pellant)egreditur. Ibi a Diaco-
nis cardinalibus: Subdiaconis:
acolitis: ⁊ alijs officialibus ↄ̄sue-
tis: paratur amictu: alba: ⁊ longo
cingulo: stola: pluuiali rubeo: et
mitra ꝓ̄tiosa. Cardinales alij cir-
cunsistunt: ⁊ omnes prelati ⁊ offi-
ciales cū suis cappis laneis. Sic
electus Pontifex paratus: cruce
precedēte: progreditur ad sanctū
Petrū: ordine alias ꝯsueto: Dia-
conis cardinalibꝰ hinc ⁊ inde fim-
brias pluuialis sustinētibꝰ: Cau-
dam autē pluuialis portabit no-
bilior laicus, q erit in curia: etiā si
esset imperator: vel rex. Supra eū
Octo nobiles: siue oratores por-
tant vmbellā: hastilibus octo su-
stentatā: quā hodie baldachinuʒ
appellāt. Ante eū duo seruientes
armorū portāt faldistorium cum
magno cussino: Foreriuʒ tapetū:
⁊ paruum scabellum: ⁊ cussinum.

¶ Cum Papa electus peruene-
rit ad portā vltimā palatij: que est
in capite porticus Ecclesie sancti
Petri in palatio, apud portā: ex-
tenditur tapetum: ponitur faldi-
storium: ⁊ sup illud cussinum ma-
gnum: ⁊ ad pedes paruū scabellū.
Et sedens ibi electus: recipit ad
osculū pedis canonicos: ⁊ capitu-
luʒ basilice sancti Petri. Deinde
surgens: intrat Ecclesiā ꝑ portā
que est in medio. Et progressus
vsqꝫ ad scd̄um circulum porphy-
reticū, detracta mitra: orat versus
ad altare: supra faldistorium a su-
pradictis ibi paratū. Et tūc supra
scabellum paruum ponit paruuʒ

Papa recipit canonicos scti Petri ad osculū pedis.

cussinus: Facta oratione surgit: ⁊
reassumit mitram: ⁊ pergit ad ca-
pellā sancti Gregorij: ⁊ sedens in
sede sibi parata: recipit oēs cardi-
nales ⁊ alios prelatos cū suis cap-
pis ad reuerentiā. Cardinales ad
manꝰ sub auriphrygio: prelatos
ad pedis osculum. Tunc surgens
sine mitra: astante cruce: populo
benedicit, dicēs. Sit nomen dn̄i.

¶ Subdiaconus dicturus epi-
stolam, deposita cruce post bene-
dictionē: capit oia sua paramēta:
⁊ simul cuʒ eo acoliti exuunt cap-
pas: ⁊ induunt superpellicia sup
rochetum: ad partē se retrahen-
tes. Sedet deinde electꝰ aliquan-
tulum cum mitra et iterum sur-
gens sine mitra versus ad alta-
re sub silentio, dicit: Pater no-
ster ⁊c. Tū alte incipit pro tertia.
Deus in adiutorium ⁊c. et sic
stat quousqꝫ incipiatur psalmus.
Legem pone. Inde sedet cū mi-
tra: ⁊ assistētibus Episcopis cum
libro: ac iuuantibꝰ hincinde Dia-
conis: vt moris est, incipit psalm.
Quā dilecta. Interim Subdia-
conus apostolicus lecturus epi-
stolam (vt diximus) paratus om-
nibus suis paramentis: ex altari
subministrāte sacrista, accipit san-
dalia: que reuerenter portant ad
electum, sequentibus illū acolitis
cum superpellicijs: ⁊ ea simul cuʒ
cubiculario camere īponit pedi-
bus sue sanctitatis: acolitis circū-
circa fimbrias pluuialis eleuanti-
bus supra illorum capita. Impo-
sitis sandalijs, diaconus lecturus

Papa incipit tertiaʒ sine mitra.

Papa sandalijs calciat⁊ ministri parantur.

euangelium cũ duobꝰ alijs Diaconis, q aſſiſtũt Papę: capiũt paraméta sua: ſcilicet, amictũ: albã: cingulum: ſtolam: dalmaticã: manipulum vero poſtea capiet in altari: Alij vero duo capiẽt amictũ: ⁊ dalmaticas tantũ: Induti, reuerenter ſimul ad electum accedẽt. Qui finito pſal. cum dicitur capitulum pꝛo tertia: ſurgit cum mitra: ⁊ finitis verſiculiſ, depoſita mitra: ⁊ aſtantibus duobus cęroferarijs: dicit. Dominꝰ vobiſcum. ⁊ oꝛationem pꝛo tertia: librũ pꝛioꝛ epiſcopoꝛum cardinalium: qui ei aſſiſtere debet, ſuſtinet ſupꝛa caput: Epiſcopi vero aſſiſtenteſ: iuuant: ⁊ tenent candelã accenſam.

Papa dicit oꝛonem post tertiã sine mitra

Dicto Dñs vobiſcum. poſt oꝛationem: liber remouetur, cęroferarij diſcedũt, ⁊ dicto a cantoꝛibꝰ, Benedicamꝰ domino; Papa ſedet cũ mitra: ⁊ lauat manus: Epiſcopo Cardinali adiuuante, ⁊ reliqua vt alias. Lotiſ manibꝰ: Epiſcopus Cardinalis redit ad locũ ſuum: ⁊ Papa deponit mitrã: pluuiale, ⁊ ſtolam: ⁊ a Diacono lecturo euangelium, ante ſe ſtante: induitur conſuetis paramẽtis, quę per acolitos hoc oꝛdine poꝛtant ex altari: ⁊ ipſi Diacono poꝛrigũtur; Duo Diaconi aſſiſtentes: ⁊ poſt eos duo Subdiaconi adiuuant veſtientem. Pꝛimum poꝛtatur cingulum cum ſuccinctoꝛio. Crux pectoꝛalis: deinde Stola: Tunicella: Dalmatica: Chirothecę: Planeta: Mitra auriphꝛygiata: anulus autẽ non datur: ſi non

Papa sedet cũ mitra, lauat manꝰ ⁊ paratur.

eſt conſecratus epiſcopus: quem ſi eſſet conſecratus: cardinalis epiſcopus aſſiſtens: imponeret.

¶ In conſecrationibus: vtũtur hodiernis tempoꝛibus: albis paramentis: quamuiſ antiqui ſcdm tempoꝛis exigentiam coloꝛe vterentur. Sed conueniens eſt vtamur ſecunduȝ quod exigit miſſa, quę celebꝛatur. In proceſſione auteȝ erunt omnino albi coloꝛis.

Cuiꝰ coloris paramenta in hoc officio ſint habẽda: ⁊ q̃ ſingulis oꝛdinibus conueniant.

¶ Cum electus papa incipit parari: cardinaleſ: ⁊ oẽs pꝛęlati atqȝ officiales parãtur. Epiſcopi cardinales: Patriarchę: Archiepiſcopi: Epiſcopi: Abbates: pluuialibus, ⁊ albis mitris: Pꝛeſbyteri cardinales: planetis: ⁊ mitris ſimilibuſ. Diaconi cardinales: dalmaticis ⁊ mitriſ albis. Subdiaconi oẽs: tunicellis. Auditoꝛes ⁊ clerici camerę: ſuperpellicijs ſupꝛa rocheta. Secretarij ⁊ aduocati: ſuper veſtes cões: habeãt pluuiale cum apertura ſup humerũ dextrum: ⁊ almutia ſuper ſiniſtrum. Alij: vt alias. Pꝛioꝛ igitur Epiſcopoꝛum cardinaliuȝ: ſiue alius: (quiſquis ille ſit:) q electuȝ Pontificẽ eſt conſecraturuſ: pꝛocedat ad altare maius ſcti Petri: ibiqȝ ad partẽ capiat ſandalia: ⁊ paramẽta omnia Pontificalia, ac ſi celebꝛaturus eſſet: cũ pſalmis, ⁊ oꝛationibus cõſuetis: ibiqȝ expectet Pontificẽ. Interiȝ Pontifici aſſiſtet ſuppꝛioꝛ Epiſcopoꝛũ cardinaliũ. Paratis omnibꝰ oꝛdinibus: Pontifex incẽſum mittet in thuribulo: ⁊ pꝛioꝛ Diaconoꝛum cum

Pꝛioꝛ epiſcopoꝛum cardinaliũ hoc tẽpoꝛe papam conſecrat.

cum ferula processionem ad altare maius ordinabit, hoc modo.

Ordo processionis pontificis romani ad cōsecrationem accedentis.

¶ Familiares papę:minores nobiles:cubicularij, Nobiles maiores, & barones. Conseruatores, & oratores laici,& nō Prelati. Secretarij & aduocati mistim: ita vt duo antiquiores ex vtroq; ordine sint in digniori loco:acoliti,clerici camerę, auditores: acolitus thuriferarius:acoliti cęroferarij: qui septē numero esse deberent: Subdiaconus cū cruce papali: & alijs Subdiaconis. Subdiaconi duo: latinus & gręcus: cum libro euangeliorū: Diaconus gręcus.

Notandū.

¶ Et nota quod pro epistola & euāgelio in lingua gręca, solebāt vocari in hac celebritate, monachi ex monasterio cryptę ferratę. Deinde abbates forenses:episcopi:Archiepiscopi:oratores: prelati: Abbates vrbis: qui in hoc die sunt priuilegiati:episcopi assistentes Papę. Patriarchę: Diaconi: Presbyteri: & Episcopi cardinales. Diaconi duo assistētes:& inter eos medius Diaconus lecturus euāgelium: demū ipse Pontifex. Qui si pedibus suis incedet: ipsi Diaconi assistētes fimbrias, pluuialis portabūt: & maior princeps caudā: Octo nobiles,seu oratores baldachinum supra eius caput ferent. Deinde sequetur Auditor qui mitrā ministrat: medius inter duos cubiculares secretos: & inter eos est secretarius papę: si nō est prelatus: Deinde ꝓtonotarij & curiales clerici non parati: ante Pontificē immediate minister cerimoniarum pręcedit cū duabus arundinibus: super alterā, stuppā: super alterā vero, candelā ardentem portās. Et cum Pontifex capellā sancti Gregorij exierit: cerimoniarius ad eū cōuersus: ignē stuppę mittit: & genuflexus alta voce, dicit: Pater sancte, sic trāsit gloria mundi: quod tertio facit: distincte: equali spatio: antequā perueniāt ad portā capellę. Procedunt deinde omnes per nauim ipsius capellę sancti Gregorij: vbi sepulchra sunt romanorum pontificum: & cū illā exierint: flectunt ad dextrā: & p portā, quę est ante altare, ingrediuntur capellam: & ascēdunt etiā ad dextrā. Antequā papa cācellos capellę intret: tres vltimi Presbyteri cardinales veniunt ei obuiam: & osculant os & pectus Pontificis: a seniori incipientes: deinde ante Diaconos assistētes procedunt: Cum autē peruentū fuerit ad altare, Pontifex deposita mitra, facit orationē super faldistorium. Deinde surgens, remoto faldistorio, facit cōfessionem more solito: stans hoc ordine. A Pōtificis dextra stat Episcopus cardinalis consecrator: vel assistens (si nō est cōsecrator) & post eum Diaconus cardinalis assistēs. A sinistris stat Diaconus cardinalis lecturus euangelium: & post eū Diaconus cardinalis assistēs: post quē genuflexus manet Subdiaconus latinus: cū libro euāgeliorū: & manipulo

Cerimoniarū magister stuppā coram Pontifice comburit.

pontificis, quē illi imponit dicto Indulgentiā. ⁊c. Interim cātores cantant introitū misse: ⁊ Kyrie eleison. Et hec quidē supradicta: circa descensum ex palatio ad Ecclesiā: Et que in capella sancti Gregorij ⁊ vsq; ad factam cōfessionem superius dicta sunt: preterquā de parādo cōsecrante. seruant etiā quādo electus episcop9 nō est cōsecrādus: sed benedicendus: ⁊ coronādus tantum. Nunc de ipsa cōsecratione subiungem9.

¶ Hoc totū sequēs Capl'm pretermittit: si Papa erat prius episcopus consecratus: in eo nanq;, cōsecratio episcopalis cōtinetur.

Si Papa prius erat eps consecrat9: totū hoc capl'm pretermittitur.

Cantores: vt finierint Kyrie eleison: qescēt. Electus procumbet super faldistoriū ante altare: ad eius dextrā consecrator: ⁊ ad sinistrā Diaconus euangelij super scabella: Diaconi assistētes post pontificē: duo episcopi cardinales seniores: hincinde sup scabella: alij oēs: vt commodum erit genuflexi: procumbent oēs cum mitris in capite: Et Diacon9 euāgelij incipiet sine mitra Litaniā: ⁊ oēs respondēt replicādo. Cum peruentū fuerit ad locum vbi dr, Ut hunc electum. quod etiā ter dicit ab eodē Diacono: ⁊ tā consecrator q̄ oēs alij in episcopali dignitate cōstituti presentes: ⁊ parati erecto capite: ⁊ extensa dextra: non tamen mouētes se de locis suis: benedicunt ter cōsecrandum: vt patet in ordinario. fo. 11. Finita Litania, oēs surgunt: ⁊ cōsecrator stat ad infimum gradum sedis papalis vertens faciē ad altare: medius inter duos seniores episcopos cardinales: q etiā stolā habere debent: ⁊ librum. Electus Pontifex ante eum stabit medius inter assistētes Diaconos: vertēs faciē suā ad faciē cōsecrantis. Episcopi: Archiepiscopi: patriarche: q aderunt parati cum suis libris oēs accedēt: ⁊ circulū faciēt: ⁊ oia cum cōsecratore dicēt (voce tamē submissa) depositis mitris. Et omnibus stātibus: episcopus cardinalis a sinistris super Pontificem dicit hanc orationem. Oremus.

Sine mitra.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: vt quod humilitatis nostre gerendum est ministerio: tue virtutis compleatur effectu. Deinde episcopus consecrator, dicit orationem cum nota. Oremus.

Propitiare, q̄sumus dn̄e, supplicationibus nostris: ⁊ inclinato sup hunc famulum tuum. N. cornu sacerdotalis gratie: benedictionis tue infunde in eū virtutem. Per dn̄m nr̄m Jesum Christum filiū tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus scti.

Quo dicto ponit librum euangeliorum apertū inter ceruicē, ⁊ spatulas electi: quem Diaconi cardinales retinent vsq; ad finē: ⁊ tam cōsecrator, q̄ alij duo episcopi cardinales ponunt primo manus super eius caput nihil dicentes: ⁊ similiter faciunt oēs presentes parati, in episcopatus ordine cōstituti.

ti. Consecrator autē extēsis manibus dicit prefationē cōsuetam. Fol. 27. Per oia secula seculorum. Honor omniū dignitatū: vt s^s notauim^s, cum electus papa cōsecratur alio die, q̄ isto. Et vngit electi caput: deinde manus. Tum imponit ei anulum: et demū dat ei librū euangeliorum: et tandē ambo lauant: et mundantur: vt diximus plene in eodem loco. Pontifex sedet in faldistorio sibi parato in plano inter sedem eminentē, et altare, dum lauat: cōsecrator in alio loco sibi cōmodo: et lotus, deponit paramē ta pontificalia: et cum pluuiali, ac mitra assistit pontifici: vt prius. His finitis, non dicuntur ille tres orationes, que dici solent, quādo electus nō consecratur: quia erat Episcopus. Sed mox mundatis manibus et capite, ducit ante altare: et de manu prioris Diaconorū accipit palliuz de corpore et altari beati Petri sumptuz: vt inferius dicemus: et dimittuntur oia ab eo loco vbi incipit. Cantores: vt finierint Kyrie eleison: quiescent. ¶ Si electus pōtifex sā episcop^s: est tantū bñdicendus et coronandus hac die: hoc modo procedit. Seruatis omnib^s, que supra diximus: vsq3 ad cantatum introituz: et Kyrie eleison. Papa facta cōfessione, accipit imediate mitrā: et sedet, in sede siue faldistorio sibi parato, inter sedē eminentez et altare: et tres primi episcopi accedūt ad pontificē: et faciē ante illius faciem tenentes: sine mitra: illorū iunior sup Pontificē stantē sine mitra: ipse in medio duorum stans: primā, dicit orationem vz.

Tres maiores Epi cardinales dñt successiue sequētes oōnes sup papā stantē sine mitra.

Deus, q adesse non dedignaris: vbicunq3 deuota mente inuocaris: adesto, quesumus, inuocationib^s nostris: et huic famulo tuo N. quē ad culmen apostolicum, cōmune iudiciū tue plebis elegit: vbertatē superne benedictionis infunde: vt sentiat se tuo munere ad hunc apicem peruenisse. Secundam dicit immediate secundus Episcopus cardinalis stans et ipse in medio: videlicet.

Supplicationib^s nostris omnipotēs deus, effectum consuete pietatis impende: et gratia spiritus sancti famulum tuum N. perfunde: vt qui in capite Ecclesiarum, nostre seruitutis ministerio constituitur: tue virtutis soliditate roboretur. Et tertiā antiquior: idest prior episcoporuz cardinalium in eodē loco stans: vz.

Deus, qui apostolum tuum Petrum inter ceteros apostolos primatum tenere voluisti: eiq3 vniuerse christianitatis molem sup humeros imposuisti: respice, quesumus, propitius hunc famulum tuum N. quē de humili cathedra violenter sublimatum in thronum eiusdem Apostolorum principis sublimam^s: vt sicut profectibus tante dignitatis augetur: ita virtutū meritis cumuletur: quatenus ecclesiastice vniuersitatis onus, te adiuuāte, digne ferat: et a te qui es beatitudo tuorū:

vicem meritā recipiat. Per Chꝛiſtum dominum noſtrum. Amen.

Papa accipit pallium de manu prioris diaconorū cardinaliū

Dictis orationibus: papa etiam ſine mitra accedit ad altare: et prioꝛ Diaconorum: ſecundo adiuuante: capit Pallium de altari: et imponit Pontifici, et dicit.

Accipe pallium: ſanctā plenitudinem pontificalis officij: ad honoꝛem omnipotentis dei: ꝛ glorioſiſſimę virginis Marię eiꝰ matris: ꝛ beatoꝛum apoſtoloꝛum Petri ꝛ Pauli: ꝛ ſanctę romanę eccleſię. Et firmat cum ſpinulis.

Accepto Pallio Pontifex: accedens ad altare ſine mitra: illud oſculat̄ pꝛimum: ꝛ deinde libꝛum euāgelioꝛum: quē Subdiaconus a ſiniſtra parte offert, ꝛ īponit incēſum in thuribulo: Diacono euāgelij offerēte nauiculā: incenſat altare moꝛe ſolito: ꝛ accepta mitra in coꝛnu altaris ſtanſ: a Diacono incenſat. ꝛ in oſ recipit Diaconuſ tunc oſculum: vt alias: ꝛ aſcendit ad cathedram eminentē: ꝛ ſedēs recipit ad reuerentiā cardinales: ꝛ pꝛelatos omnes paratos. Cardinales ad oſculū pedis: manus: ꝛ oris: alios paratos: ad oſculum pedis ꝛ manus. Finita reuerētia: ſurgit papa ſine mitra: ꝛ legit introitū ꝛ Kyrie eleiſon ſuſtinente libꝛū cardinali epiſcopo: cū alijs aſſiſtētibꝰ. Deinde in voce, dicit. Gloꝛia in excelſis deo. Pax vobis: et orationes oppoꝛtunas: videlicet de die ꝛ de ſpiritu ſancto: ꝛ vltimo dicit ſecrete orationem pro ſe: quę habetur in cōſecratione Epiſcopoꝛum: ſupꝛa folio.26.

Papa aſcendit ad ſedem eminentē ꝛ recipit cardinales ꝛ pꝛelatos ad reuerentiam.

Dictis orationibꝰ ſedet Pontifex: ꝛ prioꝛ Diaconoꝛū cū ferula deſcēdit ad confeſſionē beati Petri: cū Subdiaconis: auditoꝛibuſ, ſcriniarijs (id eſt) cum ſecretarijs: ꝛ aduocatis: quibꝰ in duas acieſ diſtributis: ita vt in qualibet acie ſint ex omniū oꝛdine: faciunt laudes pontifici: ſtātes capitibꝰ detectis: papa ꝛ oībus alijs ſedētibuſ in locis ſuis. Prioꝛ diaconoꝛū incipit ſolus alta voce quaſi legēdo

Prioꝛ diaconoꝛ cardinaliū diſtribuit curiales ī duas acies: ꝛ oēs ſtātes faciūt laudes pōtifici ſedenti.

Exaudi Chꝛiſte: ſubdiaconi: auditoꝛeſ: ſcriniarij: ꝛ aduocati rñdēt. Domino nr̄o. N. a deo decreto ſummo pontifici: ꝛ vniuerſali papę vita. Et ſic ter dicit̄ per pꝛioꝛē: ꝛ toties p illos reſpondet̄. Subſequē ter idē prioꝛ Diaconoꝛum, dicet. Saluatoꝛ mūdi. Et illi reſpondebunt. Tu illlum adiuua: ꝛ ſic ter dicetur, ꝛ ter reſpondebitur. Deinde idē pꝛioꝛ dicet. Sancta Maria. ꝛ illi reſpondebunt: Tu illum adiuua: ꝛ bis dicetur, ꝛ bis reſpondebit̄: Inde pꝛioꝛ idē ſubiunget: Sācte Michael. ꝛ illi reſpondebunt: Tu illum adiuua. Et tunc deinceps ſemel dicet̄: ꝛ ſemel reſpōdebitur. Sequit̄ pꝛioꝛ.

Sācte Michael	Tu illū adiuua
Sancte Gabꝛiel	Tu illum
Sancte Raphael	Tu illum
Sctē Johānes baptiſta	Tu illū
Sancte Petre	Tu illum
Sancte Paule	Tu illum
Sancte Stephane	Tu illum
Sancte Leo	Tu illum
Sancte Gꝛegoꝛi	Tu illum

Sancte

Sancte Benedicte Tu illum
Sancte Basili Tu illum
Sancte Sabba Tu illum
Sancte Dominice Tu illum
Sancta Agnes Tu illum
Sancta Cecilia Tu illum
Sancta Lucia Tu illum

¶ Finitis laudib⁹: dicit̃ epistola latine: ꝛ deinde grece: ꝛ procedit̃ in missa: vt alias: vsq₃ ad finẽ: Datur benedictio: sed nõ publicantur tunc indulgentię. Sacris missarum solẽnijs rite peractis: proceditur ad coronationẽ. Põtifex reassumptis chirothecis: ꝛ anulis cũ omnibus paramentis suis: in quib⁹ celebrauerat: ꝛ cum cardinalibus: prelatis: ꝛ officialibus omnibusq₃: vt in missa paratis: procedit ad suggestu₃ supra gradus basilicę aplorum principis: ex materia constructum: ꝛ ornatũ: ibiq₃ in sede eminẽti sibi parata sedet.

Pontifex cu₃ oibus prelatis ꝛ curialib⁹ accedit ad suggestu₃ sup grad⁹ basilicę scti Petri cõstructum.

Coronat̃ dominus Papa sedens a ora cono cardinalium.



Et cum omnes prelati conuenerint: ꝛ populus ex basilica in arenam exierit: Cantores dicunt. Corona aurea. ꝛc. Quo dicto prior Episcoporum cardinalium: stãs in solio ad sinistram Pontificis: detecto capite: dicit.

Pater noster. Et ne nos. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣.
Cantemus domino. ℟.
Gloriose eni₃ honorificat⁹ est. ℣.
Buccinate i neomenia tuba. ℟.
In insigni die solẽnitatis vr̃ę. ℣.
Iubilate deo omnis terra. ℟.
Seruite domino in letitia. ℣.
Dñe exaudi oratioñe meã. ℟.
Et clamor meus ad te veniat. ℣.
Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹: dignitas sacerdotij: ꝛ auctor regni: da gratiam famulo tuo. N. Pontifici nostro: Ecclesiam tua₃ fructuose regendi: vt qui tua clementia Pater Regum ꝛ rector omnium fidelium constituitur, ꝛ coronat̃: salubri sua dispositione cuncta bene gubernentur. Per Christũ dñm nostrum. ℟. Amẽ.

Deinde Supprior Diaconorum cardinalium deponit mitram cõsuetã e capite Pontificis: ꝛ Prior eorundem Thyarã (quod regnũ appellant: triplici corona ornatũ) pontificis capiti imponit, dicens.

Accipe Thyarã tribus coronis ornatam: ꝛ scias te esse patrem, Principu₃, ꝛ Regum: Rectorem orbis: in terra Uicarium saluatoris nostri Iesu Christi: Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. Tum Diaconi a dextris latine: a sinistris vulgariter publicant indulgentias: ꝛ omnis popul⁹ acclamat Kyrie eleison. Deinde paratur processio ad lateranum.

DE PROCESSIONE AD LATERANVM.

Sed quoniã plerunqꝫ anteqꝫ hęc cõpleta sint, hoꝛa est satis tarda: ⁊ longa ad lateranum restat via: multaqꝫ ibi adhuc sunt peragẽda: cõsueuerunt aliquãdo pontifices, ⁊ patres: sustẽtationis gratia: aliquãtulum cibi sumere. Parat̃ refectio in atrio domꝰ Archipꝛesbyteri basilicę: p Pontifice ⁊ cardinalibus. pꝛo alijs pꝛęlatis in vicinis domibus canonicorum. Coꝛonato pontifice: veniũt ad refectionẽ: ⁊ interim parãtur quę ad pꝛocessionẽ sunt oppoꝛtuna. Sumpta refectione: põtifex ⁊ oẽs descẽdunt ad equitãdũ: ⁊ hoc oꝛdine pꝛoceditur ad lateranum.

Pontifex et plati reficiuntur.

Ordo processionis ad lateranum.

¶ Pꝛimi incedent valisarij cardinaliũ suo oꝛdine: ⁊ deinde eoꝛũ familię: ⁊ omnes laici mistim: vt eis placuerit. Tum per oꝛdinẽ isti sequent̃: Tõsoꝛ: ⁊ Sartoꝛ papę cũ valisijs rubeis: in quibus sunt vestes, quę pertinent ad sanctissimũ dñm nostrũ: Familiares ⁊ Scutiferi papę: Nobiles curię minoꝛes: ⁊ nepotes affinesqꝫ dominoꝛum cardinaliuꝫ: Scala Papę panno rubeo cooperta: quã poꝛtat equꝰ albus ductus per vnum ex parafrenarijs, purpurea veste indutũ. Qui postqꝫ papa ascẽdit equum cum ista scala: vadit in oꝛdine suo: dextra, equi habenas: sinistra, rubꝛũ ferẽs baculũ. Nunc sequunt̃ duodecim cursoꝛes papę: etiã rubꝛis vestibꝰ induti equestres: poꝛtantes duodeciꝫ vexilla rubꝛa: bini ⁊ bini. Inde tredeciꝫ vexilliferi capitum regionum vꝛbis: cũ suis vexillis. Duo alij: cum duobus cherubim sup lanceis: in vestibus rubꝛis: et omnes equestres sint. Tũ vexilliter populi Romani: cũ vexillo: ⁊ isignibꝰ ppli Romani. Deinde vexillũ albuꝫ cum cruce nigra: qḋ poꝛtat pꝛocuratoꝛ oꝛdinis beatę Marię theutonicoꝛuꝫ. Vexillũ cum armis papę: qḋ aliqs magnꝰ nobilis poꝛtat: ⁊ demũ vexilluꝫ oꝛdinis Jerosolymitani rubꝛum cum alba cruce: qḋ pꝛocuratoꝛ eius poꝛtat. Isti quinqꝫ vexilliferi habebunt equos cataphꝛactos: siue bardatos: ⁊ coopertos tela sericea vsqꝫ ad talos equorum: cum insignibꝰ suis. Ipsi aũt erunt armati: ac si pꝛęlium essent ingressuri: dempta galea; cum lacernis ex tela etiã sericea cum insigni: ⁊ singuli vexilliferi habebũt quatuoꝛ pedites cũ lacernis boccasinis: cũ insignibus dominoꝛũ.

¶ Nunc oꝛdinẽ vexilloꝝ inueni seruatum: Sed mihi non placet. neqꝫ videtur debitus oꝛdo. Nam nõ honoꝛamus signũ: nec signi figurã: sed signati dignitatẽ. Vnde ponimus vexillũ ciuitatis: in qua est Pontifex, in pꝛincipio: vt minꝰ dignum. Deinde vexillũ oꝛdinis beatę Marię theutonicoꝛum: in quo est crux nigra in albo. Tum vexillum papę. inde vexillum Ecclesię: ⁊ bene hactenꝰ. Demũ in loco honoꝛabilioꝛi vexillũ oꝛdinis militaris Jerosolymitani: cuꝫ alba cruce in rubꝛo. Quod mihi videtur

detur preter oēm cōuenientiam: Nā signum crucis albe in rubro, nō est signum vniuersitatis christianorum: sed illius tātum ordinis militaris: sicut, et nigra in albo: alterius ordinis est signū. Uniuersitatis autē christiane signum, est crux rubra in albo. Ergo vexillū ordinis Jerosolymitani non est preferendū signo pape: aut signo Ecclesie. Locus igitur suus esset post vexillū ordinis theutonicorū: et nō post oēs. Si autē adesset vexillū cruciate: crux rubra in albo (quia est vniuersale oium christianorū) illud iure optimo ponēdum esset in loco digniori. Post vexilla, pcedunt duodecim equi albi, sine sessoribus: phaleris aureis instratis: carmasinis ornati: quos duodecim pafrenarij ducunt rubra veste induti et baculum rubrū in sinistra portātes. Hos sequunt quatuor nobiles: pilea quatuor carmasina, supra baculos quosdā deferētes: qui scutiferi honorarij vocantur. Cubicularij deinde sequunt: equitantes in suo habitu. Oratores laici, et nō prelati: simul cū baronibus et maioribus nobilibus. Tum Subdiaconus apostolicus cum cruce papali: et suis collegis: parati oēs, vt in missa. Et apud crucē duo magistri ostiarij cū suis virgis. Post hos, duodecim familiares pape: rubra veste induti, portātes duodecim intortitia accēsa: ante sacramentū corporis Christi, pedites. Inde duo familiares sacriste equestres: etiā

Crux rubra i albo campo est signū omnium christianorum.

rubro induti: portantes laternas argēteas cum lumine ante sacramentum. Et post eos ducitur p familiarē sacriste rubro etiā indutum, et baculū in sinistrā habentē, equus albus māsuetus: ornatus: vt illi duodecim: portās sacramētum: habēs ad collū tintinnabulum bene tinniēs. Et supra portatur baldachinus: cū insignibus pape et sacramenti: per ciues romanos: q inter se mutātur terdecies: vt vnaqueqȝ regio habeat suam partē. Post sacramētum, equitat immediate sacrista: q vt ceteri prelati, habet equū totum coopertū boccasino: et ipse et oēs alij, parati sunt, vt in missa, cum paramentis, et mitris. Sacrista in manu gestat albū baculū. Sequunt deinde duo prefecti nauales: et in eorum absentia, duo nobiles: induti, vt aduocati et secretarij, preter almutiam. Et post eos: ipsi secretarij: et aduocati: cum almutijs. Cātores deinde equitāt: cū superpellicijs. Tuȝ acoliti: clerici camere: et auditores: cū suppellicijs supra rochetum: Subdiaconus grecus: et latinus: et Diaconus grecus: vt in missa.

¶ Sequunt dehinc prelati: cum equis coopertis, et ipsi cū mitra: et pluuiali. abbates forēses Episcopi: Archiepiscopi: abbates vrbis: Episcopi assistētes Pape Patriarche: et Diaconi cum dalmaticis: Presbyteri cum planetis: Episcopi cardinales cum pluuialibus. Procedunt duo Diaconi assistētes Pape: et inter eos medius: prior

Diaco-

Diaconorum, si ipse dixit euangelium. Prior Diaconorum ferulã in manu portare debet: & totã processionẽ ordinare: & illa ordinata, eqtare in loco suo. Procedit tãdem summus Põtifex: sup equũ album faleratum: coopertum a parte posteriori stragiola carmesina: sub baldachino: quod octo magni nobiles: siue oratores portant: Cum Papa per scalam, quã superius diximus, ascendit equũ: maior prīceps, q p̄sens adest: etiã si rex esset, aut imperator: staphã equi papalis tenet: & deinde ducit equum p frenũ aliquãtulum. Si impator, aut rex soli essent: idest nõ esset alius rex: soli equum ducerẽt cum dextra manu. Sin vero esset alius rex: dignior a dextra: alius a sinistra frenuz tenerẽt. Si non sint reges: digniores ducant equuz. Et postq̃ imperator, rex, siue alius magn⁹ princeps: aliquãtulum equũ duxerit: substituant alij duo magni nobiles, eorum loco, & mutẽtur. Si vero Põtifex nõ equo, sed sella veheretur: quatuor maiores principes: etiam si inter eos imperator, aut quiuis maximus princeps adesset: in honorẽ saluatoris Iesu Christi: sellã ipsam cũ Pontifice humeris suis portare aliquãtulum debẽt. Sed aderũt etiã quatuor validi Pontificis familiares: qui pondus sustinent: Ita vt principes ipsi: in signum pie religionis: ac reuerentie, magis, q̃ ad onus subeunduz: manus apposuisse videãtur. Qui etiã mutabuntur, pro hominum: & itineris dispositione. Similiter & octo nobiles: qui baldachinum sup caput Pontificis ferunt: mutabuntur post aliquod spatium: & equos suos ascendẽtes: in ordine suo equitabunt: & eorum loco, nobiles ciues romani: vsq̃ ad lateranũ, baldachinuz portabunt: mutabunturq̃ per vices: sicut de baldachino sacramenti diximus.

Prior diaconorũ processionẽ ordinat.

Papa eqtat sub baldachino: & maior princeps staphaz equi tenet, et equũ p frenuz ducit.

Baldachinus a qbus portetur.



Ante pontificem cõseruatores: capita regionum: & alij magistratus: ac nobiles vrbis pedites preibunt: & pretoriani milites cuz eis accincti ensib⁹ circiter centũ: & baculũ in manib⁹ portantes ad custodiã corporis Põtificis. Circa Pontificem: aliquãdo ante: aliquãdo post equitabit marescallus: siue soldanus curie: cuz duobus sacculis pecuniarũ ante sellam: & ipsas pecunias proijciet super populum: ad pressuram dimouendã: vt infra dicem⁹. Primũ iactum pecuniarũ faciet cũ Pontifex incipiet se mouere: aliũ apud pontẽ Adriani: tuz in area apud montez iordanum. Inde in area Parionis: deinde aliuz apud sanctum Marcũ: postea apud sanctũ Adria-

Si põtifex nõ eqtat: a qb⁹ debet portari.

Marescall⁹ curie eqtat modo añ modo post papã: et proijcit pecuniã in locis infra scriptis.

Deus, eternoꝛum bonoꝛum fidelissime pꝛomissoꝛ: ꝛ certissime persolutoꝛ: qui vestimentum salutis: ꝛ indumentum iucunditatis eterne fidelibus tuis pꝛomisisti: clementiam tuam suppliciter exoꝛamus: vt hec indumenta: humilitatē coꝛdis: ꝛ contemptum mundi significantia: quibus famule tue: sancto sunt visibiliter infoꝛmande pꝛoposito: pꝛopitius bene ✠ dicas: et beate castitatis habitum: quē te inspirante susceperunt: te pꝛotegente custodiant: et quas vestimētis venerāde pꝛomissionis induis tempoꝛaliter: beata facias immoꝛtalitate vestiri. Per Chꝛm dñm nostrū. ℟. Amē. Oremus.

Domine deus: bonoꝝ datoꝛ virtutum: ꝛ omnium benedictionū largus infusoꝛ: te obnixis pꝛecibus depꝛecamur: vt has vestes, quas famule tue pꝛo indicio cognoscende religionis: indui se volunt: bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare digneris: vt inter reliquas feminas: tua benedictione: tibi cognoscātur esse dicate. Per Chꝛm dñm nostrū. ℟. Amē. Oremus.

Exaudi, quesumus omnipotens deus, pꝛeces nostras: ꝛ has vestes, quas famule tue ꝑ obseruando castitatis signo: ad se operiendas expostulant: vberrime benedictionis imbꝛe perfunde: sicut perfudisti oꝛā vestimentoꝛum Aaron: benedictione vnguenti: ꝑfluentis a capite in barbā: ꝛ sicut benedixisti vestes omniū religiosoꝛum viroꝛū: tibi per omnia placentiū: ita ꝛ has vestes bñ ✠ dicere: ꝛ sancti ✠ ficare dignare: ꝛ pꝛesta clementissime pater: vt supꝛadictis famulabus tuis: sint he vestes: salutis pꝛotectio: he cognitio religionis: he initiū sanctitatis: he contra omnia tela inimici robusta defensio: vt centesimi muneris opulentia fructus dono: cōtinentia perseuerante ditent. Per Chꝛistum dñm nřm. ℟. Amen.

Ps. 132.

Et vestes aqua benedicta aspergit: que poꝛtantur virginibus ad locum ad quem diuertunt: vbi dimissis quotidianis vestibus: induunt benedictas. Pontifex autem stans: vt supꝛa: benedicit vela virginum, dicens. Oremus.

Vestes aspergunt aqua bñdicta ꝛ poꝛtant virginibus q̄ illas induūt

Sup-

Bñdictio velorum, q̄ fit stādo ⁊ sine mitra

Supplititer te domine rogamus: vt super has vestes: capitib⁹ ancillarum tuarū imponendas: bene ✠ dictio tua benigna descendat: ⁊ sint he vestes: benedicte ⁊ consecrate: immaculate ⁊ sancte: presentium ancillarum tuarum: Per Christum dominū nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Caput omniū fidelium deus: ⁊ totius corporis saluator: hec operimenta velaminum: que famule tue propter tuum: tuemque genitricis beatissime semper virginis Marie amorē: suis capitibus sunt impositure: dextera tua sancti ✠ fica: ⁊ hoc quod per illa mystice daē intelligi: tua semp custodia: corpore pariter ⁊ animo incōtaminato custodiant: vt quando ad remunerationem perpetuam sanctorum: cū prudentibus ⁊ ipse virginib⁹ preparate aduenerint: te perducente ad sempiterne felicitatis nuptias introire mereantur: Qui viuis ⁊ regnas in vnitate spiritus sancti Deus Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Mat. 25.

Aspgūtur vela aqua bñdicta.

Et vela ipsa aqua bñdicta aspgit. Post hec stās adhuc vt̄s Pōtifex bñdicit anulos, dicēs. Oremus.

Bñdictio anulorum que fit stādo et sine mitra.

Creator ⁊ conseruator, ⁊ saluator humani generis: dator gratie spiritualis: ⁊ largitor humane salutis: tu dñe bñ ✠ dictionem tuā super hos anulos emitte: vtque eos gestauerint: celesti virtute munite: fidē integrā: fidelitatemque syncerā teneāt: sicut sponse Christi: virginitatis propositum custodiāt: ⁊ in castitate perpetua perseuerent. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen.

Anuli aspguntur aq̄ bñdicta.

Et aqua benedicta eos aspergit. Tū stans ad huc sine mitra pōtifex bñdicit torques, siue coronas, dicēs. Oremus.

Bñdictio coronarum que fit stādo et sine mitra.

Bene ✠ dic dñe ornamenta ista: vt sint remedium salutare generi humano: ⁊ presta per inuocationē tui nominis: vt quecūque ea portauerint: corporis sanitatē ⁊ anime tutelā percipiant: ⁊ si tibi fideliter seruierint: coronā quam hec ornamenta designant: in celo percipere mereātur: per te saluator mundi. Qui in trinitate perfecta: viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Aspgūtur torques aqua bñdicta.

Deinde eas aqua bñdicta aspergit. His expletis: virgines benedictis vestibus indute: bine ⁊ bine seriatim redeunt ad Pontificem: cantantes responsorium.

Virgines vestib⁹ bñdictis indute bine redeūt ante pontificem.



vidi

vi di quẽ ama ui in

quem credidi quem dilexi. ℣.

E ru cta uit cor me

um verbuꝫ bo num.dico

e go o pera me a

regi. Quem.

Virgines diſponuntur a paranymphis in modū corone ante altare.

Tum diſponunt a paranymphis ante altare: genuflexe corā Pontifice: inmodum corone: vultibus demiſſis. Pontifex vero ſurgit cum mitra: ⁊ benedicit eas, dicens.

Cū mitra ſtando.

Benedicat vos de⁹ pa ✠ ter ⁊ fi ✠ lius: ⁊ ſpiritus ✠ ſanctus, omni benedictioni ſpirituali. ℟. Amen. Tum mitra depoſita verſus ad eas, dicit. Oremus.

Epūs mitra depoſita ſtās dicit oratio nem.

Reſpice domine propitius: ſuper has famulas tuas. Ut ſancte virginitatis propoſitum: quod te inſpirante ſuſceperunt: te protegente illeſum cuſtodiant. Per dñm nr̃m: Jeſum Chriſtū filium tuum, Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſcti deus. Deinde dicit cōpetēti voce extēſis manibus ante pectus prefationē.

Epūs dicit prefationē ſtans ſine mitra manib⁹ ante pectus extenſis.



Per omnia ſecula ſeculoruꝫ. ℟.

Amē. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et

cuꝫ ſpiritu tuo. ℣. Surſuꝫ corda. ℟. Habemus ad dominū

℣. Gratias agamus domino deo

nr̃o. ℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt.

Ue-


Vere dignū ꝛ iustum est equuꝫ
ꝛ salutare. Nos tibi semper ꝛ
vbiqꝫ gratias agere: domine
sancte: pater oīpotens: eterne
deus: castorum corporum beni/
gnus inhabitator: ꝛ incorru/
ptarum de us amator aiarum:
qui humanam substantiam: in
primis hominibus diabolica
fraude vitiatam: ita in verbo
tuo: per quod omnia que facta
sunt reparas: vt eam nō solum
ad prime originis innocentiam
reuoces: sed etiam ad experien/
dam eternorum bonorum, que
nouo in seculo sunt habenda
perducas: ꝛ obstrictos adhuc
conditione mortalium, iam ad
similitudinem prouehas ange/
lorum. Respice propitius domi/
ne


ne super has famulas tuas:
quę in manu tua continentię
suę propositum collocantes:
tibi deuotionem suã offerunt:
a quo & ipsę vota sumpserunt.
Quomodo enim animus mor-
tali carne circundatus legẽ na-
turę: libertatem licentię: vim
consuetudinis, & stimulos ęta-
tis euinceret, nisi tu deus per
liberum arbitrium hunc in eis
amorem virginitatis clemẽter
accenderes: tu hanc cupidita-
tem in earũ cordibus benignus
aleres: tu fortitudinẽ ministra-
res. Effusa nanque in omnes gẽ-
tes gratia tua ex omni natione
quę sub cęlo est. In stellarum in-
numerabiliũ numerum: noui
testamẽti hęredibus adoptatis

&


⁊ inter ceteras virtutes quas
filiis tuis non ex sanguinibus
nec ex voluntate carnis: sed de
spiritu sancto genitis indidi-
sti: e ti am hoc donum in quas-
dam mentes de largitatis tu ę
fonte defluxit, vt cuꝫ honorem
nuptiaruꝫ nulla interdicta mi-
nuissent: atqꝫ super sanctū cōiu-
giuꝫ nuptialis benedictio per-
maneret, existerent tamen sub-
limiores animę, quę viri atqꝫ
mulieris copulam fastidirent,
et connubij concupiscerent sa-
cramentum, nec imitarentur qd
in nuptijs agitur, sed dilige-
rent qd in nuptijs prenotatur.
Agnouit auctorem suum bea-
ta virginitas, ⁊ ęmula integri-
tatis angelicę illius thalamo:
illius


illius cubiculo se deuouit: qui
sic perpetuę virginitatis est
sponsus: quemadmodum per/
petuę virginitatis est filius.
Implorantibus ergo auxili/
um tuum domine: ꝛ confir/
mari se: bene dictionis tuę
consecratione cupientibus:
da protectionis tuę muni/
men ꝛ regimen: ne hostis an/
tiquus, qui excellentiora stu/
dia, subtilioribus infestat in/
fidijs ad obscurandam perfe/
ctę continentię palmam: per a/
liquam mentis serpat incu/
riam: ꝛ rapiat de proposito vir/
ginum: quod etiam moribus
decet inesse nuptiarum. Sit in
eis domine per donum spi/
ritus tui prudens modestia:

sapiens


ſapiens benignitas: grauis
leuitas: caſta libertas. In cha-
ritate ſerueant: ⁊ nihil extra
te diligant: Laudabiliter vi-
uant: laudarique non appe-
tant. Te in ſanctitate corpo-
ris: te in puritate anime ſuę
glorificent. Amore te time-
ant: amore tibi ſeruiant. Tu
eis ſis honor: tu gaudium:
tu voluptas: tu in merore ſo-
latium: tu in ambiguitate con-
ſilium: tu in iniuria defenſio.
In tribulatione patientia. In
paupertate abundantia. In ie-
iunio cibus. In infirmitate me-
dicina. In te habeant omnia:
quę diligere appetant ſuper
omnia. Per te quod ſunt profeſ-
ſę cuſtodiant. Scrutatori pe-
ctorum:


ctoꝛum:non coꝛpoꝛe placitu-
rę ſed mente, ⁊ hoſtem anti-
quum deuincant: ⁊ vitioꝛum
ſqualoꝛes expurgent. Tranſe-
ant in numerum puellarum ſa-
pientum, vt cęleſtem ſponſum
virtutū accenſis lampadibus
cum oleo pręparationis expe-
ctent: nec turbatę ex impꝛouiſo
regis aduentu: ſed ſecurę cum
lumine, ⁊ pręcedentium virgi-
num choꝛo iunctę: iucundan-
ter occurrant. Et ne excludan-
tur cum ſtultis: ſed regalem ia-
nuam cum ſapientibus virgini-
bus licenter introeant: et in a-
gni tui perpetuo comitatu pꝛo-
babiles manſura caſtitate per-
mancant. Quatenus centeſimi
fructus vbertate: dono virgi-
Pôti. ℟ nitatis



nitatis te donante decorari



mereantur.

Qđ ſequit̄ dicit plane legẽdo: ita tamẽ ꝙ a circumaſtantib⁹ audiat.

Sūmiſſa voce.

Per dñm nr̃m Jeſum Chꝛiſtum filiũ tuũ, Qui tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per oĩa ſecula ſeculoꝛum. ℟. Amen.

Pontifex ſtãs cũ mitra icipit.

Tum Pontifex accepta mitra incipit ſchola pꝛoſequente.



Ue ni e lecta me a ꝛ po-



nam in te thꝛonum me um.



Quia concupiuit rex ſpeci em



tu am. ℣. Au di fi lia




ꝛ vide ꝛ inclina aurem tu-



am. Quia concupi uit.

Incepto reſponſoꝛio ſedet Pontifex cũ mitra, ꝛ eo finito ſurgunt virgines, et due pꝛime ex eis pręſentantur a paranymphis Pontifici: coꝛam quo humiliter genua flectunt cantantes ſimul Añam.



Finito ℟. duę pꝛimę vgines pręſentant a paranymphis pontifici: coꝛam quo genuflectentes cãtant añ. Ancilla.

Ancilla Chꝛiſti ſum: ideo me oſtẽ-



do ſeruilem habere perſonam.

Quia dicta põtifex iterrogat illas palã dicẽs. Uultis perſiſtere i ſancta virginitate, quã pꝛofeſſe eſtis? Et ille ſimul rndent. Uolumus.

Pontifex palam eas interrogat.

Tum Pontifex imponit velũ ſuper caput cuiuſlibet, quod dependeat ſuper ſcapulas ꝛ ſup pectus, ꝛ vſqꝫ ad oculos ſingulis, dicens.



Accipe virgo velamẽ ſacrũ: quod perferas ſine macula ante tribunal ęterni iudicij: cui flectitur omne genu: cęleſtium, terreſtrium, ꝛ infernoꝛum: quo cognoſcaris mundum contempſiſſe: ꝛ te Chꝛiſto Jeſu veraciter, humiliterque, toto coꝛdis annixu, ſponſam perpetualiter ſubdidiſſe: qui te

Pontifex imponit velum.

te ab omni aduersitate defendat: et ad vitā eternā pducat. ℟. Amē.

Ambabus velatis ambe simul genuflexe, vt erāt cantant hāc aīam.

Velatis filiis duabus ambe cantant aīaz.



Posuit signum in faciem me-



am, vt nullum preter eum ama-



torem admittam.

Cātata aī. reducūtur a paranymphis ad loca ordinis sui: et alie due ordinātur ad epm: que oia faciunt sicut due prime.

Quo facto: reducunt a paranymphis ad loca ordinis sui: vbi prius erāt, et alie due, que post illas in ordine sequunt: presentant Pontifici: corā quo simili modo genua flectūt: cātant, et velantur, vt prime. Omnibus autē sic velatis, et ad loca sua reductis: deposita mitra surgit Pōtifex, et stās versus ad illas, dicit ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Sine mitra stādo.

Famulas tuas dñe: custodia tue muniat pietatis, vt virginitatis sancte propositum, quod te inspirāte susceperūt: te protegente illesum custodiant. Qui viuis et regnas cū deo patre: in vnitate et c.

Tum Pontifex stans, accepta mitra, vocat virgines: incipiens Antiphonam, schola prosequente.

Pontifex stans accepta mitra vocat virgines.



Desponsari dilecta veni, hyems:



transijt: turtur canit vi nee flo-



rentes redolent.

Qua incepta, sedet Pōtifex cū mitra, et ea finita, ille, que prime venerant ad recipiendū velum: presentant Pōtifici a paranymphis: eo modo et ordine sicut prius. Tunc Pontifex accipiens anulū: cū dextra sua, et dexteram manu virginis cum sinistra manu sua, et mittens anulum ipsum digito anulari dextre manus virginis: desponsat illas Iesu Christo, dicens singulis.

Incepta aā pōtifex sedet cum mitra, et virgines bine ei pñtantur: quarū dexterā manū sua sinistra tenens digito anulari anulū imponit singulis.



Desponso te Iesu Christo filio summi patris, q te illesaz custodiat. Accipe ergo anulum fidei: signaculum spiritus sancti, vt sponsa Dei voceris: si ei fideliter et munde seruieris. In noie patris, filij, et spiritus sancti. Quo facto: ambe simul genuflexe, decātāt aā.

Virgines desponsate ambe simul cātāt.



Ipsi sum desponsata cui ange-

li seruiunt cuius pulchritudi-

nem sol ⁊ luna mirantur.

Qua cantata: reducuntur a paranymphis ad loca sua, et alię duę, q̄ illas sequūtur in ordine: presentant Pontifici, ⁊ corā quo genuflectunt: cātant, ⁊ desponsant: modo premisso. Omnibus ergo sic seriatim desponsatis, ⁊ ad loca sua reductis, omnes genuflexę simul leuant in altum, ⁊ ostēdunt dextras manus: cantātes hāc antiphonā.

Oēs desponsatę surgentes pariter ostendunt dextras suas in altum leuatas ⁊ cantant.

Anulo suo subarrauit me dominus meus Jesus Christus: ⁊ tanq̄

sponsam decorauit me corona.

Deinde Pontifex cum mitra surgit, ⁊ stans versus ad illas, dicit.

Pontifex cum mitra stās versus virgines eas benedicit.

Benedicat vos conditor cęli et terrę: Deus pater omnipotens, qui vos eligere dignatus est: ad beatę Marię matris domini nostri Jesu Christi cōsortium, vt integrā ⁊ immaculatā virginitatem, quā professę estis: corā Deo ⁊ angelis eius: conseruetis: propositum firmū teneatis: castitatē diligatis: patientiam custodiatis, vt coronam virginitatis accipere mereamini. Per eundē Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Post hęc Pontifex cum mitra stans, iterum inuocat illas: in cantu inchoans: schola prosequente: hanc Antiphonam.

Pontifex stās cū mitra inchoat aīa schola psequēte.

Veni spōsa Christi accipe coronam quā tibi dominus prepa-

rauit in ęternum.

Incepta añ. sedet Pontifex cū mitra, ⁊ ea finita: presentant ei a paranymphis duę primę virgines, vt prius coram eo genuflexę. Ipse autem: torquem siue coronam accipiens, imponit capiti cuiuslibet virginis: seriatim singulis, dicēs.



Incepta añ pōtifex sedet cum mitra ⁊ ea deinde quo prius binę ⁊ binę virgines ei presentantur quib⁹ coronā imponit.

Accipe signum Christi in capite tuo, vt vxor eius efficiaris, ⁊ si in eo permāseris: immortalitatis

litatis gloria coroneris. Per eun-dem xpm dnm nostrũ. Et mox ambę simul decantant hãc añam.



Induit me dominus ciclade

Accepta corona am bę simul decantãt.



auro texta: & immensis moni-



libus ornauit me.

Qua cantata: reducuntur a paranymphis ad loca sua: & alię presentant: q̃ simili modo genuflectunt: cantant, & coronãtur: omnibus coronatis: & ad loca sua reductis, et stantibus, Pontifex deposita mitra surgit, & stans versus ad illas, dicit. ℣. Dominus vobiscũm. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Ali cãtata reducuntur ad loca sua, et alię binę & binę presentãtur vt fu pra in de spõsatiõe.

Sine mitra & stãdo versus ad virgines.

Da quesumus omnipotens deus, vt hę famulę tuę, quę p spe retributionis ęternę: tibi domino deo desiderant consecrari: plena fide: animoq; in sancto proposito permaneãt. Tribue eis domine humilitatem, castitatem: obedientiam, charitatem, & omnium bonorum operum quantitatem: vt ad meritum ęternę glorię possint peruenire: Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Dicta oratione virgines genuflectũt & põtifex stans sine mitra dicit oõnẽ.

Deinde omnibus simul genuflectentibus, Pontifex stans, vt prius, sine mitra, dicit hanc orationem. Oremus.

Te inuocamus domine sancte, pater omnipotẽs, ęterne deus super has famulas tuas: quę tibi vouerunt pura mente mundoq; corde seruire: vt eas sociare digneris inter illos centũ quadragintaquatuor millia: qui virgines permanserunt, & se cũ mulieribus nõ coinquinauerunt: in quorum ore: sicut dolus non est inuentus: ita & has famulas tuas: facies permanere immaculatas: vsq; in finẽ: per immaculatum dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat: in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorũ. ℟. Amen.

Apoc. 14.


1. petri. 2.

Qua finita, virgines surgentes, simul cantant Antiphonam.

Oratione finita virgines surgentes simul cantant.



Ecce qd̃ cõcupiui iam video,



qd̃ speraui iam teneo, illi sum



iun cta in cęlis quem in terris



posi ta tota deuo tione dilexi.

Post hęc Pontifex iunctis ante pectus manibus, dicit super illas, stantes humiliter inclinatas, benedictionem.

Põti ℟ iij De

Añ finita pontifex stans sine mitra iunctis manibus ante pectus, sequentē benedictionem dicit sup virgines ante se inclinatas.

DEus plasmator corporum: afflator animarum: qui nullam spernis etatem: nullum sexum reprobas: nullā cōditionem gratia tua ducis indignā: sed omnium equalis creator es et redēptor: tu has famulas tuas: quas ex omni numero gregis: bonus pastor eligere: ad conseruandam coronam perpetue virginitatis, et castimoniam anime dignatus es: tue protectionis scuto circuntege: et ad omne opus virtutis et glorie, magistrante sapiētia, prepara: vt vincentes carnis illecebras: et illicita conuitia recusantes: insolubilem filij tui domini nostri Jesu Christi copulam mereantur. His petimus domine: arma suggeras: non carnalia: sed spiritus virtute potentia: vt te muniente: carum sensus et membra: in earum corporibus et animabus: non possint dominari peccata: atq; sub tua gratia viuere cupientibus: nihil sibi defensor malorum et inimicus bonorum: de his vasis nomini tuo consecratis: preualeat vendicare. Omnem etiā nocinum calorē imber gratie tue celestis extinguat: lumē vero perpetue castitatis accendat: facies pudica: scandalis nō pareat: nec incautis occasionē tribuat negligentia, delinquendi. Sitq; in eis casta virginitas. Sint ornate pariter et armate: fide integra: spe certa: charitate sincera: vt preparato animo ad cōtinentiam virtus tanta prestetur: que superet diaboli vniuersa figmēta: atq; cōtēnendo presentia: futura sectentur: ieiunia epulis carnalibus preferant: lectiones sacras et orationes, conuiuijs et potationibus anteponant: vt orationibus paste, et eruditionibus explete, illuminate vigilijs: opus gratie virginalis exerceant. His igitur virtutum armis: has tuas famulas interius exteriusq; communiens: presta: inoffensum cursum virginitatis implere. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Tum Pontifex accepta mitra stans dicit sequentem benedictionem super illas genuflectentes.

Pontifex stās cū mitra dicit super virgines genuflexas. Ephe. i.

BEnedicat vos Deus: pa✠ter: et fi✠lius, et spiritus✠ sanctus, omni benedictione spirituali, vt manētes semper incorrupte, inuiolate, et immaculate, sub vestimento sancte Marie, matris domini nostri Jesu Christi, requiescat super vos spiritus septiformis gratie, spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilij et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis: et repleat vos spiritus timoris dñi: fragiles solidet, inualidasq; confirmet, pietate alleuet, et mentes regat, vias dirigat, cogitationes sanctas instituat, actus probet, opera perficiat, charitate edificet, sapientia illuminet, castitate muniat, scientia instruat, fide firmet, in virtute multiplicet, in sanctitate sublimet, ad patientiā preparet, ad obedientiam subdat, sobrias protegat, et pudicas in infirmitate visitet, in dolore releuet, in ten-

Isa. 11.

tentatione custodiat: in prosperitate temperet: in iracundia mitiget: in iniquitate emundet: infundat gratiã: remittat offensam: tribuat disciplinam. Ut his & similibus virtutibus fultę: et sanctis operibus illustratę: illa semper studeatis agere: quę digna fiant remuneratione. Illum habeatis testem: quem habiturę estis iudicem: & vos aptetis: vt pręfulgentem gestetis in manu lampadem: intraturę sponsi thalamum: occurratis cum gaudio, & nihil in vobis reperiat fętidum: nihil sordidum: nihil occultum: nihil corruptum, nihil inhonestum: sed niueas & candidas animas, corporaq; lucida, atq; splendida: vt cum ille dies tremẽdus: remunerationis iustorum, retributionisq; malorum aduenerit: non inueniat in vobis, vltrix flamma quod, vrat: sed diuina pietas quod coronet, quas iam in hoc seculo conuersatio religiosa mundauit: vt ad tribunal ęterni regis ascensurę: cęlsaq; palatia: cum iisdem mercamini habere portionem: qui sequuntur agnum: et cantant canticum nouum sine cessatione: illic percepturę pręmium post laborem: semperq; maneatis in viuentium regione. Atq; ipse benedicat vos de cęlis, qui per crucis passionẽ: humanum genus est dignatus venire in terris redimere: Jesus Christus dominus noster. Qui cũ ęterno patre, & spiritu sancto, in vnitate perfecta: viuit & regnat Deus: in secula seculorum. R. Amen.

Deinde Pontifex sedens cum mitra: publica voce anathema ponit: ne quis eas a diuino seruitio: q̃ vexillo castitatis subiectę sunt abducat. Nullus earum bona surripiat: sed ea cum quiete possideant in hanc formam.



Sedendo cũ mitra.

AUctoritate omnipotẽtis dei, & beatorum Petri et Pauli apostolorum eius: firmiter et sub interminatione anathematis, inhibemus: ne quis pręsentes virgines, seu sanctimoniales: a diuino seruitio, cui sub vexillo castitatis subiectę sunt, abducat: nullus earum bona surripiat: sed ea cum quiete possideant. Siquis autem hoc attentare pręsumpserit: Maledictus sit in domo: & extra domum. Maledictus in ciuitate & in agro. Maledictus vigilando et dormiendo. Maledictus manducando et bibendo. Maledictus ambulando & sedendo. Maledicta sint caro eius & ossa: & a planta pedis vsq; ad verticem: non habeat sanitatem. Ueniat super illum maledictio hominis: quam per Moysen: in lege filiis iniquitatis: dominus permisit. Delea-

tur nomen eius de libro viuentiũ: & cum iustis non scribatur. Fiat pars & hereditas eius: cum Caim fratricida: cũ Dathan & Abiron: cum Anania & Saphira: cum Simone mago & Juda proditore: et cum eis, qui dixerunt Deo, Recede a nobis: semitam viarum tuarum nolumus. Pereat in die iudicij: deuoret eum ignis perpetuus: cum diabolo & angelis eius: nisi restituerit: & ad emendationẽ venerit. Fiat fiat. Tum dicitur Halleluiah, vel Tractus, si sit dicendus, & cętera vsq; ad offertorium inclusiue: virginibus in ordine suo manẽtibus. Halleluiah. ℣. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo quandiu ero.

Cõpleto anathemate põtifex in missa procedit.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

Cap. 25.

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cęlorum decem virginibus: quę accipientes lampades suas: exierunt obuiam sponso & sponsę. Quinque autem ex eis erant fatuę: & quinq; prudentes. Sed quinq; fatuę: acceptis lampadibus: non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autẽ faciente sponso: dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illę: & ornauerunt lampades suas. Fatuę autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostrę extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes. Ne forte nõ sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendentes: & emite vobis. Dum autẽ irent emere: venit sponsus, & quę paratę erant: intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime vero veniũt: & reliquę virgines dicentes: Domine, domine: aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaq;, quia nescitis diem neq; horam. Offertorium.

Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis quęrentes te: psallite domino qui habitat in sion: quoniam non est oblitus orationes pauperum.

Offertorio dicto: singulę virgines consecratę: velatis capitibus: ad manus Pontificis: in faldistorio ante medium altaris cũ mitra sedentis, offerunt, coram eo genuflexę, quęlibet candelam accensam, & alia si velint.



Interim parantur pro eis tot hostię cõsecrandę quot sunt

ipsę

Facta oblatione pōtifex manus lauat ⁊ pſequit̃ miſſam et hoſtię parātur pro virginibꝰ cōicandis.

ipſę numero. Facta oblatione: pōtifex cū mitra, ſedens lauat manꝰ: deinde depoſita mitra ſurgit: ⁊ pſequit̃ miſſā more ꝯſueto. Secreta.

O Blatis hoſtijs, quęſumus domine: pꝛęſentibus famulabꝰ tuis perſeuerantiā perpetuę virginitatis accommoda: vt apertis ianuis, ſummi cęleſtis regis thalamum, cum lętitia mereantur intrare. Per dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium tuum, ⁊c.

Poſtquam Pontifex ſe de corpore ⁊ ſanguine communicauerit, ⁊ ſe purificauerit: antequam digitos abluat: virgines conſecratę accedunt ante altare: vbi in plano inferioꝛi genuflectunt: in modum medię coronę: ⁊ dicunt ſubmiſſa (intelligibili tamen) voce.

C onfiteoꝛ deo omnipotenti, ⁊c.

Pontifex ſine mitra ſtat cōuerſus ad eas.

Pontifice ad eas verſo: capite detecto ſtante: dicta cōfeſſione: pontifex ſtans: vt ſupꝛa dicit. M iſereatur veſtri omnipotens Deus: ⁊ dimiſſis omnibus peccatis veſtris perducat vos ad vitam ęternam. ℟. Amen. I ndulgentiam abſolutionem ⁊ remiſſionem omnium peccatoꝛum veſtroꝛum, tribuat vobis omnipotens et miſericoꝛs dominus. ℟. Amen.

Et manu dextra ſignum crucis ſuper eas producit: tuꝫ accedunt ad ſupꝛemum gradum altaris virgines ipſę binę ⁊ binę; ⁊ ibidem genuflectūt: pontifex vero ponit hoſtias conſecratas ſuper patenaꝫ: pꝛo numero virginum: ⁊ accipiēs ſucceſſiue: manu dextra inter pollicem ⁊ indicem ſingulas hoſtias: cum eis ante faciem ꝯmunicandę: foꝛmat ſignum crucis, ⁊ continuo cum ſiniſtra patenam, dextrę ſupponit: ac ſingulas communicat, cuilibet, dicens. C oꝛpus domini noſtri Jeſu Chꝛiſti cuſtodiat te, et perducat in vitam ęternam.

Quęlibet pꝛiuſquā cōmunionem ſumat: oſculatur manum dextram Pontificis. Unus capellanoꝛum Pontificis: ſuperpellicio indutus: ſtans iuxta coꝛnu epiſtolę altaris: calicem habens: non illum cuꝫ quo Pontifex celebꝛauit: ſed alium cum vino, ⁊ mappulā mundam in manibus: ad quem ſingulę communicatę accedunt, ⁊ ſe purificāt: extergunt os: ⁊ ad partem vt pꝛius genuflectunt: ⁊ omnibus communicatis: ipſę virgines ante altare: vt in miſſa fuerunt genuflexę: ſimul cantant Antiphonam.

Capellanꝰ pontificis cuꝫ ſuperpellicio ad coꝛnu epiſtolę eas cum calicę purificat ⁊ ad partē genuflectunt.

Uirgines cōicatę ſimul genuflexę cantāt aīām.



M el ⁊ lac ex eius oꝛe ſuſcepi et



ſanguis eiꝰ oꝛnauit genas meas.

Interim pōtifex: patenā cū pollice dextrę manus extergit diligenter ſup calicē: neqd de ſacramento ſup ea remaneat: abluit etiā ſuper calicē digitos: ⁊ ablutionē ſumit. tum accepta mitra ſtās: lauat manus: deinde perficit miſſam. Cōio.

Epūs ſe purificat et miſſaꝫ perficit.

R edime me deꝰ iſrael ex omnibꝰ anguſtijs meis. Poſtcōmunio.

Deus

Deus, qui habitaculum tuũ in corde pudico fundasti: respice sup has famulas tuas: & que castigationibus assiduis postulant: tua cõsolatione participent. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, Qui tecũ.

Missa finita: Pontifex dat benedictionem solennem: qua data: sedet cum mitra: in faldistorio suo ante medium altaris: & virgines consecratę coram ipso genuflectunt, quas presentat Abbatissę: etiam coram eo genuflexę, dicens:

Data benedictiõe epus sedet cum mitra ante mediũ altaris: & presentat oẽs virgines bñdictas genuflexas abbatissę genuflexę.

Vide, quomodo istas consecratas Deo serves: & representes immaculatas: reddituram pro eis rationem: ante tribunal sponsi earum venturi iudicis.

Et quia in nonnullis monasterijs est cõsuetudo: q loco Diaconissatus, qui in quibusdã antiquis põtificalibus habet: virginibus consecratis datur facultas dicẽdi officium: & incipiendi horas canonicas in ecclesia: convenienter id fit hoc modo. Pontifex stans: ante faldistoriũ predictum sine mitra: virginibus cõsecratis corã eo genuflexis, dicit. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Pontifex stans sine mitra ante altare dicit orationes super virginib⁹ genuflexis.

Exaudi domine preces nostras, et super has famulas tuas spiritum tuę bene ✠ dictionis emitte: vt celesti munere ditatę: & gratiam tuę maiestatis possint acquirere: & bene viuẽdi alijs exemplum prebere. Per Christũ dominum nostrum. ℟. Amen.

Tum sedet Pontifex accepta mitra, & tradit breuiarium illis ambabus manibus ipsum tangentibus, & Pontificis manum deosculantibus: singulis, dicens.



Pontifex sedet cum mitra et dat breuiariũ singulis virginibus illud tãgentib⁹.

Accipe potestatem legendi officium: & incipiendi horas in Ecclesia: In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij: et Spi ✠ ritus sancti.

Surgit pontifex mitra deposita: & cõuersus ad altare: incipit hymn. Te deum laudamus. supra fo. 35. Quem chorus prosequitur: vsq; ad finem, & eo finito due ex choro dicunt ℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. ℟. chorus. A tẽplo sancto tuo quod est in Jerusalem. Et Pontifex stans in cornu epistolę altaris: cõuersus ad altare: ex libro ibidem super altari posito, dicit.

Pontifex stans sine mitra conuersus ad altare incipit. Te deũ: & chorus prosequitur.

Epus stãs sine mitra i cornu epistolę: cõuersus ad altare dicit orationes.

Actiones nostras quęsumus domine aspirando preueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat: & per te cępta finiatur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Post hęc consecratę reuertuntur ad claustrum: & Pontifex sacris vestibus depositis: vadit in pace.



DE SOLENNI RECEptione Imperatoris coronandi in vrbe.

IMperator electus Romam veniens: pro imperiali corona suscipienda: quū vrbi appropinquauerit: ei, honoris gratia: obuiam mittuntur a Pontifice, Prelati, barones, et curiales: hoc ordine. Primi ad sextum lapidē Columnenses proceres cum suis amicis, et clientelis, et mox Vrsini: atque alij barones vrbis, tum Pōtificis copie, que adsunt: cum illarum prefecto: Inde vicecamerarius: cum prefecto vrbis, senatore, cōseruatoribus, officialibus, et alijs nobilibus ciuibus romanis: deinde ordines curie cū regēte cancellarie: sine aliquo alio prelato. Demum alij prelati domestici Pontificis: cū oī eius familia. et tandē sacrum cardinalium collegiū: ad radices montis: iuxta domum leprosorū: cesarem expectabunt. Hi oēs, distinctis interuallis: Imperatori electo obuiabunt. Oratores vero principū (si qui in vrbe erunt) pro suo libito obuiā procedēt. Cardinales, vt Cesarē conuenient cōgratulationibus, et oblationibus factis: noīe Pontificis: et collegij: illum habentes mediū: inter duos primos episcopos cardinales: deducent vsque ad tentorium: siue alium locū sibi deputatum: extra vrbem: nam Cesar nō cōsueuit ea die: qua appulit: vrbē intrare: sed pernoctare saltē vna nocte extra menia in campis. Cardinales et alij oēs: postquā Cesar ad locū deputatū peruenerit: in vrbē reuertuntur. Cōsueuerunt etiā electi Imperatores: hac die, antequā ponticulū (qui primus ante ingressum vrbis post descensum montē occurrit) pertranseāt: tacto libro euāgeliorum: corā ipso aperto: prestare iuramentū romanis: in hanc formā. Ego N. Rex romanorum futurus Imperator: iuro me seruaturum Romanis: bonas consuetudines suas. Sic Deus me adiuuet et hec sancta Dei euangelia.

Imperatori rome appropinquanti qui ei obuiam procedūt.

Imperator futurus ante ingressum vrbis iuramentū romanis facit.

¶ Postera die Cesar: per portā que est sub arce sancti Angeli: hoc ordine quasi triumphās ingredit. Primi duo equites: vexilla duo Cesaris portant: alterū scti Georgij: qđ ad Sueuorum pertinet custodiam. Aquile alterum. Hos sequunt Cesaris cohortes armate: tum nobiles proceres: et togati eius. Inde oratores Regū: et principū: qui adsunt. Tum si quis adest Rex: aut maximus princeps. Et tunc sequit Prefectus vrbis, et senator. Et ad Prefectum quidē pertinet: nudum ensem ante Cesarē ferre. Inter

Ordo ingrediendi in vrbem romam.

Inter istos autē & Cęsarē: nemo equitare debet: nisi marescallus: si prefectus non prefert ensem. Incedit deinde Cęsar solus equitās: & post eū prelati, cōsiliarij, proceres inermes, & alij togati sui. Deinde modico interuallo, Imperatricis familia, si vxor virum sequitur, succedere debet. Ante illā: nobiles & prelati, & post, matronę, virgines, & pedisequę: Circa illā vero solā equitātem, pedites multi, vltimo incedūt ecclesiasticę copię: pompā claudentes. In porta igitur: quę sub arce est, clerus vrbis sacris vestib[9] ornatus, cū crucibus, & sanctorum reliquijs, presidēte vicario vrbis: & alijs ecclesiarum prelatis infulatis: Cęsarem expectant. Aduenienti, cruces deosculandas offerunt: & cum incensant: ac cantātes.

Ecce mitto angelum meum, qui preparabit viā ante faciem tuam.

procedūt vsq3 ad gradus basilicę principis apostolorū. Ciues autē digniores; baldachinū supra Cęsaris caput, portāt. Cōseruatores, freno equū ducūt. Cū vero est in magna area ante gradus: pfectus & senator id gerunt. Et descendēte ex equo Cęsare: pfectus stapham tenet: deinde ante eū precedit. Inter equitandū autē, Cęsaris camerarius pecuniā spargere cōsueuit, vt diximus in coronatione Papę: de soldano. In plano supra gradus basilicę ante primā porticū: ad dexterā ascēdentibus: erigit suggest[9] ornatus: cum throno Pōtificali: & sedilibus cardinaliū, prelatorū, & aliorum officialiū: vt s[ū]s descripsim[9] in coronatione Pontificis: supra quē suggestū, Pontifex pluuiali, & mitra preciosis indutus, ascēdit, cum ordinibus curię: paulo antequā Cęsar appareat. Electus Imperator: cū suis oībus: seruato ordine: vt equū descendit: per gradus ascēdit suggestū. Et vt primū Pontificē videt: detecto capite illum genu terrā tangens, veneraī. Et iterum cum appropinquat ad gradus sedis, genuflectit: Demū cū ad Pontificis pedes peruenit: illos in reuerētia saluatoris: deuote osculatur. Pōtifex: hilari vultu Cęsarē aspiciēs: ad osculū manus & oris recipit. Tum Cęsar iterū genuflexus: auri massam ad pedes Pontificis offert: habetq3 verba ad Pontificē: gratias agens pro honore suscepto: prout ei videbit. Pontifex benigne illi respondēs: illū subleuat: & summę charitatis declaratione: amplectit. Et stante ibi ad dexterā Pontificis Cęsare: Pontifex recipit Imperatricē ad osculum pedis, & manus. Regē vero (si quis adest) ad osculū pedis, manus, & oris, alios autē prelatos, pceres, & nobiles Cęsaris: ad osculuz pedis tantū. His finitis: surgit Pontifex, & manu sinistra Cęsarē capiens: e suggestu descendit: & pariter ad secundā vsq3 ecclesię porticum: cū eo progreditur. Deinde Pontifex palatiū ascēdit: ad cameram suā reuersus, & Cęsar duob[9], aut quatuor cardinalib[9] sociatus, templum ingreditur: apostolorū sacras

Clerus vrbis paratus obuiat impatori ingredienti vrbem.

Camerarius imperatoris spargit pecuniam.

Imperator ad gradus ecclesię sci petri ascēdens osculat pedem pontificis.

Pontifex recipit imperatricē ad osculū pedis.

Imperator ecclesiã ingreditur, apostolorũ reliquias veneratur

sacras reliquias veneraturus: cũ suis olbus. Inde ad loca cuiq; de stinata:diuertũt. Cesar ipse in pa latio apl'ico recipi consueuit. Au gusta vero in aliquo loco vicino. Cesar postera die: opportuno tē pore:ad pontificē accedet, & cũ sua sanctitate de incumbētibus ad so lennitatē pertractabit. Statuent de die coronationis. Et si qua erũt prius peragenda: deliberabunt.

Ordo coronationis imperatoris

Et notandũ q Cesar: anteq̃ coronet Imperiali diademate: se det post primũ episcopũ cardina lem. Et si quis Rex adest:sedet tũc post primũ presbyterũ cardinalē. Cũ vero Cesar erit coronat⁹: tũc sedebit in sede sibi parata:iter Pa pam: & primũ episcopum cardina lē: & tunc Rex erit post primũ epi scopũ cardinalē. Adueniente die statuta Imperialis coronationis, quę conuenientissima est in dñica Letare in medio quadragesimę, (vt Durantus in rationali diuino rũ scripsit). Ecclesia sancti Petri, & capella maior:erunt decenter or natę, vt in maximis solēnitatibus: cum Pontifex est celebraturus di uina:solent ornari. & pręter cōsue ta:erigantur duo suggestus: hinc & inde: extra cancellos capellę:al ter pro Imperatore electo, ad sini stram venientibus: alter a dextra p Imperatrice, & ornent tapetis. auleis, sedib⁹, scabellis, & alijs op portunis. Ecclesia tota, & maxime capella diui Gregorij, diui Mau ritij, & q̃ diuę Marię in turrib⁹ ap pellata, extra ecclesiã:in prima por ticu, sub turri cāpanaria est:bene mundent:ornenturq;.

Que parãda sint pro coronatione imperatricis.

Imperatrix vero:antequam Pontifex de scendat ad Ecclesiam:cum suis or nata proueniens: suggestum sibi paratum conscendit. Summo igi tur mane, Pontifex cum cardina libus, prelatis, & alijs officialibus, paratis colore tempori & misse cō gruis, veluti ad supplicationem, et sub baldachino, descendat ad Ecclesiam, & premittat duos Dia conos cardinales cu; suis cappis laneis, ad Cesarem, qui cum con gruo tēpore ad Ecclesiã deducãt.

Papa paratur pro missa.

Pontifex facta reuerētia ante altare: accedet ad sedem:vbi con sueuit accipere paramēta, & ibi re cipiet ad reuerentiã oēs prelatos paratos, incipiet tertiã, & accipiet sandalia, vt alias, & dicta oratione: induit omnibus paramētis pōnti ficalibus. Interim cardinales, q sunt cũ Cesare, vt primũ cogno uerunt Pontificem intrasse eccle siam, & ipsi cum Cesare & oi sua co mitiua:ad ecclesiã descēdant. Et egressi primã palatij portam: per primas ecclesię portas, quę super gradus basilicę patent:ingredian tur porticum:ad capellam, quę vo cat beatę Marię inter turres: ibi a canonicis, & collegio ecclesię oc currēti:recipit. Quo deductus Ce sar:ad altare dictę capellę, in mani bus primi cardinalis p̃sentis, & no mine Pontificis recipiētis, beato Petro, summo Pōtifici, & suis suc cessoribus: solitũ iuramentũ p̃sta bit: in forma subscripta videlicet.

Ego

Imperator facit iuramentum fidelitatis beato petro: pontifici romano: et successoribus eius.

Ego N. Rex Romanorum adiuuante domino futurus Imperator, promitto, spondeo, et polliceor: atque iuro, Deo, et beato Petro me de cetero protectorem: atque defensorem fore summi Pontificis, et sancte Romane Ecclesie: in omnibus necessitatibus, et vtilitatibus eius: custodiendo, et conseruando professiones, honores, et iura, ac ius, quantum diuino fultus adiutorio potuero: secundum scire, et posse meum: recta et pura fide. Sic me Deus adiuuet, et hec sancta Dei euangelia.

Imperator recipit in canonicum ecclesie sancti petri.

Cum indutus superpellicio et almucia: recipit a canonicis sancti Petri in canonicum: et in fratrem: quos omnes stans: ante altare dicte capelle recipit ad osculum pacis. Inde precedente clero, et cantante: R. Petre amas me? tu scis domine quia amo te. Pasce oues meas. V. Simon Johannis: amas me plus his? tu scis domine, quia amo te. Pasce etc.

Alij Cesaris proceres: suo ordine, veneniunt ad portam principalem ipsius basilice, que argentea nominatur, et ex quinque media est. Interim duo episcopi cardinales, post priorem antiquiores: facta reuerentia Pontifici cum suis mitris et pluuialibus, veniunt ad predictam portam, dum Cesar adhuc est in dicta capella iter turres. Et ante eum iunior episcopus

Tres episcopi cardinales dicunt super cesarem tres orationes supra imperatorem genuflexum.

cardinalis stans sine mitra: supra Cesarem genuflexum, orantem, dicit hanc orationem. Oremus.

Deus, in cuius manu corda sunt regum: inclina ad preces humilitatis nostre aures misericordie tue, et huic famulo tuo regi, veram appone sapientiam, vt hauistis de tuo fonte consilijs, et tibi placeat, et super omnia precellat. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Finita prima oratione, intrant ecclesiam: Cesare incedente semper inter duos Diaconos cardinales predictos, et immediate precedentibus duobus episcopis cardinalibus prefatis: Et flectentes ad sinistram: perueniunt ad capellam sancti Gregorij, vbi Imperator sedens, deposita almutia: primo induit sandalia, deinde stans, tunicellam, et demum Imperiale paludamentum: Et mox inde procedens, ad medium Ecclesie, vbi rota est porphyretica venit, et ibi ab alio episcopo cardinali: sibi assistente, dicitur super eum alia oratio videlicet.

Secunda oratio dicenda in medio ecclesie.

Deus inenarrabilis: auctor mundi, conditor generis humani: gubernator Imperij: confirmator regni, qui ex vtero fidelis amici tui Patriarche nostri Abrahe: preelegisti regem seculis profuturum: tu presentem regem hunc cum exercitu suo: per intercessionem sanctorum, vberi bene ✠ dictione eternitatis circunda, vt semper maneant leti, et triumphantes in pace victores. Per Christum dominum nostrum etc.

Procedunt deinde ad confessionem beati Petri sub altare, vbi procumbit super faldistorium Imperator, et duo episcopi cardinales ascendunt ad capellam, et vadunt ad sedes suas, prior autem Diaconorum:

ac

ac prior Presbyterorū parati, de-
scendunt ad eū: atq3 hinc inde ge
nuflectunt, ⁊ Diaconus ipse, dicit
Litaniā procumbens ad sinistrā:
oibus alta voce replicantib⁹: ⁊ fle
xis genib⁹ permanentib⁹. Finita
Litania surgit prior Presbytero
ru3, ⁊ super Cesarē adhuc pcum-
bentē, dicit. Pater noster. Et ne
nos. Saluū fac seruum tuu3. ℟.
Deus me⁹ sperantē in te. ℣. Esto
ei dñe turris fortitudinis. ℟. A fa
cie inimici. ℣. Nihil proficiat ini-
micus in eo. ℟. Et filius iniquita
tis nō apponat nocere ei. ℣. Do
mine exaudi orationem mea3. ℟.
Et clamor meus ad te veniat. ℣.
Dominus vobiscum. ℟. Et cū
spiritu tuo. Oremus.

Tertia oratio dicēda ad cōfessionem beati petri.

Pretende, quęsumus dñe, fa
mulo tuo N. dexterā cęlestis
auxilij, vt te toto corde perquirat,
⁊ quę digne postulat: assequatur.
Actiones nostras quęsumus
domine, aspirando pręueni,
⁊ adiuuando prosequere: vt cun-
cta nostra oratio et operatio a te
semper incipiat: ⁊ per te cępta fi-
niatur. Per Christum dominum.
Quib⁹ dictis, prior Presbyterorū
cardinaliū, cu3 Diacono: reuertit
ad locum suū inter alios cardina-
les. Dū vltimę orationes dicunt:
per Presbyteru3 cardinalē: prior
episcoporū cardinaliū, cum stola
pluuiali, ⁊ mitra, descēdit ad Im-
peratorē, ⁊ simul cū duobus Dia-
conis, finitis orōnib⁹, ducit illū ad
altare scti Mauritij: Ubi stās cum
mitra, inungit brachiū dextrū Ce-

Brachiū impatoris inūgitur: oleo cathecuminorū.

saris: ⁊ scapulas: cu3 oleo exorciza
to cathecuminorū: in modū crucis.
Et deposita mitra, dicit. Oremus.

Sine mitra ⁊ stādo.

Deus omnipotens: cuius est
ois potestas, ⁊ dignitas, te
supplici oratione, atq3 humillima
prece deposcimus: vt huic famulo
tuo N. prosperū Imperatorię ma
iestatis pcedas effectum, vt in tua
protectione constituto: ad regen-
dum ecclesiā tuam sanctā: nihil ei
psentia officiāt: futura nihil obsi-
stāt: sed inspirante scti spūs dono:
populū sibi subditū ęquo iustitię
libramine regere valeat: ⁊ in om-
nibus operibus suis te semper ti-
meat: tibiq3 iugiter placere cōten
dat. Per dñm nrm Jesum Christū
filium tuum, Qui ⁊c. Oremus.
Deus dei filius Jesus Chri-
stus dñs noster, qui a patre
oleo exultationis vnctus est: pręparticipibus suis: ipse per pręsen
tem sacri vnguenti infusionē: spiri
tus paracleti super caput tuu3 in-
fundat benedictionē: eandemq3
vsq3 ad interiora cordis tui pene
trare faciat: quatenus hoc visibili
⁊ tractabili dono: inuisibilia perci
pere, ⁊ temporali regno iustis mo
derationib⁹ executo: ęternaliter
cōregnare ei merearis, qui solus
sine peccato rex regu3 viuit cū deo
patre in vnitate spiritus scti deus
Per oia secula seculorum. Amen.
Interea adducit Imperatrix: si
adest, ⁊ similiter perungit: in eisdē
locis. Deinde dicitur per eundem
cardinalem episcopum oratio su-
per eam: cum mitra, quia ad eam
non

non ad deum oratio dirigitur.

Cũ mitra.

Spiritus sancti: gratia nostre humilitatis officio: copiosa in te descendat, vt sicut manibus nostris (licet indignis) oleo materiali oblinita pinguescis exterius: ita eius inuisibili vnctione delibuta: impinguari merearis interius: eiusq; spirituali vnctione perfectissime semp imbuta: et illicita declinare tota mente: atq; spernere discas et valeas, et vtilia anime tue iugiter optare: atq; operari queas et opereris: auxiliante domino nostro Jesu Christo, qui cu; patre et spiritu sctõ viuit et regnat deus etc.

Impatore deducto ad altare btĩ Petri papa incipit missas.

Et hec quidẽ fiunt ad altare beati Mauritij: nã ad altare btĩ Petri nemo inungit: nemo ordinat: nisi romanus Pontifex solus. His cõpletis: Imperatrix ad suum sugge stum reuertit. Et Cesar cũ epõ cardinali, et Diaconis: ad Pontificẽ. Diaconi acceptis suis dalmaticis et mitris in manib⁹: vadunt ad reuerentiã Pape. Qui descẽdens de sede sua: procedit ad altare suppli cabundus more solito, et recipit ad osculum oris et pectoris: tres Presbyteros cardinales assistẽtes Imperatore genuflexo sup suũ faldistoriũ permanẽte. Facta cõfessione: Põtifex accedit ad altare: osculatur, et incẽsat, vt alias: deinde recipit ad osculũ oris, et pectoris: primo Cesarẽ: inde tres suos Diaconos cardinales, et mox ad eminentẽ sedem ascẽdit, et Cesar ad suũ sugge stum cũ suis principalibus, et ministris: deducit. Cũ põtifex secesserit ab altari: ministri Cesaris afferũt gladium cũ sua vagina et cingulo: coronã: sceptrum: et pomum: dãda suo tẽpore Imperatori, et Imperatrici, que per sacristã, et clericum ceremoniarum locant sup altare. Interim vero dum Põtifex facit cõfessionẽ, incipit chor⁹. Introi. et Kyrie elei. Pontifex vero in sede eminenti stãs sine mitra legit Introit. et procedit in missa, vt alias vsq; ad dictã epistolam, et Gradu. Sed post orationem diei dicit pro ipso Imperatore hanc orationẽ.

Deus regnorum omnium, et christiani maxime protector imperij: da seruo tuo N. Imperatori nostro: triumphum virtutis tue sciẽter recolere, vt qui tua con stitutione sit princeps, tuo semper munere sit potẽs. Per. Secreta.

Suscipe dñe hostias Ecclesie tue: pro salute famuli tui N. supplicãtis, et protectione fideliu; populorũ antiqua brachij tui operare miracula, vt superatis inimicis: secura tibi seruiat christiana libertas. Per dñm etc. Postcõio.

Deus, q ad predicandũ eterni regni euangelium: romanum imperium preparasti, pretende famulo tuo Imperatori nostro N. arma celestia, vt pax Ecclesie nulla turbetur tempestate bellorum: Per dñm nostrũ Jesum Christũ.

¶ Dũ cantat Graduale, Cesar descendẽs e suggestu, venit ad pedes sanctissimi dñi nři, deducentib⁹ cũ duobus Diaconis cardinalibus paratis, et vnus ex clericis camere

ex altari

ex altari accipit gladium cum sua vagina, et illũ ad priorẽ diaconorũ stantem ante Pontificem ad dextram portat. Quẽ Pontifex vagina extractũ de manu ipsius diaconi accipiens: Imperatori ante se genuflexo in dextra manu tradit: ipse cum mitra sedens, ac dicens.

Papa dat ensem imperatori.

Cũ mitra stando.

Accipe gladiũ desuper beati Petri apostoli corpore sumptum per manus nostras (licet indignas) vice tamen et auctoritate dei oĩpotentis, et beatorũ apostolorum cõsecratũ imperialiter tibi cõcessum: nostreq; bñ✝dictionis officio, in defensionem sctẽ matris ecclesie diuinitus ordinatũ: ad vindictã malefactorum: laudem vero bonorum, et memor esto: eius de quo psalmista prophetauit, dicẽs. Accingere gladio tuo: sup femur tuum potentissime, vt in hoc per eundẽ vim equitatis exerceas: molem iniquitatis potentissime destruas, et sanctã dei ecclesiã: eiusq; fideles propugnes: atq; protegas: nec minus sub fide falsos: q̃ christiani nois hostes exterreas: atq; dispergas, viduas atq; pupillos clemẽter adiuues: atq; defendas: desolata restaures: restaurata cõserues: vlciscaris iniusta: cõserues bene disposita: quatenus hoc agẽdo: virtutum triumphator gloriosus: iustitie cultor egregius: cum mũdi saluatore cuius typũ geris in nomine, sine fine regnare merearis. Qui cũ patre, et spũ sctõ. etc.

Ps. 44.

Finita oratione: diaconus accipit gladium, et reponit illum in vagina, quam habebat in manu, et simul cum Pontifice accingit illo Cesarem, dicente Pontifice.

Accingere gladio tuo: super femur tuum potentissime. Et attende, quia sancti non in gladio: sed per fidem vicerunt regna.

Papa accingit imperatorem gladio.

Accinctus gladio Imperator, et miles beati Petri effectus: surgens: euaginat gladium, ter illum vibrat: deinde reponit in vagina, et iterum genuflectit. Cui Pontifex pomum de altari, et sceptrũ, vt de gladio diximus: ad eum portata: in manu dextra pomum, et in sinistra sceptrum ponit, dicens.

Accipe virgam virtutis: atq; veritatis: qua intelligas te obnoxiũ mulcere pios: terrere reprobos: errantes viam docere, lapsis manum porrigere: disperdere superbos, et releuare humiles. Et aperiat tibi ostiũ Iesus Christus dñs noster, qui de semetipso ait: Ego sum ostiũ: per me siquis introierit: saluabitur: q est clauis Dauid et sceptrum domus israel: qui aperit et nemo claudit: claudit et nemo aperit. Sitq; tibi auctor, qui eduxit vinctum de domo carceris: sedentẽ in tenebris, et vmbra mortis, et in omnibus sequi mereris eum: de quo Dauid propheta cecinit. Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis: virga regni tui. Et imitãdo ipsum diligas iustitiam, et odio habeas iniquitatẽ, quia ppterea vnxit te de⁹ deus tuus ad exẽplum illius: quẽ ante scla vnxerat oleo exultationis:

Papa dat pomũ aureum et sceptrum imperatori.

Iohã. 10.

Apoc. 3.

Ps. 44.

nis:pre participibus Iesum Chri stum dominum nostrum: Qui cum eo viuit: et regnat deus. etc.

Demum imperialem coronam cum sua thiara:allatam sibi ex altari(vt de alijs diximus)imponit super eius caput, dicens:

Accipe signum glorie,et diadema regni:coronam imperij. In nomie ✠ patris,et ✠ filij,et ✠ spiritus sancti, vt spreto antiquo hoste, spretisq́ cótagijs vitiorum omniu3:sic iustitiam,misericordiá, et iudicium diligas: et ita iuste, pie, et misericorditer viuas, vt ab ipso dño nostro Iesu Christo:in cósortio sanctorum: eterni regni coronam percipias:Qui cu3 patre:etc.

Papa coronat imperatorem corona imperii.

Et mox Impator osculat pedes Pótificis, et surgés discingit gladiu:eúq3 armigero suo tradit. Et ipse cum corona: sceptro et pomo pcedens:ab illis duob9 diaconis ducitur ad sedé imperialé paratam sibi a dextra Pótificis: inter Pontificé, et prioré episcoporum cardinalium,que sedes altior erit sedibus cardinalium, et humilior papali sede. Habebitq3 aureum pannum post tergum, et paruum scabellum ad pedes, et ibi sedebit quousq3 Imperatrix coronetur.

DE CORONATIONE Imperatricis presente Imperatore.

Imperatrix vero ducetur ab eisdem ad Pontificem. Qui surgés sine mitra, super eam genuflexa3, dicit hanc orationem.

Deus,q solus habes immortalitatem: lucemq3 habitas inaccessibilem: cuius sapientia in sua dispositione nó fallitur, qui facis cuncta que futura sunt: et vocas ea que non sunt: sicut ea que sunt: qui superbos equo moderamine de principatu deijcis: atq3 humiles dignáter in sublime prouehis: ineffabilem misericordiá tuá supplices exoramus: vt sicut Esther reginá israelitice causa salutis: et captiuitatis sue cópede solutá:ad regis Assueri thalamu3: regniq3 sui consortium:transire fecisti: ita hanc famulam tuá N.humilitatis nostre bene ✠ dictione: christiane plebis salutis gratia:ad digná: sublimemq3 Imperatoris nostri copulá,et imperij sui participium: transire cócedas,et vt in Imperialis federe cóiugij semp permanés pudica:proximam virginitati palmam continere queat: tibiq3 deo vero: et viuo in omnibus et super omnia:iugiter placere desideret,et te inspiráte:que tibi placita sunt: toto corde perficiat. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Stando et sine mitra.

Deide sedés cú mitra accipit coroná imperialé de manu prioris diaconorum cardinaliú ex altari allatá: et imponit sup illius caput dicés.

Officio nostre indignitatis: N Imperatrix solénniter benedictam: accipe coronam imperialis excellentie: que(licet ab indignis)episcopalibus tamé manibus capiti tuo imponitur: vt sicut

Papa sedendo cum mitra coronat imperatricem corona imperiali.

cut auro, et gemmis redimita eni- tes: ita et interius auro sapientie: virtutumque gemmis te oipotens decorari concedat: quatenus post occasum huius seculi: cum prudentibus virginibus: sponso perenni dno nro Jesu Christo digne et laudabiliter occurrens: regiam celestis aule ingredi merearis ianuam: eodem dno nostro Jesu Christo auxiliante: Qui cum patre et spiritu scto. etc.

Et coronata: statim osculatur pedes Pontificis. Et surgens inducitur tam ipsa: quam Cesar simul: ad suos suggestus, ubi in sedibus sibi paratis locant, et sedentibus Imperatore, et Augusta in sedibus cum imperialibus ornamentis: prior subdiaconorum apostolicorum cum aliis subdiaconis, et cum capellanis aule imperialis: descendit ad confessionem beati Petri, et alta voce simul cum ipsis: facit laudes Imperatori, dicens. Exaudi Christe: Scriniarii vero urbis: cum capis sericeis: stantes supius apud chorum, respondent. O nostro N. invictissimo romanorum Imperatori et semper augusto salus, et victoria. Qua laude ter ab eis repetita: prior diaconorum cum suis tribus vicibus dicat. Salvator mundi. Et scriniarii respondeant. Tu illum adiuva. Et deinde ipse cum suis duabus vicibus dicat. Sancta Maria Et illi vicissim respondeant. Tu illum adiuva.

Prior subdiaconorum apostolicorum cum subdiaconis et capellanis facit laudes imperatori.

Sancte Michael Tu illum
Sancte Gabriel Tu illum
Sancte Raphael Tu illum
Sancte Johannes baptista Tu illum
Sancte Petre Tu illum
Sancte Paule Tu illum
Sancte Andrea Tu illum
Sancte Stephane Tu illum
Sancte Laurenti Tu illum
Sancte Vincenti Tu illum
Sancte Sylvester Tu illum
Sancte Leo Tu illum
Sancte Gregori Tu illum
Sancte Benedicte Tu illum
Sancte Basili Tu illum
Sancte Sabba Tu illum
Sancte Dominice Tu illum
Sancta Agnes Tu illum
Sancta Cecilia Tu illum
Sancta Lucia Tu illum

Posthec: omnibus ad locum suum revertentibus: cantatur Alleluia. vel Trac. et deinde euangelium: Credo: et offertorium. Deinde Imperator corona et manto depositis: sine sceptro et pomo descendit: et ad Pontificis pedes aurum offert quantum sibi placet. Et similiter post eum facit Imperatrix: que deinde non revertitur ad suggestum: sed pcumbit sup faldistorium: a dextra parte altaris sibi paratum: in loco ubi non impediat credentiam, et ibi expectat usque ad comunionem. Imperator vero Pontificem ad altare descendentem sequitur, et illi in locum subdiaconi calicem et patenam cum hostiis offert: deinde aquam infundendam in vino: Et retrahens se ad partem dextram: stat usquequo Pontifex ad sedem eminentem comicaturus revertatur. Quem Imperator sequitur. Et ab eius manibus ipse primo deinde Augusta: sacram corporis Christi communionem sumant. Postquam

Imperator in missa papae facit officium subdiaconi.

Imperator et imperatrix cōicāt de manu pape.

Pontifex cum diacono, et subdiacono cōmunicauerint: nā subdiaconus postq̄ cum diacono cōicauit de corpore, et sanguine Christi: accipit de manu diaconi apud altare cum circulis, et ceremonijs cōsuetis: duas hostias cōsecratas: p Imperatore, et Augusta, et eas ad Pōtificē portat. Et pcepto sacramēto, Imperator qdē Pōtificis faciē osculat: Augusta vo manū, et descēdētes, ad altare, de manu diaconi vinū purificationis sumūt, et descēdunt ambo ad suos suggest⁹, ibiq̄ resumūt Impialia insignia. Poterit tamē Pōtifex, si ei videbit: sup Imperatorē ante se genuflexū: immediate postq̄ illum cū Augusta cōicauerit: īfrascriptas orōnes dicere videlicet. Oremus.

Papa dicit sequentes oratiōes super imperatorem.

Respice, quesumus oipotens deus: serenis obtutib⁹: hunc gloriosum famulū tuū N. vt sicut benedixisti Abrahā, Isaac, et Jacob, sic illi largiaris benedictionē spiritualis gratie: eumq̄ plenitudine tue potentie irrigare: atq̄ perfundere digneris, vt tribuas ei de rore celi, et de pinguedine terre abundātiā frumēti, vini, et olei, et oium frugum opulētiā, et ex largitate diuini muneris longeua tēpora, vt illo regnante: sit sanitas corporis: Imperij pax inuiolata sit in regno, et dignitas gloriosa regalis palatij: maximo splendore regie potestatis: oculis oium fulgeat: luceq̄ clarissima coruscare atq̄ splēdescere, quasi splēdidissimi fulgoris maximo perfusa lumine, videatur: Tribue ei oipotens deus, vt sit fortissimus protector, et cōsolator ecclesiarū: atq̄ cenobiorum sanctorum: maxime pietatis regalis munificētie: atq̄ vt sit fortissimus triumphator hostiū ad opprimēdas rebelles, et paganas nationes: sitq̄ suis inimicis facie terribilis: maxima fortitudine, regalis potentie: optimatib⁹ quoq̄ ac precelsis proceribus, et fidelib⁹ sui regni sit munificus: amabilis, et pius, et ab oibus timeatur, et diligat. Et post gloriosa tēpora: atq̄ felicia vite p̄sentis gaudia: in perpetua beatitudine habitare mereat. Per dn̄m nr̄m. etc. Oremus.

Benedic, q̄sumus Dn̄e, hunc principē nostrum N. quē ad salutem populi nobis a te credimus esse concessum: fac annis esse multiplicem: salubri corporis robore vigentē: ad senectutē optatā peruenire felicem, Sit nobis fiducia obtinere gratiā populo: quā Aaron in tabernaculo, Eliseus in fluuio, Ezechias in lecto, Zacharias vetulus impetrauit in tēplo. Sit illi: regendi auctoritas: qualē Josue suscepit in castris, et Dauid sumpsit in p̄lijs: Petrus accepit in claue: Paulus est vsus in dogmate. Et ita pastoris officiū perficiat in Christo: sicut Isaac pfecit in fruge, et Jacob est dilatat⁹ in grege. Quod ipse p̄stare digneē. Qui cum patre etc. Oremus.

Deus, pater eterne glorie: sit adiutor tuus, et protector: et oipotens benedi ✠ cat tibi: pre

ces tuas in cunctis exaudiat: et vitam tuam in longitudinē dierum impleat: thronū regni iugiter firmet, et gentē populumq; tuum in eternū cōseruet, et inimicos tuos cōfusione induat: et super te sanctificatio Christi floreat, vt qui tibi tribuit in terris imperium: ipse in celis cōferat premium. Qui viuit et regnat in secula seculorum. Amē

Post cōionē: Pontifex descendit ad altare, et prosequit missam more consueto. Et in fine dat benedictionem solennē, dicens, Sit nomen dñi. etc. fol. 35. Et publicant immediate indulgētie per vnum ex Diaconis assistentibus: siue plenaria: siue vt Pontifici placuerit.

Publicātur indulgentie.

Tū cardinales, et prelati, deponūt paramēta, et accipiunt laneas cappas. Pōtifex vero dimissis missalibus indumētis: accipit pluuiale, et mitrā preciosam, et cū Imperatore descēdit ad gradus basilice sub eodem baldachino. Si est dñica Letare Jerusalē: Pōtifex sinistra portat rosam aureā, dextra benedicit: assistētibus, Diaconibus, hinc inde eleuantibus fimbrias eius. Si vero esset alius dies: sinistra sua tenebit dextrā Imperatoris, diaconus a sinistris: retro erit inter Papā et Imperatorē, et cū dexteritate eleuabit fimbriam a sinistris. Caudā vero portabit maior princeps, etiā si erit rex. Princeps vel rex, et prelati, q venerūt cū Cesare: dum missarum et coronationis solennia fiunt: semp Cesarē sequūtur, Et cum ipso in suo suggestu cōsistūt semp. Et similiter, q cū Augusta: eā semp comitant: assistuntq;. Que finita missa dimissis Pontifice et Imperatore in ecclesia: ad domum suā cum suis reuertitur.

Papa associat Imperatorem per vrbem.

DE PROCESSIONE Pontificis, et Cesaris per vrbem.

Cesar vero cū corona in capite: sceptro, et pomo in manibus ad latus Pōtificis incedens: nisi illius manu ducat, qa tunc pomum, vel sceptrū tantū in sinistra retineret, cum ad finē graduū puenerit, traditis sceptro et pomo vni ex suis: preuenit ad equum Pōtificis, et in honorē saluatoris nri Jesu Christi: cuius vices Pontifex in terris gerit: tenet staphā quoad Pōtifex equum ascēderit. Et deinde accepto equi freno: p aliquos passus ducit equū Pontificis. Pontifex dum Imperator hec humilitatis officia vult exhibere: debet aliquātulum modeste recusare, et tandē cū aliquibus bonis verbis: honorē nō in personā suā: sed illius cuius locum tenet: recipiēdo: permittit illū aliquātulum pgredi. Tum firmat se, et nullo pacto pmittit Cesarē vlterius ire. Qui mox cōscenso equo suo: accedit ad sinistrum latus Pontificis, et sub eodē baldachino eqtat. Et hoc ordine procedūt. Primū pcedunt familie cardinalium cū suis valisijs. Et simul miste familie platorum, principū, et oium curialiū, tā Cesaris, q Pōtificis.

Imperator tenet staphas pape et ducit equū eius p frenum

Ordo processionis.

cis. Deinde duo cum valisijs pon
tificis. Inde familiares domestici
Imperatoris. Et post eos familia
res Pape: tũ nobiles, barones, ⁊
comites minores. Equus cũ scala
Pape: Tum vexilla rubea: q̃ duo
decim cursores portãt. Deinde ve
xillũ ppl'i romani: vexilla Impe
rij: vexillũ Pape: vexillũ ecclesie:
vexillum crucis cum vexilliferis
armatis, ⁊ ornatis, vt in coronatio
ne Pape: Hos sequunt̃ duode
cim equi albi phalerati: sine sesso
ribus: Deinde q̃tuor nobiles por
tãtes quatuor pilea Pape: ex cra
misino cum baculis. Quibus suc
cedũt aduocati, ⁊ secretarij mixti:
scd'm prioritatẽ officij precedentes:
cũ suis capucijs circa collũ: quos
tamẽ p̃cedunt secretarij Impera
toris. Tum sequunt̃ cubicularij
etiã cũ suis capucijs: inde acoliti:
clerici camere apostolice, ⁊ post
eos statĩ auditores cũ rochettis,
⁊ cappis. Deinde subdiaconi cũ
cruce Papali: cũ galero indici co
loris, ⁊ cum alijs subdiaconis cũ
cappis, vt alij: tum duo portantes
laternas cũ lumine ante sacramẽ
tum equitãtes: Deinde equus al
bus phaleratus cũ tintinnabulo:
portãs sacramẽtum: ⁊ supra sacra
mentum baldachinum per ciues
romanos portat̃, ⁊ circa duodecĩ
intortitia, que portant̃ per duode
cim familiares Pape: siue p duo
decim beneficiatos sancti Petri
cũ superpellicijs, ⁊ melius, vt vidi
seruari p dñm Papã Piũ scd'm.
post sacramẽtum equitat sacrista
cum ferula alba. Inde: siqui sunt
Maximi dñi: principes, aut duces,
principes electores imediate ante
cardinales procedunt. Et siquis
adesset frater: aut filius Impera
toris: iret medius inter iuniores
Diaconos cardinales: Rex erit a
sinistris senioris episcopi cardina
lis. Et si plures adessent reges: lo
carent̃ cũ alijs episcopis cardina
lib': sequunt̃ duo diaconi cardina
les assistẽtes Põtifici. Et si cũ Ce
sare essent duo p̃ncipes electores:
q̃ pferrẽt gladiũ, ⁊ pomũ Cesaris:
isti deberent ire imediate ante Ce
sarẽ: sicut diaconi ante Pontificẽ:
Et quãdo via esset arcta: irẽt ante
ipsos diaconos assistẽtes. Si vero
nõ sint principes electores: q por
tant illa, videlicet gladiũ, pomũ,
seu sceptrũ: nã alterũ istorũ duorũ
portabit Imperator: illi duo va
dãt simul cũ subdiacono, q porta
bit crucẽ. Et illũ i medio habeãt.
Sequitur Põtifex sub baldachi
no: ⁊ Imperator cũ sua corona, ⁊
Impiali habitu a sinistris. Post
Pontificẽ: sequunt̃ duo cubicula
rij secreti: cum seruiẽte de mitra.
Et duo medici: cũ secretario: si nõ
sit prelatus. Et post Imperatorẽ
duo camerarij sint cũ vno secreta
rio. Inde equitabit seruiẽs armo
rum: cũ vno secretario cũ vmbel
la: deinde prelati assistẽtes Pape
Et siqs archiepiscop' priceps ele
ctor Impatoris adesset: iret ante
assistẽtes Pape. Post quos ibũt
prelati assistentes: siue consiliarij
Imperatoris cum cappis, ⁊ gale
ris:

Alia qua papa ⁊ imperatori equitant.

ris.vt alij prelati: alioqn nõ irent inter cappatos. Sequunt deinde prelati oratores, Archiepiscopi, episcopi, protonotarij, ⁊ abbates cappati, ⁊ pileati, ⁊ demum alij curiales ⁊ togati: tã Pape, q̃ Cesaris. Hoc ordine recta via p campum flore, ⁊ iudeorum plateã: deueniẽt ad ecclesiã sancte Marie in cosme dim. Et ibi Pontifex: si rosam hã betillã eques Imperatori equiti: dono dat. Et ad dextram cõuersus: p trãs Tyberim cum suis omnibus ad palatium reuertitur. Cesar autem, via qua sibi melius placet: rosam manu gestãs: ad põtem adrianum redit: vbi viros cõ plures, ⁊ de se optime meritos: equestri dignitate insignire solet.

Impator sine põtifice accedit ad lateranum.

¶ Quo facto: ad lateranum cum suis pgreditur. Canonici, ⁊ capitulum ecclesie: supplicabundi: Cesari in porta principali occurrentes: illum honorifice suscipiunt. Et postquã crucem, ⁊ reliquias osculatus fuerit: cum incensant, ⁊ pcedẽtes atq̃ cantãtes. Te deũ laudamus. supra fol. 33. ad altare mai⁹ deducunt, vbi pcumbẽs sup faldistorium, orat detecto capite. Deinde surgẽs osculatur altare. Tũc resumpta corona: recipit in canonicũ, ⁊ in fratrẽ ecclesie lateranensis, ⁊ canonicos oẽs recipit ad osculum pacis. Quib⁹ finitis: ascendit ad palatium lateranense, ⁊ cum suis celebrat solẽne conuiuiũ: suis morib⁹, ⁊ ceremonijs. Deinde si placet, redit ad palatiũ apostolicum: ad cameras suas.

DE CORONATIONE Imperatoris absente Pontifice.

Siquãdo autẽ accideret: quod propter absẽtiã summi Põtificis ab vrbe: Cesar non posset ab ipso pontifice coronari: cõsueuit Pontifex: mittere ad vrbẽ aliquẽ episcopum cardinalẽ, q simul cum legato apostolico, qui vrbi preest: Imperatorem electum coronet. Si autem legatus iste esset episcopus cardinalis: nõ esset necessariũ mittere aliũ episcopum: sed quẽcunq̃ vellet alium Presbyterum cardinalẽ. Et tunc procedet hoc modo. Elect⁹ Imperator ad vrbem veniẽs p corona Imperiali: habebit obuiã barones, nobiles, officiales, ciuesq̃ vrbis, ⁊ officiales curie romane, ⁊ remanebit extra mẽnia illa nocte, vt supra dictũ est. Sequenti die intrabit per portam sub arce scti Angeli: cum suis principibus: ordine predicto. Et in porta recipietur a vicario Põtificis cum prelatis, ⁊ clero vrbis: in modum supplicãtium paratis: ⁊ deducetur, vt supra, ad gradus basilice sancti Petri: ibiq̃ nõ sup suggestũ: sed ante primas portas recipiet ad osculum tantum: per epm cardinalẽ coronatorẽ, ⁊ legatum, qui ibi aderunt cum alijs prelatis curie: paratis cũ pluuialibus ⁊ mitris. Aderunt etiã cũ cardinalibus, officiales curie, subdiaconi, auditores, acoliti, ⁊ siqui sunt alij: ⁊ etiã barones: alijq̃ nobiles san

Electus imperator quomodo coronet in absentia pape.

etę romanę ecclesię. Et electus statim post osculū: offerat aurū duobus cardinalibus: quod offerre debet Pōtifici, ⁊ dicat hęc verba.

Si sanctissimus pater dominus noster N. summus Pōtifex pręsens hic esset: offerrē illi aurum istud pręsens: sed per ei⁹ absentiam offero ipsum vobis dominis: episcopo ⁊ legato cardinalibus: recipientibus illud vice ⁊ nomine dicti domini nostri Papę.

¶ Quo facto: intrabunt porticū: ⁊ si tunc erit ꝓcedēdum ad solēnitatem coronationis: qđ cōmode ⁊ decenter fieri potest: ibi supra altare sanctę Marię in turrib⁹: pręstabit iuramentū fidelitatis: in manibus cardinaliū fo. 78. Et similiter si aliud iuramētum esset innouandum: seu cōfirmādum: tunc immediate innouabit. Deinde recipief in canonicū ecclesię sancti Petri: vt superius dictum est. Intrabit deinde ecclesiā: ⁊ ibi ante portā argenteā episcopus cardinalis dicet sup eum primā orationē vt supra fol. 79. Deinde ducitur ad capellā sancti Gregorij ad capiēda sua ornamēta. Et episcopus cardinalis vadit ad altare maius: ⁊ ibi super faldistoriū capit sandalia: ⁊ paramenta omnia pōtificalia. Et nota qđ debet habere expresse facultatem a Pōtifice sup altare bti Petri celebrandi, vt moris est. Cęsar indutus Imperialib⁹ indumētis venit ad mediuȝ ecclesię. Et ibi super eū legatus apostolicus dicet secundā orōnē. f. 79. Veniet deinde ad cōfessionē bti Petri, ⁊ ꝓcumbet in faldistorio. Et Diaconus q seruit i missa, dicit sup eū Litaniā: orationē autē cum ℣. ⁊ Pater nr̄. dicet legatus apl'icus. Deinde ducef ad altare sancti Mauritij, ⁊ ibi inungef a cardinali celebrante: tā ipse: q̄ augusta (si adest) cū orationibus opportunis vt s. fo. 80. Reuertent deinde ad altare. Et facta cōfessione: Imperator ad suggestum, sine osculo pacis: ad faldistorium suū reuertif. Et procedit in missa vsq ad graduale. Dū cātaf Graduale: Imperator descendit ad altare, ⁊ celebrans cardinalis ante altare stās cū mitra: gladiuȝ sumit de altari, ⁊ illū nudū Imperatori tradit dicens. Accipe gladiuȝ ⁊c. vt s. f. 80. Et idē dicit legatus submissa tamē voce. Det eidē mox pomū: ⁊ sceptrū cum sua oratione: Mitras autē ⁊ coronas Imperiales: ambo imponēt Cęsari, ⁊ augustę: Sed legatus alta voce ꝓfert ℣ba. Accipe signū ⁊c. vt s. 80. Et celebrās dicet eadē voce submissa. Coronati augustus ⁊ augusta: reuertunf ad suos suggestus sine osculo pacis. Et ad offerto. veniunt cū coronis: ⁊ habitu Imperiali. Et oblato auro: reuertunf ad suggestus. Nec ministrabit Imperator calicē, ⁊ ampullā: sed tēpore congruo veniet ad cōmunionem sine manto, ⁊ corona. Post cōionem: Imperatori non dabitur osculū pacis a celebrāte: sed reuertef ad suum suggestum. Imperator finita missa, ipse cum suis:

Impator inungitur a cardinali in capella sancti Mauritij

suis ꝛ cum legato: si placebit: ibit lateranum: ꝛ ibi perficiet suas solẽnitates. Cerimonię omnes quę pertinent ad personam Pontificis dimittantur, vt oscula pedum, manuum, ꝛ oris. Quinetiam nec in missa illi deseruiet Imperator: quod Pōtifici pręstitisset pręsenti: nec staphā illi duꝫ equum ascendit tenet: nec equum ducit.

DE CORONATIONE Imperatricis sine Imperatore.

Uenit aliquādo: ꝙ Imperatrix venit romam: ꝑ corona Imperiali suscipiēda: sine Imperatore: vel ꝙ nō potuit venire cū Imperatore: vel post eius coronationeꝫ: ei est cōiuncta. Quę: hoc ordine coronabit. Die qua vrbē intrabit: ꝓcedent ei obuiā nobiles officiales vrbis, ꝛ ordines curię, vt de Cęsare dictuꝫ est. Sacer senatus ante portā vrbis eaꝫ expectabit: ꝛ media inter duos cardinales diaconos: introducet in vrbē sub baldachino. Clerus cum ꝓcessione: in porta illi occurret: ducetur ad Pontificē, q eā in publico cōsistorio: in pma aula: ad pedes ꝛ manus osculū recipiet, vt alij reges recipi cōsueuerūt: nō tamē sedebit inter cardinales: sed post osculū pedis ꝛ manus: descēdet ad suū hospitiū. Deinde parabit in ecclesia sci Petri suggestus extra cācellos: ꝑ Imperatrice: Et dicta die: Pontifex ꝓcedet ad ecclesiā: supplicatione pręeunte: sub baldachino, ꝛ paramentis tēpori cōgruis. Ascendit ad altare, orat, sedet. Pontifex autem stat: vbi solet capere paramēta: cui fit reuerētia a prelatis. Incipitur tertia, ꝛ accipiet sandalia, ꝓcedet vsqꝫ ad finē tertię, ꝛ capit oīa pontificalia indumēta. Interim duo iuniores Diaconi cardinales: cum suis cappis laneis: ducunt augustā ad ecclesiā. Et prior episcopus cardinalis: cū pluuiali, stola, ꝛ mitra, accedēs in tpe: expectat eā in porta ecclesię principalis ꝛ ibi super eā genuflectentē: deposita mitra: legit hanc orationem.

[Margin: Imperatrix solēniter a clero ꝛ populo romano suscipitur.]

[Margin: Prior episcopus cardinalis dicit orōneꝫ sup imperatricē in porta ecclesię.]

Omnipotēs sempiterne deus: fons ꝛ origo totius bonitatis, qui feminei sexus fragilitateꝫ nequaquam reprobādo auertis: sed dignanter comprobando potius eligis: quiqꝫ infirma mundi: quęcunqꝫ vt fortia confunderes: eligenda decreuisti. Quiqꝫ etiam glorię, virtutisqꝫ tuę triumphum: in manu feminę: iudaicę olim plebis: de hoste seuissimo asignare voluisti: Respice, q̄sumus, ad preces humilitatis nrę, vt supra hanc famulā tuā N. quaꝫ supplici deuotione Imperatricē eligimus: benedictionū tuaruꝫ dona multiplices: eāqꝫ dextera tuę potentię semper, ꝛ vbiqꝫ circunda, ꝛ vt dono tui numinis vndiqꝫ firmiter adiuta: vt visibilis: seu inuisibilis hostis, nequitias triumphaliter expugnare valeat, ꝛ vnacꝫ cuꝫ Sarra, Rebecca, Lia, atque Rachele, beatis reuerendisqꝫ feminis: fructu

[Margin: Iudicū. Iudit.]

ctu vteri sui fecundari: seu gratu
lari mereatur: ad decorem totius
Imperij: statumq; sancte ecclesie
regendum: necnon protegendum:
per Christum dominum nostrum.
Qui ex intemerate beate Marie
virginis aluo nasci: visitare, & re
nouare dignatus est mundū. Qui
tecum viuit, & gloriatur Deus: in
vnitate Spiritus sancti: per im
mortalia secula seculorum. Amē.
Ducit deinde ad cōfessionē beati
Petri, & procumbit supra faldisto
rium sibi in eo loco paratum. Et
a subdiacono apostolico dicitur
Litania supra fo. 10. Et ea finita:
prior presbyterorū cum suis para
mentis: ad confessionem descen
dens stans sine mitra, dicit sup eā.

Sine mitra stando.

Pater noster. Et deinde. Et ne
nos inducas in tentationem. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣. Saluā
fac ancillā tuā domine. ℟. Deus
meus sperantem in te. ℣. Esto ei
quesumus domine turris fortitu
dinis. ℟. A facie inimici. ℣. Ni
hil proficiat inimicus in ea. ℟. Et
filius iniquitatis nō apponat no
cere ei. ℣. Domine exaudi ora
tionem meā. ℟. Et clamor meus
ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum.
℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.
Pretende, quesumus dñe, fa
mule tue N. dexterā celestis
auxilij, vt te toto corde pquirat, &
q̄ digne postulat: cōsequi mereat.
Actiones nostras, quesumus
domine, aspirando preueni,
& adiuuando prosequere: vt cun
cta nostra oratio et operatio: a te
semper incipiat: & per te cepta fi
niatur. Per Christum dñm nrm.
Finitis orationibus: reuertit pre
sbyter ad locum suum, & prior epi
scoporū cardinaliū procedit ad al
tare scti Mauritij, quē Augusta:
media inter diaconos sequit. Et
ibi apud altare: episcop⁹ ipse inun
git illā stātem: de oleo exorcizato
idest cathecumenorū brachiū dex
trū & scapulas: stās cū mitra, dicēs.

Eps cardinalis inungit brachium & scapulas imperatricis oleo exorcizato.

Spiritus sancti gratia: nostre
humilitatis officio: copiosa
in te descendat: vt sicut manibus
nostris (licet indignis) oleo mate
riali oblinita: pinguescis exterius:
ita eius inuisibili vnguine delibu
ta: impinguari merearis interius:
eiusq; spirituali vnctione: perfe
ctissime semper imbuta: & illicita
declinare tota mente, & spernere
discas, & valeas, & vtilia anime tue
iugiter optare: atq; operari queas,
et opereris, Auxiliante domino
nostro Iesu Christo: Qui cum
patre & eodem spiritu sancto &c.
Reducit deinde ad suggestū suū
Impatrix, & cardinales reuertun
tur ad Pontificē: Et diaconi qdē
depositis cappis: capiunt paramē
ta sibi cōuenientia, & faciunt reuerē
tiam Pōtifici. Deinde Pontifex
pcedit ad altare p supplicationē:
occurrunt tres presbyteri cantat
Introitus a cantoribus, & pcedi
tur in missa vsq; ad Grad. Impe
ratrix a diaconis illis: q̄ cuius para
tis, ducit ante Pontificē. Qui sur
gēs deposita mitra: sup eam ante
se genuflexā, dicit hanc orationē.
Deus

Papa super imperatricē dicit orationē stans sine mitra.

Deus, qui solus habes immortalitatem: lucemq; habitas inaccessibilem: cuius prouidentia in sui dispositione nō fallitur, qui fecisti ea quę futura sunt: ꝛ vocas ea quę non sunt: sicut ea quę sunt: qui superbos ęquo moderamine de principatu deijcis: atq; humiles dignāter in sublime puehis: ineffabilem misericordiā tuā supplices exoramus: vt sicut Esther reginā israelitice causa salutis: de captiuitatis suę cōpede solutā: ad regis Assueri thalamū: regniq; sui consortium: transire fecisti: ita hanc famulam tuā N. humilitatis nostrę bene ✠ dictione: christianę plebis salutis gratia: ad dignā: sublimemq; Imperatoris nostri copulā, ꝛ imperij sui participium: transire cōcedas, ꝛ vt Imperialis fędere coniugij semp permanens pudica: proximam virginitati palmam continere queat: tibiq; deo viuo ac vero: in omnibus ꝛ super omnia: iugiter placere desideret, te inspirāte: quę tibi placita sunt: toto corde perficiat. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Deinde sedens cum mitra: imponit illi thiaram cum corona imperiali: allatam sibi ex altari vt diximus de Imperatore, ꝛ dicit.

Papa sedens cum mitra coronat imperatricē.

Officio nostrę indignitatis: in Imperatricem solēniter benedictā: accipe coronam imperialis excellentię: quę (licet ab indignis) episcopalibus tamē manibus capiti tuo imponitur: vnde sicut auro, ꝛ gēmis redimita enites: ita ꝛ interius auro sapientię virtutumq; gemmis decorari contendas: quatenus post occasum huius seculi: cum prudētibus virginibus: sponso perenni domino Jesu Christo: digne ꝛ laudabiliter occurrēs: regiam cęlestis aulę ingredi merearis ianuam: eodē domino nostro auxiliante: Qui cum patre, ꝛ spiritu sancto. ꝛc.

¶ Coronata Imperatrix: mox osculat pedē Pōtificis cū corona: ꝛ surgens reducit a diaconis ad suggestum, Et cū cantat offertorium: reuertat ad Pontificē, ꝛ illi offerat aurum quantum placet.

Imperatrix osculat pedes pontificis ꝛ offert aurum.

Deinde si vult cōmunicare de sacramēto altaris (vt cōgruum est) procumbat super faldistoriū: ad partē cōuenientē: situm: vt supius diximus, ꝛ oret quousq; sit tēpus: sine corona tamē. Et postq; Pontifex in sede sua eminenti cōicauerit: ducat Imperatrix sine corona ad eius pedes, ꝛ cōmunicet: osculeturq; manū Pōtificis, ꝛ descendēs ad altare: purificet cum vino. Cōmunicabit Imperatrix post diaconum, ꝛ subdiaconū, ꝛ a diacono accipiet vinū purificationis, Deinde assumpta corona: reducetur ad suū suggestum. Et nota q Imperatrix deducet semper eundo ꝛ redeundo ab illis duob⁹ diaconis: siue paratis: siue nō paratis, ꝛ illā sociabunt sui prelati, ꝛ proceres: atq; matronę, ꝛ alię mulieres.

¶ Finita missa Imperatrix deducit ad suum hospitium: Pontifex cum suis prelatis non paratis re-

reuertit ad cameram suam. Nam cardinales, et prelati dimittant in ecclesia paramenta, et capiant cappas laneas.

DE TRIPLICI IMPERATORUM corona. Ex libro ceremoniali sacre capelle Pontificie.

Et quoniam vulgari opinione fertur romanorum Imperatorem tribus coronis ornari oportere: variorum metallorum: argentea aquisgrani in germania: ferrea modoetie in lombardia, et aurea Rome: super qua re: clarissimus iurisconsultor sui temporis Baldus: opusculum edidit: mysticas metallorum significationes: solertissime interpretando: non videbitur forte absurdum: aliquid de ea re: pro veritate ostendenda: disserere. Et vt omittamus priscos illos romanorum Imperatores: qui toti fere orbi imperabant: ante Aurelianum (vt Eutropio placet) nulla corona nisi laurea: aut ex alia aliqua felici arbore vsos fuisse: nihilque grauius odisse populum romanum: quam regium nomen. Hoc vero affirmamus ante Carolum magnum: in cuius personam imperium translatum est: a grecis in latinos: neminem imperij romani coronam: ex manu romani Pontificis rome suscepisse. Et, vt sepe a Pio secundo audiuimus: rerum germanicarum peritissimo: cui a manu seruiuimus, et in historia eius austriali legimus: Cesar nullam omnino coronam accipit nisi auream: Et alias quidem coronas pro varijs regnis: rome vero, et a romano Pontifice: romani imperij coronam suscepit. Otho frisingensis episcopus, et federici primi patruus, vir doctus, et eloquens historiam scripsit suorum temporum: in ea tradit Federicum ipsum coronis quinque aureis: decoratum fuisse. Prima de regno francorum: apud aquisgranum. Secunda ratisbone de regno germanie. Tertia papie de regno longobardico. Quartam rome suscepit pro romano imperio: ab Adriano quarto summo Pontifice. Quintam vero modoetie: pro regno italico illam suscepisse testatur. Que quidem corona ideo appellatur ferrea: eo quod laminam quandam habeat ferream in summitate: alioquin aurea, et pretiosissima. Sed differt forma corone Imperialis: ab alijs: Nam sub se tiaram quandam habet: in modum fere episcopalis mitre: humiliorem tamen: magis apertam, et minus acutam: estque eius apertura a fronte non ab aure: et se inicirculum habet per ipsam aperturam: aureum: in cuius summitate: crux paruula eminet, Eam tiaram alie corone non habent. Et quoniam hanc Imperialem coronam: bis aut ter: in germania vidimus: dum Cesar regalia quibusdam principibus concederet: ideo illam exprimere conati sumus. Legimus et in alijs historijs: quosdam Imperatores Arelate: etiam coronam suscepisse de regno Arelatensi, et alibi alias pro alijs regnis. Nam et Carolus quartus Auinionem venit ad vrbanum quintum: Anno salutis. M. ccc. lxv. multo ante

Antiqui imperatores non vtebantur alia corona quam laurea, vel vt in textu.

Federicus primus quinque coronis fuit coronatus.

Forma imperialis corone.

ante, iussu Innocētij sexti Romę Imperator coronat⁹. Qui rebus quarum gratia ad Pontificē venerat, absolutis: Arelate ꝑfectus est. Sciāt ergo q̄ de tribus coronis fabulanť, romanoꝝ Imperatores vnā tantū ꝓ romano imperio coronā suscipere: ⁊ eā quidē Romę, ⁊ a Romano Pontifice: alias aūt alibi: ꝑ alijs ⁊ diuersis regnis.

DE BENEDICTIONE ⁊ coronatione Regis.

Cum Rex est coronandus: episcopi regni ad ciuitatē vbi coronatio fieri debet: cōuocantur. Rex triduanum ieiuniū deuote peragit, ꝑ hebdomadē p̄cedentem: videlicet quarta ⁊ sexta feria ⁊ sabbatho. Dñica vero proxima sequēti coronať: qua ipse Rex ad cōionem se parat. Ecclesia vero ipsa cathedralis: siue metropolitica: vbi solennitas celebrabiť: paretur ⁊ orneť: quo melius fieri poterit. Ad altare maius: paranť ea quę ↄsueta sunt parari: Pōtifice celebrāte, ⁊ credentia iuxta altare cū rebus opportunis. Sup altare poniť gladius, corona, ⁊ sceptrū regi danda; ⁊ oleum exorcisinoꝝ: idest cathecumenoꝝ. Bombix ad ligandū, ⁊ extergendum brachiū Regis, ⁊ inter scapulas post vnctionē. Fascia ad ligandū bombicem in brachio. Parať in ecclesia in loco competēti thalamus siue suggestum: ꝑ Rege: in quo sit regalis sedes ornata, ⁊ thalam⁹ ipse sit ornat⁹ pannis sericis ⁊ auleis. Sed aduertēdum est q̄ altitudo thalami nō sit maior q̄ gradus supremus altaris. Parať etiā in loco cōuenienti Tentoriū siue papilio: sub quo Rex vestes regales ꝓ regni cōsuetudine: quę ibidē pro eo parantur: suo tēpore recipit. Et si Regina etiā simul est coronanda: paratur ꝓ ea alius thalamus: nō longe a Regio: sed illo aliquantulum humilior, ⁊ ita sint situādi thalami, vt inde possint videri altare, ⁊ Pontifex celebrans. Parantur etiam ante altare: hinc ⁊ inde sedilia pro numero episcoporum coronationi interessentium.

¶ Die autē dñica: qua Rex benedicendus ⁊ coronandus est: oēs episcopi cōueniunt mane in ecclesia: in qua hoc fieri debet: ⁊ Metropolitanus, siue Pontifex ad quē spectat: parat se solēniter cum ministris: missam celebraturus: paramentis tempori cōuenientibus. Episcopi vero induunť sup rochetum (vel supra superpelliciū si sint religiosi) amictib⁹, stolis, pluuialibus albis, ⁊ mitris simplicibus. Quibus oībus paratis: Metropolitanus in faldistorio ante medium altaris posito: sedet cum mitra: ⁊ Pontifices parati, hinc ⁊ inde sup sedilibus: ꝓ eis paratis: quasi in modū coronę sedētes: sibi assistunt. Interim Rex vestib⁹ militaribus indutus: cū suis prelatis domesticis nō paratis: ac baronibus nobilibus ⁊ alijs: venit ad ecclesiā, ⁊ cum fuerit ꝓpe presbyterium:

rium: duo priores epi ex paratis: veniūt ei obviā, ⁊ cū mitris capita illi aliquātulū inclinātes: ipſū inter ſe mediū: vſq; ante metropolitanum deducunt: cui Rex birreto depoſito: caput inclinans: humilē reverentiam exhibet: qua facta: prior epiſcoporū deducentiū: ſtās detecto capite: verſus ad Metropolitanū, dicit intelligibili voce.

Metropolitanus ſedet ante mediū altaris cū mitra ⁊ alij epi parati hincinde.



Reverendiſſime pater poſtulat ſancta mater Eccleſia, vt preſentē egregium militem: ad dignitatem Regiam ſublevetis.

Prior illorum duoꝝ epoꝝ ſtās detecto capite, dicit metropolitano.

Interrogat Metropolitanus.

Scitis illum eſſe dignum, ⁊ vtilē: ad hāc dignitatē? Ille reſpōdet.

Et novimus ⁊ credimus eū eſſe dignum, et vtilem Eccleſie Dei, ⁊ ad regimen huius regni. Metropolitanus, dicit. Deo gratias.

Metropolitanus dicit, Deo gratias.

Tū ſedet Rex medius inter duos epos deducentes: cōgruenti ſpacio a Metropolitano: ita vt illi faciē vertat: ipſi etiā deducētes epi: ſenior ad dextrā: alius ad ſiniſtrā Regis ſe collocāt, vt ⁊ ipſi ad alterutrū facies vertāt, qbus ſic ſedentibus: poſtq; aliquātulū qeuerint: Metropolitanus coronandū regem diligēter inſtruit, ⁊ admonet de fide, ⁊ dilectiōe dei: ac ſalubri regimine regni ⁊ populi, defenſione eccleſiarū, ⁊ miſerabiliū perſonarum, ⁊ alijs opportunis: voce congruenti, ⁊ intelligibili ſic, dicens.

Rex ſedet medi⁹ inter duos epos q facies habeat verſus metropolitanum ⁊ epi mutuo ſe reſpiciāt

Cum hodie per manus nrās optime princeps, qui Chriſti ſalvatoris noſtri vice: in hac re fungimur: quamuis indigni: ſacrā vnctionē, ⁊ regni inſignia ſis ſuſcepturus: bene eſt, vt te prius de onere ad quod deſtinaris: aliquantulum moneamus. Regiam hodie ſuſcipis dignitatē, ⁊ regendi fideles populos tibi cōmiſſos: curam ſumis. Preclarum ſane inter mortales locum: ſed diſcriminis: laboris: atq; anxietatis plenum. Verū ſi conſideraveris, q omnis poteſtas a domino deo eſt: per quē reges regnant, ⁊ legum conditores iuxta decernunt, quodq; de grege tibi cōmiſſo: ipſi deo rationem es redditurus: primum pietatem ſervabis: dominum deum tuum tota mente: ac puro corde coles. Chriſtianam religionē: ac fidē catholicā quā ab incunabulis profeſſus es: ad finē vſq; inviolatam retinebis: eamq; cōtra omnes adverſantes: pro viribus defendes. Eccleſiarum prelatis ac reliquis ſacerdotibus: condignā reverentiam exhibebis. Eccleſiaſticam libertatē non inculcabis. Iuſtitiā: ſine qua nulla ſocietas diu cōſiſtere poteſt: erga omnes inconcuſſe adminiſtrabis: bonis premia: noxijs debitas penas tribuēdo. Viduas: pupillos: pauperes ac debiles:

Metropolitanus regi de agēdis inſtruit.

Ro. 13.

Prover. 8.

lex: ab omni oppressione defendes. Omnibus te adeuntibus benignū: mansuetum atq3 affabilem: pro regia tua dignitate te prębebis. Et ita te geres, vt nō ad tuam: sed ad totius populi vtilitatem regnare: pręmiumq3 benefactorum tuorū: nō in terris: sed in cęlo expectare videaris. Quod ipse tibi pręstare digneť: qui viuit z regnat de9. zc.

Quo facto: Rex electus accedit ad Metropolitanum, z coram eo detecto capite genuflexus: osculatur eius manum, et facit hanc professionem, dicens.



Rex detecto capite coram metropolitano genuflexus osculatur eius manum et facit professionem hanc.

EGo N. Deo annuente futurus Rex N. profiteor z promitto corā deo z angelis eius: deinceps legem, iustitiā, z pacem ecclesię Dei: populoq3 mihi subiecto: pro posse z nosse: facere: atq3 seruare: saluo cōdigno misericordię dei respectu: sicut in consilio fidelium meorum melius potero inuenire. Pontificibus quoque ecclesiarum dei: condignum z canonicū honorē exhibere: atq3 ea quę ab Imperatoribus z regib9: ecclesiis collata z reddita sunt: inuiolabiliter obseruare. Abbatibus, comitibus, z vasallis meis: cōgruum honorē: secundum consilium fidelium meorum pręstare.

Deinde ambabus manib9: tangit librum euangeliorū: quē Metropolitanus ante se apertū tenet, dicens. Sic me deus adiuuet, z hęc sancta dei euangelia.

Rex tactis euangelijs ambabus manibus iurat zc.

His expeditis, illo genuflexo manēte, Metropolitanus deposita mitra: surgit, z stans versus ad ipsum coronandum, dicit cōpetēti voce: sequentē orationē, quam etiam dicunt oēs Pōtifices parati: similiter sine mitris stātes, dicunt etiā oia alia: benedictionē, z consecrationē ipsa3 cōcernētia: voce submissa. Metropolitanum tamē, in oībus obseruantes, z imitantes. Oremus.

Stādo z sine mitra.

Omnipotēs sempiterne de9: creator omniū: Imperator Angelorum: Rex regum z dominus dominātium: qui Abraham fidelē seruum tuum: de hostibus triūphare fecisti, Moysi z Josue populo tuo prelatis: victoriā multiplicē tribuisti: humilēq3 Dauid puerum tuum regni fastigio sublimasti, z Salomonem sapientię pacisq3: ineffabili munere ditasti. Respice quęsumus dñe: ad preces humilitatis nostrę, z super hunc famulum tuum N. quem supplici deuotione: in tuo nomine veneramur, z in regē eligimus: bene ✠ dictionu3 tuarū dona multiplica: eumq3 dextera potentię tuę semp hic z vbique circunda: quatenus prędicti Abrahę fidelitate: Moysi mansuetudine fretus: Dauid humilitate exaltatus: Salomonis sapientia

i. Thim. 1. — Gen. 17. — Nume. 21. Josue per totum. — i. Re. 16. — iij. Re. 3.

pientia decoratus: tibi in omnib⁹ complaceat, ⁊ per tramitē iustitie inoffenso gressu semper incedat: tueq; quoq; protectionis galea munitus, ⁊ scuto insuperabili iugiter protectus: armisq; celestibus circundatus: optabilem de hostibus crucis Christi victoriam: fideliter obtineat, ⁊ triumphum feliciter capiat: terroremq; sue potentie illis inferat, ⁊ pacē tibi militantibus letanter reportet: per Christum dominū nostrum, qui virtute crucis tartara destruxit: regnoq; diaboli superato: ad celos victor ascēdit: in quo potestas oīs: regniq; cōsistit victoria, q̄ est gloria humilium ⁊ vita: salusq; populorū, qui tecū viuit ⁊ regnat in ⁊c. ℟. Amē.



Metropolitanus pcumbit supra faldistorium et rex ad sinistrā ei⁹ se prosternit alijs plātis sup sua sedilia pstratis: cantores cantāt litaniam.

Post hec Metropolitan⁹ cū mitra: pcumbit supra faldistoriū. Rex vero ad ei⁹ sinistrā in terrā se psternit: alijs prelatis parat is: ante sedilia aut scamna sua similiter pcumbētibus. Tunc cātores incipiunt ⁊ psequunt Litaniam. s. fo. 10. Choro respondēte. Cū dictū fuerit, Ut obsequiū seruitutis nostre tibi rationabile facias. Te rogamus audi nos. Metropolitanus se erigēs, ⁊ accepto baculo pastorali in sinistrā manū sup electum regē pstratum, dicit. Ut hunc electū in regē coronandū: bn̄ ✠ dicere digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Scdo, dicit. Ut hunc electū in regē coronandum: bn̄ ✠ dicere, ⁊ cōse ✠ crare digneris. ℟. Te rogam⁹ audi n.

Metropolitanus solus se erigens cum mitra tenens in sinistro baculū pastorales dicit versus sup regē pstratum pducendo sup eū signum crucis.

Producendo sup eū signū crucis: vbi in textu: signatum est. Idē dicunt ⁊ faciūt episcopi paratī genu flexi tamē pmanētes. Quo dicto: Metropolitan⁹ redit ad accubitum: Cātoribus resumentibus ⁊ perficiētibus Litaniā: qua finita: Metropolitanus deposita mitra surgit: illo prostrato: ac episcopis depositis mitris: genuflexis manētibus: versus ad coronandum annunciat. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Saluū fac seruū tuum domine. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄e exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Metropolitanus dictio. ℣. redit ad accubitum.

Solus metropolitanus surgit finita litania ⁊ dicit sup regē.

Prętēde, quęsumus domine, huic famulo tuo: dexterā cęlestis auxilij, vt te toto corde perquirat, ⁊ quę digne postulat: assequi mereatur.

Actiones nostras, quęsumus domine, aspirando preueni, ⁊ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio et operatio: a te semper incipiat: ⁊ per te cępta finiatur. Per Christum dn̄m nr̄m,

Post

Metropolitanus sedens cum mitra circumastantibus episcopis cum mitris vngit brachium ⁊ spatulas regis cum oleo cathecumenorum.

Post hęc Metropolitanꝰ sedet: accipit mitrã, ⁊ electus rex coram eo genuflectit, ⁊ circumastantibꝰ prelatis paratis: cũ suis mitris: in modum coronę: Metropolitanꝰ intingit pollicẽ dextrę manus: in oleum cathecumenorũ, ⁊ inungit in modũ crucis: cum codẽ oleo cathecumenorũ: illius brachium dextrum: inter iuncturam manus, ⁊ iuncturã cubiti: ac inter scapulas, dicens: legendo hanc orationem.



Hec. 1.

Deus: dei filius Jesus Chřs dñs noster, qui a patre: oleo exultationis vnctus est: prę participibus suis: ipse per pręsentẽ sanctę vnctionis infusionem: spiritus paracleti sup te bene✠dictionẽ infundat: eandemq; vsq; ad interiora cordis tui penetrare faciat: quatenus hoc visibili ⁊ tractabili oleo: dona inuisibilia percipere, ⁊ temporali regno: iustis moderationibꝰ executo: ęternaliter cõregnare ei merearis, q solus sine peccato, Rex regũ viuit, ⁊ gloriatur cũ deo patre: in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Oremus.

iiij. Re. 8.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui Azahel super Syriam: ⁊ Jehu sup Israel per Eliã: Dauid quoq; ⁊ Saulem per Samuelem prophetam: in reges inungi fecisti: tribue, quęsumus, manibꝰ nostris opẽ tuę benedictionis, ⁊ huic famulo tuo N. quem hodie: licet indigni: in regem sacro vngimine delinimus: dignam delibutionis huius efficaciã, ⁊ virtutẽ cõcede: constitue domine principatum super humerum eius, vt sit fortis, iustus, fidelis, puidus ⁊ indefessus: regni huius ⁊ populi tui gubernator: infidelium expugnator: iustitię cultor: meritorum ⁊ demeritorum remunerator: Ecclesię tuę sanctę, ⁊ fidei christianę defensor: ad decus et laudem tui nõminis gloriosi, Per dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuum, Qui tecum viuit et regnat in vnitate Spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

iiij. Re. 9. j. R. 16. j. Re. 10. Isa. 9.

Metropolitanus extergit manus ⁊ stãs sine mitra ante altare facit cõfessionẽ ⁊ alij episcopi stantes sine mitra bini ⁊ bini idem faciunt.

Quo facto Metropolitanꝰ lauat ⁊ abstergit manus: surgit cum mitra: descẽdit ante altare: vbi deposita mitra stans: cum suis ministris facit confessionem. Rex vero electus ad partẽ se retrahit, ⁊ genuflexus cũ suis prelatis domesticis: idẽ facit. Similiter ⁊ episcopi parati: sine mitris stãtes: bini ⁊ bini: confessionẽ dicunt. Finita confessione: Metropolitanus ascẽdit ad altare, ⁊ procedit in missa more solito: vsq; ad Alleluia exclusiue: prelatis paratis iuxta sua sedilia stantibus: vel sedentibus: prout tẽpus requirit. Interim: schola inchoat Introitum, ⁊ prosequit in missa, ⁊

Rex a suis ducitur in sacristiā: vel sub papilione ad hoc parato, vbi inter scapulas, et brachiū iniunctū: bombice bene abstergit, et induitur regalibus indumentis, ex more regni. Paratus itaq3 rex, et ornatus, procedit cum suis prelatis: baronibus, et alijs, ad eminentem et ornatum thalamum: in Ecclesia sibi preparatum, et ibi sup aliquo faldistorio ornato: genuflexus incumbēs: audit missam: quam prelati sui nō parati circumastantes: etiam genuflexi: plane legunt vsq3 ad Halleluiah. exclusiue. Missa dicitur de die, et cum oratione diei, dicitur pro ipso electo rege: sub vno, Per dominum. hec Oratio.

Rex a suis ducitur in papilione vbi cū bombice extergitur vnctura olei et induitur vestibus regalibus quibus indutus procedit ad thalamū sibi eminentē.

DEus regnorum omniū protector: da seruo tuo N. Regi nostro: triumphum virtutis tue scienter excolere, vt qui tua constitutione est princeps: tuo semper munere sit potens. Per dominū nostrum Jēsum Christum filium tuum: Qui tecum viuit et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per oia secula seculor. R. Amē.

Graduale cantato: Metropolitanus sedet ante altare cū mitra in faldistorio, et Rex a suis associat: medius inter priores prelatos paratos: ad Metropolitanum reducitur: cui facta reuerētia, vt prius: genuflectit coram eo. Tunc Metropolitanus accipit gladiū: quē vnus ministrorum sibi porrigit de altari, et illum euaginatum: tradit in manus Regis, dicens.



ACcipe gladiū: desuper altari sumptum: per nostras manus: licet indignas vice tamen et auctoritate sanctorū apostolorū cōsecratas: regaliter tibi concessum: nostreq3 bñ ✠ dictionis officio, in defensionem sancte dei ecclesie diuinitus ordinatum: ad vindictā malefactorum: laudem vero bonorum, et memor esto: eius de quo psalmista prophetauit, dicēs. Accingere gladio tuo: sup femur tuum potentissime, vt in hoc per eundē vim equitatis exerceas: molem iniquitatis potēter destruas, et sanctam dei ecclesiā: eiusq3 fideles propugnes: atq3 protegas: neq3 minus sub fide fallos: quam christiani nominis hostes execres: ac dispergas, viduas atq3 pupillos clementer adiuues: et defendas: desolata restaures: restaurata cōserues: vlciscaris iniusta: cōfirmes bene disposita: quatenus in hoc agendo: virtutū triumpho gloriosus: iustitieq3 cultor egregius: cū mundi saluatore cuius typum geris in nomine, sine fine regnare merearis. Qui cum deo patre, et spiritu sancto, viuit et regnat de℞. Per omnia secula seculorum.

Metropolitan℞ gladium euaginatū tradit in manus regis.

i. Petri. 2

Ps. 44.

Enſis a miniſtris in vaginā reponitur.

His expeditis: enſis a miniſtris in vaginā reponit, ꝛ Metropolitanus accingit enſe regem, dicēs.



Metropolitanus accingit regē gladio.

Accingere gladio tuo: ſuper femur tuum potentiſſime: ꝛ attende, ꝙ ſancti non in gladio: ſed per fidem vicerunt regna.

Hebr. 11.

Et mox Rex accinctus ſurgit: ꝛ eximit enſem de vagina: illumqꝫ viriliter vibrat: deinde ſuper brachium ſiniſtrum tergit, ꝛ in vaginam reponit: ac iterum corā Metropolitano genuflectit. Tunc ei coꝛona imponitur: quā oēs pꝛelati parati q adſunt: de altari p Metropolitanū ſumptā: manibus tenēt: ipſo Metropolitano illā regēte: ꝛ capiti illius iponēte, ꝛ dicēte.



Metropolitanus regem genuflexum coronat cū duobus epiſcopis eo illū regētib'.

Accipe coꝛonam regni, quę (licet ab indignis) epiſcopoꝛum tamen manibus: capiti tuo imponit. In nomine pa✠tris, ꝛ fi✠lii, ꝛ ſpiritus✠ ſancti, quam ſanctitatis gloꝛiam ꝛ honoꝛem, ꝛ opus foꝛtitudinis: itelligas ſignificare, ꝛ per hanc te participē miniſterij noſtri nō ignoꝛes. Ita vt ſicut nos in interioꝛibus paſtoꝛes: rectoꝛeſqꝫ animarum intelligimur: ita ꝛ tu cōtra omnes aduerſitates eccleſię Chꝛiſti: defenſoꝛ aſſiſtas: regniqꝫ tibi a deo dati, ꝛ per officium noſtrę benedictionis in vice apoſtoloꝛū: omniūqꝫ ſanctoꝛum: regimini tuo cōmiſſi: vtilis executoꝛ: perſpicuuſqꝫ regnatoꝛ: ſemper appareas, vt inter glorioſos athletas: virtutū gēmis oꝛnatus, ꝛ pꝛęmio ſempiternę felicitatis coꝛonatus: cum redemptoꝛe ꝛ ſaluatoꝛe noſtro Jeſu Chꝛiſto: cuius nomen vicemqꝫ geſtare crederis: ſine fine glorieris. Qui viuit ꝛ imperat deus: cum patre ꝛ Spiritu ſancto: in ſecula ſeculoꝛum.

Poſtea Metropolitanus dat ei adhuc genuflexo ſceptrum, dicēs.



Ps. 109. Metropolitan' dat regi genuflexo ſceptrum.

Accipe virgam virtutis: atqꝫ veritatis: qua intelligas te obnoxiū mulcere pios: terrere repꝛobos: errantes viam docere, lapſis manū poꝛrigere: diſperdere ſuperbos, ꝛ releuare humiles: et

aperiat tibi ostiũ Jesus Christus dominus noster, q de semetipso ait: Ego sum ostiũ: per me siquis introierit, saluabitur: q est clauis Dauid ⁊ sceptrũ domus israel: q aperit ⁊ nemo claudit: claudit et nemo aperit. Sitq; tibi auctor, q edurit vinctũ de domo carceris: sedentẽ in tenebris, ⁊ vmbra mortis: ⁊ in oĩbus sequi merearis eũ: de quo Dauid ꝓpheta cecinit. Sedes tua de⁹ in seculũ seculi: virga equitatis: virga regni tui: Et imitando ipsum diligas iustitiam, ⁊ odio habeas iniquitatẽ, quia propterea vnxit te de⁹ deus tuus: ad exẽplum illius: quẽ ante secula vnxerat oleo exultationis: pre participibus suis: Jesum Christũ dñm nrm. Qui cũ eo viuit ⁊ regnat de⁹.

Joh. 10. — Apoc. 3. — Ps. 44. — Hebre. 1.

Tunc regi surgẽti discingit̃ ensis: ⁊ in vagina dat̃ alicui, q eum ante regẽ imediate portat. Et Metropolitan⁹ cũ alijs prelatis paratis: deducit regẽ: sceptrum in manu, ⁊ coronã in capite ferentẽ: mediũ inter se a dextris, ⁊ digniorẽ prelatũ paratũ a sinistris regi; incedentẽ: ad soliũ supra thalamũ, ⁊ adiuuãte eum digniore prelato predicto, intronizat regem in solio, dicens.

Regi surgẽti discingitur ensis, ⁊ dat̃ vni qui portat eum ante regem.



Sta, ⁊ retine amodo locum tibi a deo delegatũ: per auctoritatẽ omnipotentis dei, ⁊ per presentẽ traditionẽ nostrã: omniũ scilicet episcoporũ: ceterorũq; dei seruorũ, ⁊ quanto clerum sacris altaribus propinquiorẽ prospicis: tanto ei potentiorem in locis cõgruis: honorẽ impẽdere memineris: quatenus mediator dei ⁊ hoĩum: te mediatorẽ cleri ⁊ plebis: in hoc regni solio cõfirmet, ⁊ in regnum eternum: secum regnare faciat Jesus Christus dñs noster: Rex regũ ⁊ dñs dominantium. Qui cũ patre ⁊ spiritu sctõ viuit.

Metropolitanũ cũ alijs plaris ducit regẽ cũ corona et sceptro mediũ inter se ⁊ digniorẽ prelatũ ad sedem suam i thalamo ⁊ ibi intronizat eũ. — i. Thim. 2.

Deinde Metropolitanus deposita mitra, stãs versus ad altare inchoat schola ꝓsequẽte hymnum.



Te Deum laudamus.

Qui totus dicit̃, put habet̃ supra fo. 33. quo incepto: Metropolitanus accedit ad dextram regis: ibi continuo manens: vsq; ad finem hymni, ⁊ eo finito: Metropolitanus stans vt prius, ad dexterã regis sine mitra, dicit super illum. ℣. Firmẽtur man⁹ tua, ⁊ exaltetur dextera tua. ℟. Justitia ⁊ iudiciũ preparatio sedis tue. ℣. Dñe exaudi orationem meã. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobisc. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Metropolitan⁹ stãs sine mitra versus ad altare inchoat Te deũ, schola prose quente.

Incepto Te deum metropolitanus accedit ad dexterã regis ibi stans vsq; ad finem hymni, ⁊ eo finito stãs sine mitra dicit.

Deus, q victrices Moysi manus in oratione firmasti, qui quamuis etate langueseceret: infatigabili sanctitate pugnabat, vt dum

Exo. 17.

dum Amalech iniquus vincitur: dum prophanus nationum populus subiugatur: exterminatis alienigenis: hereditati tuę posseſſio copioſa ſeruiret: opus manuū tuarū pia noſtrę orationis exauditione cōfirma: habemus ⁊ nos apud te ſancte pater dominum ſaluatorē, qui pro nobis manus ſuas extendit in cruce: per quem etiā precamur altiſſime, vt tua potentia ſuffragāte, vniuerſorū hoſtium frangatur impietas: populuſq; tuus: ceſſante formidine: te ſolum timere cōdiſcat. Per eundē Chriſtuz dn̄m nr̄m. ⁊c̄. ℟. Amē. Oremus.

Deus inenarrabilis auctor mundi: cōditor generis humani: confirmator regni, q ex vtero fidelis amici tui: patriarchę noſtri Abrahę: prętelegiſti regē ſeculis profuturū: tu pręſentē inſignē regē hunc cū exercitu ſuo per intercesſionez omnium ſanctorum: vberi bene ✠ dictione locupleta: ⁊ in ſoliuz regni: firma ſtabilitate connecte: viſita eum per interuentum omnium ſanctorum: ſicut viſitaſti Moyſen in rubo: Joſue in caſtris: Gedeonem in agro: Samuelem crinitum in templo, ⁊ illa eum promisſione, ⁊ ſyderea bene ✠ dictione: ac ſapientię tue rore perfunde: quā beatus Dauid ex pſalterio. Salomon filius eius: te remunerāte percepit de cęlo. Sis ei contra acies inimicorum: lorica: in aduerſis galea: in proſperis ſapientia: in ꝓtectione clypeus ſempiternus: Et pręſta, vt gentes illi

Exo. 3. Joſue. 1. Judicū. 7. 1. Re. 3.

iij. Re. 3.

teneant fidem: proceres atq; optimates ſui: habeant pacē: diligant charitatem: abſtineant ſe a cupiditate, loquantur iuſtitiam, cuſtodiāt veritatem, ⁊ ita populus iſte pullulet, coalitus benedictione trinitatis: vt ſemper maneant tripudiantes: armis gaudentes, ⁊ in pace victores. Per dominum noſtrum Jeſum Chrm. ℟. Amen.

Quibus finitis: Metropolitanus cuz prelatis paratis: redit ad ſedē ſuā: ꝓpe altare, ⁊ (niſi ſit coronāda regina) dicit Halah. vel Tractus. Euangeliū. Et alia vſq; ad offertorium incluſiue.

Metropolitanus redit ad altare ⁊ proſequitur miſſaz vſq; ad offert. inclusiue.

Quo dicto: Metropolitan⁹ reſidet in faldiſtorio ſuo: ante mediū altaris: cū mitra, ⁊ rex a ſuis prelatis ⁊ baronibus aſſociatus: venit ante Metropolitanum: corā quo genuflexus: detecto capite: offert ei aurū: quantum ſibi placet, ⁊ manum Metropolitani recipientis: oſculatur.

Metropolitanus dicto offertorio ſedet ante altare cuz mitra: ⁊ rex a ſuis aſſociatus venit ante eū ⁊ genuflexus detecto capite ei offert aurum et oſculatur manū ei⁹



Deinde ad ſolium ſuū reuertitur. Metropolitanus lauans manus: ſurgenſq; accedit ad altare: et proſequitur miſſam: vſq; ad cōmunionem. Cum ſecreta dicit: dicitur pro rege: ſub vno, Per dominum noſtrū. Secreta.

Metropolitanus lauat man⁹ ⁊ proſequitur miſſaz vſque ad orationez.

Secreta dicenda p rege sub vno p dñs. cũ secreta missę.

SUscipe dñe preces ⁊ hostias ecclesię tuę: pro salute famuli tui N. Regis nostri supplicãtis, ⁊ in protectione fidelium populorum: antiqua brachij tui operare miracula: vt superatis pacis inimicis: secura tibi seruiat christiana libertas. Per dominum nrm.

Pax dat regi p primum ex prelatis.

Pax dat regi per Primum ex prelatis paratis: cum instrumẽto ad hoc ordinato: Postq̃z Metropolitanus se de corpore ⁊ sanguine (quẽ totũ sumere debet) cõicauerit, ⁊ se purificauerit: anteq̃z digitos abluat: Rex detecto capite: de thalamo suo accedit ad altare: coram quo: in supremo gradu genu flectit, ⁊ dicit submissa (itelligibili tamẽ) voce. Confiteor deo oĩpotenti ⁊c. Metropolitano ad ipsũz regẽ verso; ⁊ detecto capite stãte, ⁊ finita p regẽ cõfessione: Metropolitanus eodẽ modo stãs, dicit.

Metropolitanus facta ꝯfessione cõicat regem qui antequam recipiat sacram cõionem osculat manus pontificis.

Misereatur tui oĩpotens deus: ⁊ dimissis omnibus peccatis tuis: perducat te ad vitam ęternaz. ℟. Amen. Indulgentiã: absolutionem, ⁊ remissionẽ omnium peccatorũz tuorũ: tribuat tibi: omnipotens ⁊ misericors dñs. ℟. Amẽ. Et manu dextra signũ crucis sup regẽ producit: tum vertit se ad altare, ⁊ accipit hostiã cõsecratã inter pollicẽ ⁊ indicẽ dextrę manus: ⁊ patenã cum sinistra cõtinuo hostię supponit, ⁊ cõuersus ad regẽ cum ipso sacramẽto: format signũ crucis ante faciem regis, ⁊ ipsum communicat, dicens. Corpus domini nostri Jesu Christi: custodiat te, ⁊ perducat in vitã ęternã. Rex: priusq̃z cõionem sumat osculat manũ dextrã Metropolitani: ⁊ sumpta cõione: ex calice de manu Metropolitani; se purificat, ⁊ purificatus ad thalamũ suum reuertitur. Metropolitanus vero: patenã cuz pollice dextrę manus: extergit diligẽter sup calicem: ne quid de sacramẽto super ea remaneat: abluit etiã super calicem digitos: ablutionem sumit, et accepta mitra lauat manus, ⁊ perficit missam. Cũ postcõmunione dicitur pro rege sub vno, Per dominum nostrum. Post comunio.

Metropolitanus regem post cõionẽ manu sua purificat.

DEus, qui ad prędicandum ęterni regni euãgelium: Romanum imperiũ preparasti. Prętẽde famulo tuo N. Regi nostro: arma cęlestia, vt pax ecclesię: nulla turbetur tempestate bellorũz. Per dominum nostrum Jesum. In fine Metropolitanus dat benedictionẽ solennẽ vts. f.35. qua data singuli ad sua reuertuntur.

Metropolitanus dat solennẽ benedictionẽ

DE BENEDICTIONE ⁊ coronatione Reginę.

SI vero tunc Regina benedicẽda sit ⁊ coronãda: quã primum ipso Rege intronizato, ⁊ orationibus expletis: Metropolitanus cũ prelatis paratis: ad altare reuersus: in faldistorio sedet, Rex de solio suo surgẽs: cũ comitiua sua: coronã in capite; ⁊ sceptrũ in manu gestãs: ante altare ad Metropolitanũ pficiscit: ⁊ facta ei reuerẽtia: stans

ſtans defecto capite: petit Reginam benedici, ꝛ coꝛonari: ſub huiuſmodi aut ſimilibus verbis.



Si regina coronanda eſt: tunc rege intronizato metropolitanus ſedet cum mitra ante altare ꝛ rex cum corona et ſceptro a ſuis aſſociatus venit ante eũ ꝛ ſtans ſine corona petit reginam benedici.

Reuerẽde pater poſtulamus vt cõſoꝛtem noſtram nobis a deo coniunctã benedicere: ꝛ coꝛona reginali: decoꝛare digneminí: ad laudem ꝛ gloꝛiam ſaluatoꝛis noſtri Jeſu Chꝛiſti. Deinde ad ſolium ſuũ reuertit. Tunc regina q̃ in aliquo loco ad partẽ in eccleſia a pͥncipio ſteterat: a duobus epiſcopis paratis: non his q regẽ deduxerunt: ſed p̃mis poſt eos: crine ſoluto, ꝛ capite velato: in veſtibus ſuis cõibus, ad Metropolitanum ante altare deducit, ꝛ facta Metropolitano reuerẽtia: corã illo genuflectit, ꝛ ei⁹ manũ oſculat.

Rex ad ſolium ſuum reuertit.

Metropolitanus ꝓcumbit et dicit breuiter litania.


Tunc ſurgit Metropolitanus cũ mitra, ꝛ in faldiſtoꝛio ꝓcũbit. Regina vero ad eius ſiniſtrã: in terrã ſe ꝓſternit, ꝛ inchoat ac ſub breuitate perficit Litania ꝗ fol. 10. ſub oꝛdinatione Subdiaconi poſita, qua finita: Metropolitanus depoſita mitra ſurgit, ꝛ ſtans verſus ad illã: ante ſe genuflexã, dicit ſequentẽ oꝛõnẽ: itelligibili voce, quã etiã ꝛ alia ſequẽtia: aſtãtes ꝑlati parati, ſubmiſſa voce, dicunt. Oremꝰ.



Finita litania epus ſtans ſine mitra dicit orationem ſuper reginã genuflexam.

Omnipotẽs ſempiterne deꝰ: hanc famulã tuam N. celeſti bene✠dictione ſanctifica, ꝛ quã in adiutoꝛium regni: Reginã eligimus: tua vbiq̃ ſapiẽtia doceat atq̃ cõſoꝛtet, ꝛ eccleſia tua fidelẽ famulam ſemper agnoſcat. Per eundẽ dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium tuum, Qui tecũ viuit ꝛ regnat in vni. Deinde extenſis manibus ante pectus, dicit.

Metropolitanus extenſis manibus ante pectus dicit pꝛefationem.



Per omnia ſecula ſeculoꝛũ. ℟.




Amẽ. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et



cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſũ coꝛ



da. ℟. Habemus ad dominũ



℣. Gřas agamus domino deo

nr̃o. ℟. Dignum ꝛ iustum est.

Uere dignum ꝛ iustū est equū
ꝛ salutare. Nos tibi semper et
vbiq₃ gratias agere: domine
sancte, pater oīpotens, eterne
deus. Bonorū cunctorum au/
ctor ac distributor: benedictio/
nūq₃ omnium largus infusor:
tribue sup hanc famulam tuā
reginam: benedictionis tue co/
piam, ꝛ quam humana electio
sibi preesse gaudet: tua super/
ne electionis ꝛ benedictionis
infusio accumulet. Concede ei
domine auctoritatē regiminis:
consilij magnitudinem: sa/
pientie, prudentie, ꝛ intellectus
abundantiam: religionis ac
pietatis custodiam. Quate/
nus mereatur benedici ꝛ au/
gmen/


Gen.18.
gumentari in nomine, vt Sar-
ra. Uiſitari et ſęcundari: vt
Gen.25.
Rebecca.contra omnium mu-
Judit.8.
niri vitioꝛum monſtra, vt Ju-
dith. Jn regimine regni eligi:
Heſter.2.
vt Eſther. Et quam humana
nititur fragilitas benedicere:
cęleſtis po tius intimi roꝛis
repleat infuſio. Et quę a no-
bis eligitur ꝛ benedicitur in
Reginam: a te mereatur obti-
nere pꝛęmium ęternitatis per-
petuę: Et ſicut ab hominibus
ſublimatur in nomine: ita a te
ſublimetꝰ fide ꝛ opatione. Jllo
etiam ſapiētię tuę cū roꝛe pfun-
de, quē beatus Dauid in repꝛo-
miſſione, ꝛ filius eius Salomō
percepit in locupletatione. Sis
ei domine: contra cunctoꝛum
ictus

ctus inimicorum, lorica. In aduersis galea. In prosperis sapientia. In protectione clypeus sempiternus. Sequatur pacē: diligat charitatem: abstineat se ab oī ipietate: loquatur iustitiam: custodiat veritatem: sit cultrix iustitie et pietatis: amatrix religionis. Uigeatq; presenti benedictionem: in hoc euo: annis plurimis, ꝛ in sempiterno: sine fine eternis.

Quod sequitur dicit plane legēdo, ita tamē q̄ a circūstantibus audiatur. Per dn̄m nostrū Jesum Christū filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spūs sancti deus, Per oīa secula seculoꝝ. ℟. Amē.

Metropolitanus dicit plane quod sequitur.

Qua prefatione expleta, sedet Metropolitan⁹, ꝛ accepta mitra: inūgit in modū crucis: cū oleo catecumenoꝝ: illius brachiū dextrū: inter iuncturā manus, ꝛ iuncturā cubiti: ac inter scapulas, dicens.



Deus pater eterne glorie: sit tibi adiutor, ꝛ oīpotens benedicat tibi: preces tuas exaudiat: vitam tuam longitudine dierum adimpleat: benedictionem tuam iugiter cōfirmet: te, cum omni populo in eternum cōseruet: inimicos tuos confusione induat, ꝛ super te Christi sanctificatio: ac huius olei infusio floreat, vt qui tibi in terris tribuit benedictionē: ipse in

Metropolitanus sedens cum mitra vngit brachium dextrū ꝛ scapulas regine.

in cęlis conferat meritum angeloꝛum:ac benedicat te,ꝛ cuſtodiat in vitā ęternā: Jeſus Chꝛiſtus dominus noſter, Qui viuit ꝛ regnat deus in ſecula ſeculoꝛū. ℟. Amē.

Regina ducit᷑ ad papillonē in quo rex ſe regalib⁹ veſtib⁹ induerat, et ibi cum bombice extergitur oleum vnctionis et veſtimētis reginalib⁹ induitur ꝛ reuertitur ad metropolitanum adhuc ibi ſedentem cū mitra.

Quo facto: ſurgit regina,ꝛ a ſuis ducit᷑ ad ſacriſtiā ſeu papilionem: vbi Rex regales veſtes indutus: eſt,ibi ꝛ ipſa induit᷑ veſtibus regnalib⁹:quibus indutis:reducit᷑ ad Metropolitanū: adhuc cū mitra in faldiſtoꝛio ſedentē, q iponit illi ante ſe genuflexę coꝛonam,dicēs.



Metropolitanus coronam imponit reginę genuflexę.

Accipe coꝛonā gloꝛię,vt ſcias te eſſe cōſoꝛtem regni:populoq; dei ſemper pꝛoſpere cōſulas: ꝛ quāto plus exaltaris:tanto amplius humilitatē diligas atq; cuſtodias:in Chꝛiſto Jeſu dn̄o nr̄o. Et mox dat ei ſceptrum,dicens.



Metropolitan⁹ dat reginę ſceptrum.

Accipe virgā virtutis,ꝛ ęquitatis,ꝛ eſto pauperibus miſericoꝛs ꝛ affabilis,viduis, pupillis,ꝛ oꝛphanis,diligentiſſimā curam exhibeas, vt oipotens deus augeat tibi gratiam ſuam. Qui viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculoꝛū.

Quo facto ſurgit Regina, ꝛ epiſcopi parati,q ipſam ad altare deduxerunt, eā aſſociāt vſq; ad ſuū thalamum: vbi ſedet in ſolio ſuo: puellis eius ipſam comitantibus. deinde dicit᷑ Halleluiah,vel Tractus,Euangelium ꝛ Offertoꝛiū.

Epi qui eā aſſociāt eam o(ed)u cūt ad thalamū ſibi paratum vbi ſedet in ſolio cū puellis ſuis.

Quo dicto Regina cum Rege ꝛ ſuis tantū aſſociati vadūt ad offerendū metropolitano:in faldiſtoꝛio ante mediū altaris ſedenti: de auro quantū volūt, deinde reuertuntur ambo ad thalamum ſuū,ꝛ pcedit᷑ in miſſa vſq; ad cōionem.

Data pace Regi ꝛ Reginę p pꝛimum ex pꝛęlatis paratis: cum inſtrumēto ad hoc oꝛdinato. Rex ꝛ Regina a ſuis tantū aſſociati: deſcēdunt de thalamis,ꝛ veniunt ad altare: vbi in ſupꝛemo gradu genuflectunt,ꝛ percepta communione per Metropolitanū: antequā digitos abluat: vertit ſe ad Regem ꝛ Reginam, qui dicunt ſubmiſſa (intelligibili tamen voce.)

Dat pax regi ꝛ reginę ꝛ cōmunicato metropolitano rex ꝛ regina de ſuis thalamis deſcēdentes veniunt cum ſuis ante altare:ꝛ facta confeſſione communicāt ꝛ ab eodem metropolitano cum ſuo calice purificantur.

Confiteoꝛ deo omnipotenti ꝛc. Quo dicto metropolitan⁹, dicit:

Miſereatur veſtri omnipotens deus, ꝛ dimiſſis omnibus peccatis veſtris: perducat vos ad vitā ęternam. ℟. Amen. Indulgentiam:abſolutionem, ꝛ remiſſionē omnium peccatoꝛum veſtroꝛum: tribuat vobis omnipotens ꝛ miſericoꝛs dominus. ℟. Amen.

Et

Et manu dextra: pducit signū crucis sup regē ⁊ reginā: tum vertit se ad altare, ⁊ ponit ambas hostias cōsecratas sup patenā, ⁊ conuersus ad regē ⁊ reginam: accipit vnā ex eisdē hostijs: inter pollicē ⁊ indicē dextrę manus, ⁊ cū sinistra: patenā, continuo retinet sub ipsa dextra et cum sacramēto quod in dextra tenet: format signū crucis ante faciem regis ⁊ cum communicat, dicens. Corpus domini nostri Jesu Christi custodiat te et perducat in vitam eternam. Rex priusquā cōmunionē sumat osculat manum dextrā Metropolitani: tum simili modo cōmunicat reginā, quę similiter eius manum osculat, ⁊ successiue ambos ex calice suo purificat, qui purificati: ad thalamos suos reuertunt: eo ordine quo venerunt. Metropolitanus vero: patenā cum pollice dextrę manus extergit diligenter super calicē: nequid de sacramento super ea remaneat: abluit sup calicem digitos: ablutionē sumit: ⁊ accepta mitra lauat manus: perficitq missam, ⁊ in fine dat benedictionem solennem: vt supra fo.35. qua data rex ⁊ regina vadunt ad palatiū suū, ⁊ Metropolitanus ac alij prelati oēs deponunt vestes sacras, ⁊ ad propria quisq reuertunt.

Metropolitanus cōpleta missa facit benedictionē solennē et oēs ad ppria reuertuntur.

Si autem rege iam pridē coronato: regina sola, vt coniux illius: coronāda sit: parantur duo thalami, ⁊ alius locus in quo regina a principio officij: vsq ad tēpus coronationis: expectat. Vocātur oēs prelati regni: ac omnia alia fiunt, quę supra p coronatiōne regis ordinata sunt: Die autē statuto: Metropolitano et prelatis in Ecclesia constitutis, ⁊ se vestientibus; Rex vestibus regalibus indutus: cū coronā in capite, ⁊ sceptro in manu: ense precedēte: a suis associatus: venit ad ecclesiā, ⁊ ascendit thalamum suum, ⁊ Metropolitano ac prelatis omnibus paratis; incipit missa more solito: ⁊ continuatur vsq ad Halalu. vel Tractū. (si fit dicendus) exclusiue. Tum rex coronā ⁊ sceptrū ferens: descendit de thalamo suo, ⁊ Metropolitano in faldistorio ante altare cū mitra sedente: stās detecto capite: petit ab eo reginam benedici et coronari: sub his verbis.

Si regina sola sit coronāda: rege iam pridem coronato, q̄ pparāda sint.



Reuerende pater: postulamus vt consortem nostram: nobis a deo coniunctam: benedicere, et corona reginali decorare dignemini: ad laudem ⁊ gloriam saluatoris nostri Jesu Christi.

Metropolitanus sedet cū mitra.

Deinde ad thalamū suum reuertitur, ⁊ regina quę vsq tunc in alio loco ad partē in ecclesia steterat, a duobus priorib⁹ prelatis paratis: crine soluto, ⁊ capite velato, duci-

ducit ad Metropolitanũ ante altare ſedentẽ, ⁊ facta ei reuerentia: corã eo genuflectit, ⁊ eius manum oſculat. Tunc ſurgit Metropolitanus, ⁊ cũ mitra procumbit ſupꝛa faldiſtoꝛiũ. Regina vero ad eius ſiniſtram ſe in terram proſternit, ⁊ inchoatur Litanię ⁊ perficiunt: ac omnia alia fiunt q̃ ſupꝛa in coronatione reginę dicta ſunt vſq; ad Offertoꝛium: ad quod poterit rex cum regina procedere: vel regina ſola: pꝛout regi placebit.

Facta communione per Metropolitanum: communicat Regina.

Deinde perficitur miſſa, ⁊ in fine: Metropolitanus dat benedictionem ſolẽnem, vt ſupꝛa. fo. 35.

Modus coronandi reginã regni dñam abſq; rege

Si vero Regina, coꝛonanda eſt vt Regni domina, ⁊ abſq; rege: tunc paratur thalamus vnus in eccleſia, vocãtur pꝛelati regni: ⁊ omnia alia ſimiliter fiunt: quę ſupꝛa pꝛo coꝛonatione regis: oꝛdinata ſunt. Die ſtatuto: cõueniunt in eccleſia: in qua coꝛonatio fieri debet; vbi Metropolitanus aut alius ad quẽ ſpectat: cum epiſcopis alijs: parat ſe, ⁊ ſedent ante altare, vt ſupꝛa dictum eſt. Interim regina: cõſuetis veſtibus induta: cum ſuis pꝛelatis: baronibus, et puellis, ac alijs domeſticis: venit ad eccleſiã, ⁊ cum fuerit ꝓpe Pꝛeſbyterium: duo pꝛioꝛes epiſcopi parati, veniunt ei obuiam, ⁊ cum mitris capita illi aliquãtulum inclinantes, ipſam inter ſe mediam vſq; ad Metropolitanum deducunt: cui regina caput inclinans: humilem reuerentiã exhibet: qua facta: pꝛioꝛ ipſoꝛum deducentium: detecto capite, verſus ad Metropolitanum, dicit.

Reuerendiſſime pater: poſtulat ſancta mater Eccleſia, vt pꝛęſentẽ circunſpectã mulierẽ: ad dignitatem Reginalẽ ſubleuetis.

Tũc interrogat Metropolitanus. Scitis illam eſſe dignam, ⁊ vtilẽ: ad hãc dignitatẽ? Ille reſpõdet. Et nouimus, ⁊ credimus eã eſſe dignam, et vtilem Eccleſię Dei, ⁊ ad regimen huius regni. Metropolitanus, dicit. Deo gratias.



Regina media inter duos epõs ſedet ⁊ habet faciẽ verſus metropolitanum ⁊ epi hic et inde mutuo reſpiciunt.

Tunc ſedet regina media inter ipſos epiſcopos deducentes: cõgruenti ſpatio a Metropolitano, ita vt illi faciem vertat: ipſi etiam deducentes epiſcopi: ſenioꝛ ad dextrã: alius ad ſiniſtram Reginę ſe collocant, vt ⁊ ipſi ad alterutrum facies vertant. Ipſis ſic ſedentibus: poſtquam aliquantulum quieuerint. Metropolitanus coꝛonandam Reginam diligẽter inſtruit: et admonet: de fide ⁊ dilectione Dei: ac ſalubꝛi regimine regni, ⁊ populi: defenſione Eccleſiarum, et miſerabilium perſonarum,

rum, et alijs opportunis: voce congruenti et intelligibili, dicens.

Cum hodie per manus nostras circunspecta mulier quam Christi saluatoris nostri vice: in hac re fungimur: (quamuis indigni) sacram vnctionem, et regni insignia sis susceptura: bene est, vt te prius de onere ad quod destinaris: aliquantulum moneamus. Reginalem hodie suscipis dignitatem, et regendi fideles populos tibi commissos: curam sumis. Preclarum sane inter mortales locum: sed discriminis: laboris: atque anxietatis plenum. Uerum si consideraueris, quod omnis potestas a domino deo est: per quem regine regnant, et legum conditores iusta decernunt, tu quoque de grege tibi commisso: ipsi deo rationem es redditura: Primum, pietatem seruabis: dominum deum tuum tota mente: ac puro corde coles. Christianam religionem: ac fidem catholicam quam ab incunabulis professa es: ad finem vsque inuiolatam retinebis: eamque contra omnes aduersantes: pro viribus defendes. Ecclesiarum prelatis ac reliquis sacerdotibus: condignam reuerentiam exhibebis. Ecclesiasticam libertatem non conculcabis. Iustitiam: sine qua nulla societas diu consistere potest: erga omnes inconcusse administrabis: bonis premia: noxijs debitas penas retribuendo. Uiduas: pupillos: pauperes ac debiles: ab omni oppressione defendes. Omnibus te adeuntibus: benignam: mansuetam atque affabilem: pro regi

Ro. 13.

Prouer. 8.

nali tua dignitate: te prebebis. Et ita te geres, vt non ad tuam: sed totius populi vtilitatem regnare: premiumque benefactorum tuorum: non in terris: sed in celo expectare videaris. Quod ipse prestare dignetur: Qui viuit et regnat deus in.

Quo facto regina electa accedit ad Metropolitanum, et genuflexa: osculatur eius manum, et facit hanc professionem, dicens.

Ego N. Deo annuente futura Regina A. profiteor et promitto coram deo et angelis eius: deinceps legem, iustitiam, et pacem ecclesie Dei: populoque mihi subiecto: pro posse et nosse: facere: atque seruare: saluo condigno misericordie dei respectu: sicut in consilio fidelium meorum melius potero inuenire. Pontificibus quoque ecclesiarum dei: condignum et canonicum honorem exhibere: atque ea que ab Imperatoribus et regibus: ecclesijs collata et reddita sunt: inuiolabiliter obseruare. Abbatibus, comitibus, et vasallis meis: congruum honorem: secundum consilium fidelium meorum: prestare.

Regina genuflexa coram metropolitano facit promissionem sequentem.

Deinde ambabus manibus tangit librum euangeliorum: quem Metropolitanus: coram ea: super genibus apertum tenet: inferiori parte libri Regine versa, dicens.

Sic me deus adiuuet, et hec sancta Dei euangelia.

Posita manu super euangelio iurat.

Quo facto Metropolitanus surgit, et cum mitra procumbit in faldistorio. Regina vero: ad eius sinistram: in terram se prosternit,

Et



Metropolitanus super faldistoriū pꝛocumbit et regina ad sinistrā ei⁹ psternit ꝛ dicitur litania.

Et cantoꝛes incipiunt: scholā prosequente Litaniam. fo. 10. In qua cum dictum fuerit. Ut obsequiū seruitutis nostrę tibi rationabile facias. Te rogam⁹ audi nos. Metropolitanus surgit, ꝛ accepto baculo pastoꝛali in sinistra: super illam dicit. Ut hāc electā: in reginā coꝛonādam: bene ✠ dicere digneris. ℞: Te rogamus audi nos. Secundo dicit. Ut hāc electā: in reginā coꝛonandam: bñ ✠ dicere, ꝛ cōse ✠ crare digneris. ℞. Te rogam⁹ audi n. Producēdo sup reginā signū crucis, vbi in textu signatum est. Idē dicunt ꝛ faciūt episcopi parati: genuflexi tamē permanētes, quo dicto: Metropolitanus redit ad accubitū: cātoꝛib⁹ Litaniā resumentibus ꝛ perficiētibus. Qua finita: Metropolitanus deposita mitra surgit: regina prostrata manēte, ꝛ dicit sup eā intelligibili voce, oꝛonē sequētem: quā astātes episcopi etiā sine mitris, in locis suis stātes: submissa voce pnunciāt. Orem⁹.

Metropolitan⁹ sup reginā dicit ℣. sequentes stās cū mitra ꝛ baculo pastorali pducēs signū crucis sup eā vt in textu ꝛ idem faciunt epi genuflexi.

Metropolitanus redit ad accubitū dictis versibus.

Omnipotēs sempiterne de⁹: hanc famulam tuā: cęlesti bene ✠ dictione sanctifica, ꝛ quā in gubernationem regni: reginam eligimus: tua vbiq; sapientia doceat: atq; confoꝛtet, ꝛ ecclesia tua fidelem famulā semper agnoscat. Per eundē dñm nostrum Jesuȝ. Cum surgit regina, ꝛ coꝛā Pontifice genuflectit. Deinde Pontifex mediocri voce extensis manibus ante pectus, dicit.

Finita litania metropolitanus stans sine mitra dicit.

Regina surgit et corā pontifice genuflecit, et metropolitanus stās sine mitra manibus ante pect⁹ extēsis dicit pfationem.



Per omnia secula seculoꝛuȝ. ℞.



Amē. ℣. Dñs vobiscū. ℞. Et



cuȝ spiritu tuo. ℣. Sursuȝ coꝛ




da. ℞. Habemus ad dominū



℣. Gratias agamus domino deo



nr̃o. ℞. Dignum ꝛ iustum est.



Vere dignum ꝛ iustuȝ est ęquū



ꝛ salutare. Nos tibi semp et vbi


q3 gratia3 agere: domine sancte,
pater oipotēs, eterne deus. Bo-
noꝝ cũctoꝝ auctor ac distribu-
tor: bñdictionũq3 omnium lar-
gus infusor: tribue sup hãc famu
lã tuã reginã: bñdictionis tue co-
piã, ꝛ quã humana electio sibi
preesse gaudet: tua supne electio
nis ꝛ benedictionis infusio accu-
mulet. Cõcede ei domine aucto-
ritatē regiminis: consilij magni-
tudinē: sapiētie, prudētie, ꝛ intelle-
ctus abũdãtiã: religionis ac pie-
tatis custodiã. Quatenus merea-
tur bñdici: ꝛ augumẽtari in no-
mine, vt Sarra. Uisitari ꝛ fecũda
ri vt Rebecca. cõtra omniũ mu-
niri vitioꝝ monstra, vt Judith.
In regimine regni eligi, vt E-
sther: vt quã humana nitit fragi-
litas


litas bñdicere: cęlestis potius
intimi roꝛis repleat infusio. Et
quę a nobis eligitur: τ benedici-
tur in reginā: a te mercatur ob-
tinere pręmiū ęternitatis per-
petuę: Et sicut ab hominib⁹ su-
blimatur in nomine: ita a te su-
blimetur fide τ operatione. Il-
lo etiā sapientię tuę eā roꝛe per-
funde, quē beatus David in re-
pꝛomissione, τ filius ei⁹ Salomō
percepit in locupletatione. Sis
ei domine: cōtra cūctoꝛū ictus
inimicoꝛū, loꝛica. In aduersis:
galea. In pꝛosperis: sapiētia. In
ptectione clypeus sempiternus.
Sequat pacē: diligat charitatē:
abstineat se ab omni impieta-
te: loquat iustitiam: custodiat
veritatē. Sit cultrix iustitię τ pie-
tatis:
Pōti. R



tatis: amatrix religionis: vige



atq; presenti bñdictione: in hoc



euo: annis plurimis, et in sem



piterno: sine fine eternis.

Deinde dicit plane legẽdo: ita tamen q̃ a circumastantib9 audiat.

Per dominum nostrum Jesum

Quibus dictis: sedet Metropolitanus: et accepta mitra: intingit pollicẽ dextre manus: in oleum cathecumenorũ: et inungit in modũ crucis brachiũ dextrũ regine: inter iuncturam manus: et iuncturaz cubiti: ac inter scapulas, dicẽs.



Metropolitanus sedet cũ mitra et vngit manũ ei9, brachiũ et scapulas regine de oleo cathecumenoꝝ.

Deus pater eterne glorie: sit tibi adiutor, et oĩpotens benedicat tibi: preces tuas exaudiat: vitam tuam longitudine dierum adimpleat: benedictionem tuam iugiter cõfirmet: te, cum omni populo in eternum cõseruet: inimicos tuos confusione induat, et super te Christi sanctificatio, ac huius olei infusio floreat: vt qui tibi in terris tribuit benedictionẽ: ipse in celis conferat meritum angelorum: et benedicat te, et custodiat in vitã eternã: Jesus Christus dominus noster, Qui viuit et regnat deus in secula seculorũ. ℟. Amẽ.

Ps. 131.

Quo facto surgit regina: et ad partez se retrahit: vbi p̃lati sui domestici: ei assistunt. Metropolitanus vero accedit ante altare: et deposita mitra: cũ suis ministris facit cõfessionẽ. Idẽ faciunt episcopi parati: iuxta sedilia sua: sine mitris stãtes. Facta cõfessione: Metropolitanus ascẽdit ad altare: osculatur: incẽsat: et procedit in missa: vsq; ad Halab exclusiue: vel Tractũ si dĩr more cõsueto. Regina vero ducit a suis: ad sacristiã, vel papilionẽ: vbi accipit vestes reginales. Deinde redit cum illis ad thalamum. Ubi manet vsq; ad dictum Graduale: nõ tamẽ sedet in solio: sed super aliquod faldistoriũ sibi paratum: genuflexa p̃cumbit: audiens missam. Missa dicit de die: et cũ oratione dici: dicit p̃ ipsa electa regina: sub vno. Per dñm. Orõ.

Regina ad partem se cõferens cũ suis: metropolitanus facit confessionẽ et p̃cedit i missa vsq; ad halab exclusiue, vel vsq; ad tractum, si dicitur.

Deus regnorum omniũ protector: da famule tue N. regine nostre: triumphũ virtutis tue: scienter excolere: vt que tua cõstitutione est principissa: tuo semper munere sit potens. Per dominũ.

Ista oratio dicitur cũ prima colla sub vno p̃ dñs.

Graduali cantato: Metropolitanus

nus sedet in faldistorio cũ mitra: ⁊ regina a suis associata: media inter priores duos prelatos paratos: ad Metropolitanũ reducit: cui facta reuerentia: vt prius: genuflectit corã eo. Tunc imponit ei corona: quã oẽs episcopi parati: qui adsunt: de altari p Metropolitanum sumptã: manibus tenent: ipso Metropolitano illã regẽte: ⁊ capiti illius iponente: ⁊ dicente.



Graduali cantato sedet metropolitanus cũ mitra ⁊ regina ad eum deducta ab eo coronatur ipsa.

ACcipe coronã regni, quę (licet ab indignis) Episcoporũ tamen manibus: capiti tuo imponitur: In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti, quã sanctitatis gloriã ⁊ honorem, ⁊ opus fortitudinis intelligas significare, ⁊ p hãc te participẽ ministerij nostri: nõ ignores. Ita vt sicut nos in interioribus pastores: rectoresq; animarũ intelligimur: ita ⁊ tu contra aduersitates Ecclesię Christi: defensatrix assistas: regniq; tibi a deo dati: ⁊ per officium nostrę benedictionis: in vice apostolorum: omniumq; sanctorũ: regimini tuo commissi: vtilis executrix: perspicuaq; regnatrix semp appareas: vt inter gloriosos athletas: virtutum gemmis ornata, ⁊ premio sup nę felicitatis coronata: cũ redemptore ⁊ saluatore nr̃o Jesu Christo: cuius nomẽ: vicemq; gestare crederis: sine fine glorieris, Qui viuit ⁊ imperat deus: cũ patre ⁊ spiritu sancto: in secula seculorum. Et mox dat ei sceptrũ in manum, dicens.



ACcipe virgã virtutis, ⁊ equitatis: ⁊ esto pauperibus misericors ⁊ affabilis, viduis, pupillis, ⁊ orphanis, diligentissimã curam exhibeas: vt oĩpotens deus, augeat tibi gratiam suam. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum.


Metropolitanus sedẽs cũ mitra dat sceptrum reginę.

Tum surgunt oẽs, et Metropolitanus cũ oĩbus episcopis paratis: deducit reginam: coronam in capite, ⁊ sceptrũ in manu ferentẽ: mediã inter se et digniorẽ episcopum paratũ: supra soliũ, vbi stãs cũ mitra, vna cum eodẽ digniore episcopo intronizat eã in solio, dicẽs.

STa, ⁊ retine amodo locum tibi a deo delegatũ: per auctoritatẽ omnipotentis dei, ⁊ per pręsentẽ traditionẽ nostrã: omnium scilicet episcoporum: cęterorumq; dei seruorum, ⁊ quanto clerum sacris altaribus propinquiorẽ prospicis: tanto ei potentiorem in locis cõgruis: honorẽ impẽdere me

Metropolitanus cũ oĩbus episcopis ducit reginam mediã inter se ⁊ primum episcopũ paratũ ⁊ collocãt eam in sede sua eo dicente Sta ⁊ retine.

mineris:quatenus mediator dei et hominum:te mediatricem cleri et plebis in hoc regni solio cōfirmet, et in regnum eternū:secū regnare faciat: Jesus Christus dñs noster: Rex regum et dñs dominantium, Qui cū patre et spiritu sctō viuit. Deinde Metropolitanus:deposita mitra:ichoat,schola sequēte hym.



Te Deum laudamus.

Metropolitan⁹ stās sine mitra versus ad altare.

Qui totus dicit: put habet supra fol. 33. Quo incepto: Metropolitanus accedit ad dexterā reginę: ibi cōtinuo manens: vsq; ad finē hymni. Finito hymno: Metropolitan⁹ stās vt prius: iuxta reginā: sine mitra, dicit sup illā. ℣. Firmetur man⁹ tua:et exaltetur dextera tua. ℟. Justitia:et iudiciū: preparatio sedis tuę. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Finito hym. stās sine mitra metropolitanus dicit ℣. et orationes sup reginā sedentem.

Deus,q victrices Moysi manus:in oratione firmasti:qui quāuis etate languesceret: infatigabili sanctitate pugnabat: vt dū Amalech iniquus vincit: dū Prophanus nationū populus subiugat:exterminatis alienigenis: hereditati tuę possessio copiosa seruiret:opus manuū tuarū: pia nostrę orationis exauditione confirma: habemus et nos apud te sctē pater dñm saluatorē,qui ,p nobis manus suas extendit in cruce:per quē etiā precamur altissime,vt tua potentia suffragante, vniuersorū hostium frangatur impietas: populusq; tuus cessante formidine: te solū timere cōdiscat. Per eundem dominum nrm.etc. ℟. Amē.

Exo. 17.

Quibus finitis: Metropolitan⁹ cū episcopis paratis: reuertit ad sedē suam prope altare, et dicitur Halleluiah. vel Tractus. euangelium. et alia vsq; ad Offertorium. inclusiue. Quo dicto: Metropolitan⁹ sedet in faldistorio: ante medium altaris cū mitra, et regina a suis prelatis: magnatibus et alijs associata: venit ante Metropolitanū:corā quo genuflexa: offert ei aurum quantū sibi placet, et manū Metropolitani osculat. Deinde ad solium suū reuertit. Metropolitanus lauans manus: surgit: acceditq; ad altare, et prosequitur missam vsq; ad communionē: cū secreta dici dicitur ,p regina sub vno. Per dominum. Secreta.

Dicit hal. et euangeliū et offertorium in missa.

Dicto offerto. metropolitanus sedet cū mitra ante medium altaris et regina genuflexa offert ei aurū et manum eius osculatur.

Suscipe dñe preces et hostias ecclesię tuę: ,p salute famulę tuę N. Reginę nostrę supplicātis, et in protectione fidelium populorum: antiqua brachij tui operare miracula: vt superatis pacis inimicis: secura tibi seruiat christiana libertas. Per dominum nrm.

Pax datur reginę: per primum ex prelatis paratis: cū instrumento ad hoc ordinato. Postquam Metropolitanus se communicauerit de corpore et sanguine: et se purificauerit: antequam digitos abluat: Regina sine corona: et sine sceptro: de thalamo suo a suis dū taxat

Pax dat reginę.

Regina sine corona et sceptro veniēs ante altare facta cōfessione communicat.

tarat associata: accedit ad altare: genuflectit in supremo gradu altaris, et Metropolitano detecto capite ad eá verso, dicit regina: submissa (intelligibili tamen) voce.

Confiteor deo oipotenti. etc. Quo dicto: Metropolitanus adhuc eodem modo stans, dicit.

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis omnibus peccatis tuis: perducat te ad vitá eternam. ℟. Amen.

Indulgentiam: absolutioné, et remissioné: omniũ peccatorum tuorũ: tribuat tibi omnipotens, et misericors dominus. ℟. Amen.

Et manu dextra: signũ crucis super reginá producés: vertit se ad altare: accipitq; hostiá cósecratá: inter pollicé et indicé dextre manus, et cũ sinistra patená continuo supponit hostie, et conuersus ad reginam: cũ ipso sacramento format signum crucis: ante facié Regine, et eam communicat, dicens.

Corpus dñi nostri Jesu Christi: custodiat te, et perducat in vitá eterná. Regina antequá sumat sacramentũ: osculať manũ dextram Metropolitani, et sumpta cõione: et calice de manu Metropolitani se purificat, et purificata: ad thalamũ suũ reuertit: cũ suis, et venit. Metropolitanus veró patená cũ pollice dextre manus extergit diligéter sup calicé: ne quid de sacraméto sup ea remaneat: abluit etiá sup calicé digitos: ablutionem sumit, et accepta mitra: lauat manus, et pficit missam: cum post cõione, dici dicitur p Regina sub vno, Per dñm. Postcõmunio.

Regina osculať manum pótificis antequá recipiat communioné: postea purificať de manu metropolitani.

Deus, qui ad predicandũ eterni regni euangeliũ: romanũ imperiũ preparasti: pretéde famule tue N. regine nře: arma celestia, vt pax ecclesie: nulla turbeť tépestate bellorũ. Per dñm. In fine Metropolitanus dat bñdictioné solenné, qua data, oés vadũt in pace. Missa dicitur de die cũ cõmemoratione p regina electa: sub vna cõclusione, prout supra ordinatũ est.

Oratio dicenda sub vno p oés cuj prima post communione.

Finita missa metropolitanus dat solenné benedictioné.

DE BENEDICTIONE et coronatione Regis in consortem electi.

Cum auté regina ia pridie: vt regni dña: bñdicta et coronata: deinde cõsorté sibi elegerit: quẽ postea statuerit coronari. Ad dié ordinatam vocanť oés prelati regni: parant duo thalami: ac oía alia ordinant, prout supra in coronatione regis posita sunt. Die auté statuto: Metropolitano et prelatis in Ecclesia cóstitutis, et se vestientibus: Regina reginalib⁹ vestibus induta: et cũ corona in capite, et sceptro in manu, a suis associata, venit ad ecclesiá, et ascendit thalamũ suũ. Illis auté paratis, et suo ordiné sedentib⁹, vt supra in coronatione Regis ordinatum est. Regina de thalamo suo descendés cũ corona in capite, et sceptro in manu: venit corá Metropolitano: a quo facta cũ reuerétia, petit regé cõsorté suũ bñdici et coronari sub his verbis.

Regina petit regē coronari.

Reuerēde pater: postulamus vt consortem nostrum a deo nobis coniunctā: benedicere: & corona regali: decorare dignemini: ad laudē & gloriam saluatoris nr̄i. Deinde ad thalamū suū reuertit̄. Interim rex: vestibus militarib⁹ indutus: venit ad ecclesiam a suis prelatis domesticis nō paratis: ac comitib⁹ magnatib⁹ regni, & alijs associatus. Qui cū venerit prope presbyteriū: duo priores episcopi ex paratis: ei obuiā veniunt: & cū mitris capita illi aliquantulum inclinantes: ipsum vsq ante Metropolitanū deducunt: corā quo, rex birreto deposito: caput inclinans: humilē ei reuerētiā exhibet. Qua facta: prior episcoporū deducentiū: stās detecto capite, vsus ad metropolitanū, voce intelligibili, dicit. Reuerendissime pater: postulat sancta mater Ecclesia, &c. Et oia alia suo ordine fiunt: prout habetur supra sub prima rubrica, de benedictione & coronatione regis: vsq ad aliam rubricam, de coronatione reginę, quę hic omittitur: cum sit prius coronata.

Seruatur hic & deinceps mod⁹ q supra positus est in coronatione regia.

DE BENEDICTIONE NOVI MILITIS.

Miles creari & bndici potest: quacunq die, loco, & hora: sed si inter missarū solennia: creandus est: Pontifex in eo habitu in quo missam celebrauit: aut illi interfuit: in faldistorio ante mediū altaris: stās vel sedens: put cōuenit: finita missa id peragit. Si aūt extra diuina: in stola sup rochetū: aut superpellicium (si esset Pōtifex regularis) id facit. Et primo ensem, quem aliquis corā eo genuflexus: euaginatum tenet: stās detecto capite: benedicit: si non fit benedictus, dicens.

Bndictio ensis, quę fit stando, detecto capite.

Exaudi, quęsumus dn̄e, preces nostras, et hunc ensem: quo is famulus tuus circuncingi desiderat: maiestatis tuę dextera dignare benedicere; quaten⁹ esse possit defensor ecclesiarū: viduarum: orphanorū: omniumq deo seruientium: contra seuitiā paganorum: alijsq sibi insidiantibus sit terror et formido: prestans, ei ęque persecutionis, & iustę defensionis effectum. Per Christū dominum nr̄m. ℞. Amē. Oremus.

Benedic ✠ dn̄e scte: pater oipotēs: ęterne deus: per inuocationē sancti nois, & per aduentū Christi filij tui dn̄i nostri, & per donum sancti spiritus paracleti: hūc ensem, vt hic famulus tuus, qui hodierna die: eo tua cōcedente pietate, pcingitur: inuisibiles inimicos sub pedibus conculcet, victoriaq per omnia potitus: semp maneat illęsus. Per Chrm dn̄m nr̄m. ℞. Amē. Deinde dicit stās vt prius.

Benedictus dn̄s deus meus, q docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum. Misericordia mea, & refugiū meū: susceptor meus & liberator meus. Protector meus, & in ipso speraui: qui subdit populū meū sub me. Gloria patri, & filio, & spiritui scō. Sicut

Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semp ꝛ in secula seculoꝝ. Amē. ℣. Saluū fac seruum tuum dn̄e. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Esto ei dn̄e turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Domine sctē, pater omnipotens, eterne deus: qui cuncta solus ordinas, ꝛ recte disponis, qui ad coercēdam militiā reproborū ꝛ tuendā iustitiam, vsum gladii in terris: hominibus tua salubri dispositione permisisti: ꝛ militarem ordinem: ad populi protectionē: instituti voluisti: quiqz per beatū Johannē: militibus ad se in deserto venientibus, vt neminē cōcuterent: sed proprijs cōtenti essent stipendijs, dici fecisti: clemētiam tuā dn̄e suppliciter exoramus, vt sicut Dauid puero tuo: Goliā superandi largitus es facultatem, ꝛ Judā machabeum: de feritate gentium: nomen tuū nō inuocantiū: triumphare fecisti. Ita et huic famulo tuo, qui nouiter iugo militie colla supposuit: pietate celesti vires et audaciā: ad fidei ꝛ iustitie defensionem, tribuas: ꝛ prestes fidei, spei, ꝛ charitatis augumētum: ꝛ da ei timorem, pariter ꝛ amorem, humilitatem, perseuerantiā, obediētiam et patientiam bonam, ꝛ cuncta in eo recte disponas, vt neminem cum gladio isto: vel alio: iniuste ledat: ꝛ omnia cuz eo iusta, honesta, et recta defendat: ꝛ sicut ipse de minori gradu, ad nouum militie prouehitur honorem: ita veterem hominem deponens, cū actibus suis: nouū induat hominē, vt te timeat, ꝛ recte colat: perfidorum cōsortia vitet, et suam in proximum charitatem extendat: proposito suo in omnibus recte obediat: et suum in cunctis iuste officium exequatur. Per Chrm̄ dn̄m nr̄m. ℟. Amen.

Luce. 3.

j. Re. 17.

j. Ma. 7.

Tum ensez aqua benedicta aspergit. Si autē ensis sit prius benedictus, omnia predicta omittuntur.

Post hec Pontifex sedens cooperto capite: dat ensem nudum nouo militi: ante se genuflexo: in manum dextram, dicens.



Accipe gladium istum: in nomine pa✠tris, ꝛ fi✠lii, ꝛ spiritus ✠ sancti, ꝛ vtaris eo: ad defensionē tuā: ac sancte dei ecclesie, et ad confusionē inimicorū crucis Christi: ac fidei christiane: ꝛ quantum humana fragilitas permiserit: cum eo neminē iniuste ledas: quod ipse prestare dignetur, qui cum patre ꝛ spiritu sancto: viuit ꝛ regnat deus: p oia secula seculorū.

Bñdicto ense epus sedēs cum mitra nudus tradit militi.

Deinde Ensis in vaginam reponitur, et Pontifex cingit militem nouum: ense, dicens.

Sedēs cū mitra cingit nouū militem ense.

Accingere gladio tuo: super femur tuum potētissime. In noīe dñi nostri Jesu Chri, ⁊ attende, q̄ sancti non in gladio: sed per fidē vicerunt regna.

Hebr. 11.

Ense igit̄ accinctus miles nouus: surgit, ⁊ ensē de vagina educit, ⁊ euaginatū: ter viriliter vibrat, ⁊ sup brachiū sinistrum tergit, ⁊ in vaginā reponit. Tū pōtifex iterū ensē euaginatū i dextrā accipiēs: militē nouū ante se genuflexū: cū ipso ense euaginato: ter sup scapulas leuiter percutit: interim semel tantum, dicens.

Epūs gladiū iterū euaginatū accipiens ter sup scapulas noui militis cū eo leuiter percutit.

Esto Miles: pacificus: strenuus: fidelis, ⁊ deo deuotus.

Deinde reposito ense in vaginā: Pontifex manu dextra: dat nouo militi leuiter alapam, dicens.

Reposito ense epūs dat alapā leuē militi.

Excitaris a somno militię, et vigila in fidē Christi, ⁊ fama laudabili. Tū Pōtifex: dat nouo militi osculum pacis, dicēs. Pax tibi. Et milites astātes imponunt nouo militi calcaria, ⁊ Pōtifex sedens: capite cooperto, dicit aña.

Astantes ponūt calcaria nouo militi, et pōtifex dicit.

Speciosus forma pre filijs hominū: accingere gladio tuo: sup femur tuū potentissime. Surgit pōtifex, ⁊ v̄sus ad nouū militē: stās ⁊ detecto capite dicit. Oremus.

Stat Pōtifex detecto capite.

Omnipotens sempiterne deus, super hunc famulum tuū N. qui eminenti mucrone: circuncingi desiderat, gratiam tuę bene ✠ dictionis infunde, et eum dextrę tuę virtute fretum: fac cōtra cuncta aduersantia: cęlestibus armari presidijs, quo nullis in hoc seculo tēpestatibus bellorum: turbetur. Per Christum dñm nrm. R. Amen. His dictis: nouus miles osculatur manū Pontificis, ⁊ depositis Ense ⁊ calcaribus, vadit in pace.

Nouus miles osculat manū Pōtificis.

DE CREATIONE militis regularis.

Cum summus Pontifex committit aliquē creari: seu recipi in militē sancti Johānis Jerosolymitani: aut sancti Jacobi de spatha: vel scti Georgij: seu alterius ordinis militaris. Pontifex: cui creatio huiusmodi siue receptio: cōmissa est: In primis: debet interrogare diligenter creandū militē: an emiserit aliquod votum solēne: impediēs: quo minus possit ingredi, ⁊ assumere ordinē: quē intendit profiteri. Si dixerit: aliquod tale votum emisisse: nō debet cum eo: ad actum cōmissum procedi. Sin autē, Pōtifex creat eum militem: ordine suprascripto: tum imponit ei Crucē: siue spatham: aut aliud signum: siue habitū illum: quo milites illius ordinis quē intēdit profiteri, vti cōsueuerunt. Deinde: recipit ab eo adhuc genuflexo: professionem per tales emitti solitā votorum, ⁊ alias: sm morē illius ordinis siue militię, ⁊ iniungit ei, vt quoad vixerit: singulis diebus dicat. 150. Pater noster: vel plura: aut pauciora: secundum ordinis siue militię illius instituta.

Pontifex īterrogat militē an habeat votum aliquod religionis.

Epūs recipit milites regulares ad pfessionem: ⁊ imponit ei orationes dicendas.

Prime partis huius libri finis. Sequitur secunda.



DE BENEDICTIONE ⁊ impositione primarij lapidis, pro ecclesia ędificanda.

NEMO ecclesiam ędificet: priusq̄ Pontificis iudicio locus, ⁊ atriū designentur, et quid ad luminaria, quid ad rectoris: ministrorumq̃ stipendia sufficiat: quidq̃ ad ecclesię dotem pertineat, diffiniatur: ⁊ per eum, vel eius auctoritate: per sacerdotem, crux in loco figatur, ⁊ lapis primarius in fundamento ponatur. Pridie igitur: lignea crux in loco vbi debet esse altare figatur. Sequenti vero die: lapis in ecclesię fundatione ponendus, qui debet esse quadratus ⁊ angularis, benedici debet hoc modo. Pontifex: paratus supra rochetum, vel si sit religiosus: supra superpellicium, amictu, alba, cingulo, stola, ⁊ pluuiali albi coloris, ⁊ mitra simplici, ⁊ baculum pastoralem in sinistra tenens, stans cum mitra: in loco vbi ecclesia est fundanda: benedicit sal ⁊ aquam: ⁊ extensa dextra super sal: absolute, dicit.



Stando ⁊ cū mitra.

Exorcizo te creatura salis: per deum ✠ viuum: per deum ✠ verum: per deū ✠ sanctū: per deum qui te per Eliseum prophetam: in aquam mitti iussit, vt sanaret

retur sterilitas aque: vt efficiaris sal exorcizatum: in salutē credentium, et sis omnibus te sumentibus: sanitas anime et corporis: et effugiat atque discedat ab eo loco: in quo aspersum fueris: omnis fantasia et nequitia: ac versutia diabolice fraudis: omnisque spiritus immundus adiuratus: per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem. Deinde deposita mitra, dicit. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Stando et sine mitra

Immensam clementiā tuam omnipotēs eterne deus humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis: quā in vsum generis humani tribuisti, bene✠dicere et sancti✠ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus eā sumentibus salus mētis et corporis: et quicquid ex eo tactū vel respersū fuerit: careat omni immūditia: omnique impugnatione spiritualis nequitie: per virtutē dñi nři Jesu Chři, qui venturus est iudicare viuos, et mortuos, et seculū per ignē. ℟. Amē.

Tum accepta mitra: extēsa dextra super aquam: stās absolute, dicit.

Pontifex stās cū mitra benedicit aquā tenēs manū dextrā extensam sup eam et pastorale in sinistra.

Exorcizo te creatura aque: in nomine dei pa✠tris omnipotentis, et in nomine Jesu Christi fi✠lij eius: domini nostri: et in virtute spiritus ✠ sancti, vt fias aqua exorcizata: ad effugandum omnē potestatem inimici: et ipsum inimicū eradicare, et explātare valeas: cum angelis suis apostaticis: per virtutē eiusdē dñi nostri Jesu Christi, qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem. Deinde deposita mitra, dicit. ℣.

Stando et sine mitra

Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui ad salutem humani generis: maxima queque sacramenta: in aquarum substantia cōdidisti: adesto propitius inuocationibus nostris: et elemento huic multimodis purificationibus preparato: virtutē tue bene✠dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiēs: ad abijciendos demones: morbosque pellendos: diuine gratie sumat effectum, vt quicquid in domibus vel in locis fidelium, hec vnda asperserit: careat omni immunditia: liberetur a noxa. Non illic resideat spiritus pestilens: non aura corrumpens: discedant omnes insidie latentis inimici: et siquid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet: aut quieti: aspersione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem tui sancti nominis expetita: ab omnibus sit impugnationibus defensa: per virtutē domini nostri Jesu Christi, qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amen.

Pontifex accepto sale in dextrā: mittit illud in aquam: in modum crucis: semel, dicens.

Hec cōmixtio salis et aque: efficiat

Pontifex sal mittit in aquam in modum crucis.


ficiatur salutare sacramentum: In nomine pa✠tris, et fi✠lii: et spiritus✠ sancti. Quo facto: super sal et aquam, dicit ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, invicte virtutis auctor, et insuperabilis imperii rex: ac semper magnificus triumphator, qui adverse dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis sevitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas: te domine trementes et supplices deprecamur: ac petimus, ut hanc creaturam salis et aque dignanter aspicias: Benignus illustres, Pietatis tue more sancti✠fices, ut ubicunque aspersa fuerit: per invocationem tui sancti nominis: omnis infestatio immundi spiritus abiiciatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur, et presentia sancti spiritus: nobis misericordiam tuam poscentibus: ubique adesse dignetur. Per dominum nostrum etc. ℟. Amen.


Pontifex accipit mitram et schola cantat antiphonam et psalmum.

Tum Pontifex accipit mitram, et Schola cantat antiphonam et psalmum sequentes: Interim dum ea cantatur, Pontifex cum mitra aspergit locum ubi crux posita est: cum aqua per eum benedicta. Antiphona.






Signum salutis pone domine



In hoc loco isto, et non permit-



tas introire angelum percu-



tientem. E u o u a e. Psalmus.

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini.

Cor meum et caro mea: exultaverunt in deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum: ubi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus et deus meus.

Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrimarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorum in sion.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus Jacob.

Protector noster aspice deus: et re-

respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super millia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magisquam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: dñe virtutum beatus homo qui sperat in te. Gloria patri et. Sicut erat. et c.

Finitis añ. et ps predictis. Pontifex stās versus ad locū p cū asperſum: deposita mitra, dicit. Oremus.

Epus stās sine mitra. dicit sup locū asperſum.

Domine deus, qui licet celo et terra nō capiaris: domum tamen dignaris habere in terris: vbi nomen tuum iugiter innocetur: locum hunc, quesumus: beate Marie semp virginis, et beati N.

Hic nominat sanctū vel sanctā in cui9 nomine ecclesia fundanda est.

Nominando sanctū vel sanctā in cuius honorē atq nomē fundabit ecclesia: Omniūq sanctorū intercedentibus meritis visita, et per infusionē gratie tue: ab omni inquinamēto purifica: purificatūq conserua, et qui dilecti tui Dauid deuotionem, i filij tui Salomonis opere cōpleuisti: in hoc opere desideria nostra perficere digneris: effugiant q omnes hinc nequitie spirituales Per dñm. R. Amen.

ij. Re. 7.

Post hec stans adhuc sine mitra Pōtifex benedicit primariū lapidem, dicens V. Adiutoriū nostrū in nomine dñi. R. Qui fecit celū et terrā. V. Sit nomen dñi benedictum. R. Ex hoc nunc et vsq in seculum. V. Lapidem quē reprobauerunt edificantes. R. Hic factus est in caput anguli. V. Tu es Petrus. R. Et sup hanc petram edificabo ecclesiā meā. V. Gloria patri. R. Sicut erat. Oremus.

Pontifex sine mitra benedicit primarium lapidem.

Domine Jesu Christi fili dei viui, qui es verus omnipotens deus: splēdor et imago eterni patris, et vita eterna, qui es lapis angularis, de monte sine manib9 excisus, et immutabile fundamentum: hunc lapidem collocandum in tuo nomine confirma, et tu qui es principiū et finis, in quo principio: deus pater ab initio cuncta creauit: tis quesumus principium: et incrementum, et consummatio ipsius operis, quod debet ad laudem et gloriā tui nominis inchoari: Qui cum patre, et spiritu sancto, viuis et regnas de9: per omnia secula seculorū. R. Amē. Oremus.

Dan. 2.

Gen. 1.

Domine sancte: pater omnipotens: eterne deus: bene✠dicere dignare hunc lapidem: in fundamentum ecclesie: in honorem sancti N. Per dñm nostrum Jesum Christū filium tuum: lapidē angularē electū: pretiosum in fundamento fundamentum: de quo dicit apostolus: Petra autē erat Christus. Qui tecum, et cū spiritu sancto: viuit et regnat deus: Per omnia secula seculorū. R. Amen.

i. Petri. 2.

i. Cor. 10.

Tunc aspergit lapidē ipsum aqua benedicta, et accepto cultro: per singulas partes: sculpit in eo, signum crucis, dicēs. In nomine pa✠tris, et fi✠lij, et spiritus✠

sancti

sancti. Quo facto, dicit. Oremus.

Pontifex aspgit primariū lapidē aqua benedicta et cū cultello in singulis partibus lapidis sculpit signū crucis

Benedic domine creaturam istā lapidis, vt sit remedium salutare generi humano, et presta per inuocationem sancti nominis tui: vt quicunqȝ ad hanc ecclesiam edificandā, et perficiendā: pura mēte auxiliū dederint: corporis sanitatem et anime medelā percipiāt. Per Christum dñm nrm. ℟. Amen.

Deinde ponitur in terrā aliquod tapete, et desuper faldistorium: super quod Pontifex accepta mitra: accumbit. Tū dicitur Litania supra folio. 10. posita: vsqȝ ad finē qua finita: Pontifex deposita mitra surgit, et stans versus ad primarium lapidem, dicit. Oremus.

Pontifex recumbit sup faldistoriū positum super tapete et dicit litania.

Actiones nostras, quesumus domine, aspirando preueni, et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio et operatio: a te semper incipiat: et per te cepta finiatur. Per Christum dñm nrm.

Pontifex stans sine mitra sup primarium lapidē dicit.

Deinde parato cemento, et cementario assistēte. Pontifex cū mitra: inchoat schola psequente Añam.


Pontifex ponit primariū lapidem in fundamēto inchoās añaȝ schola psequēte ipsam et ps.



Mane surgens Jacob erigebat



lapidē in titulū fundēs oleū desuper: votum vouit domino:





vere locus iste sanctus est, et ego



nesciebam. E v o v a e. Ps.

Nisi dominus edificauerit domum: in vanū laborauerunt, qui edificant eam.

Nisi dñs custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucē surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini filij merces fructus ventris.

Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir, qui impleuit desiderium suū ex ipsis: nō confundetur cū loquetur inimicis suis in porta.

Gloria patri et filio et spiritui scō.

Sicut erat in principio et nūc. et c.

Quo dicto Pontifex stās cum mitra: tāgit et ponit ipsum primariū lapidem in fundamento, dicens.



In fide Jesu Christi collocamus lapidē istum primariū: in

Ep̄s stans cum mitra tangit primarium lapidē ⁊ posuit ipsum in fundamento.

in hoc fundamēto: In nomine patris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiri ✠ tus sancti; vt vigeat vera fides hic: et timor dei: fraternaqꝫ dilectio: ⁊ sit hic locꝰ destinatꝰ orationi, ⁊ ad inuocandū ⁊ laudandū nomē eiusdē dn̄i nr̄i Jesu Christi, Qui cum patre ⁊ spiritu scō viuit ⁊ regnat Deus: Per oīa secula seculorum.
Interim cementarius locat ipsum lapidē cum cemento: postea Pontifex spargit super lapidem aquā benedictam, dicens.

Cementarius collocat lapidē cū cemēto: ⁊ pontifex spargit super ipsum aquam dicens.

Asperges me dn̄e hyssopo ⁊ mundabor: lauabis me: et super niuem dealbabor. Psalmus.
Miserere mei deus secundū magnā misericordiā tuā. ⁊c.
Totus dicitur cū. Gloria patri, ⁊ filio et spiritui. Sicut erat. f.64.
Quo dicto Pōtifex, spargit aquā benedictā per omnia fundamēta: si sunt aperta: si non sunt aperta: circuit aspergendo fundamenta Ecclesie designata: hoc modo.
Incipiēs aspergere ⁊ circuire inchoat schola prosequente Añam.



Pontifex aspergit locum totum vbi fieri debēt fundamēta, et incipiens aspergere inchoat añ.




O quam metuendus est locus



iste: ve re non est hic ali



ud nisi domus de i et



por ta celi. E v o v a e. ps.
Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas sion super omnia tabernacula Jacob.
Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.
Memor ero Rahab ⁊ babylonis: scientium me.
Ecce alienigene et tyrus, ⁊ populus ethiopum: hi fuerunt illic.
Nunquid sion dicet homo, et homo natus est in ea: ⁊ ipse fundauit eam altissimus.
Dominꝰ narrabit in scripturis populorum: et principum horū, qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium: habitatio est in te.
Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui scō.
Sicut erat ⁊c. Et repetita añ. Interim aspergendo pcedit vsqꝫ ad tertiā partē fundamentorū apertorū: seu designatorū: vbi subsistit: ⁊ repetita añ. Pontifex stās ibidē deposita mitra, dicit. Oremus.
Et ministri. Flectamꝰ genua: Le.
Omnipotēs ⁊ misericors deꝰ, qui sacerdotibus tuis tantā

pre

Pontifex cũ mitra aspergẽdo pcedit vsq ad tertiã partẽ fundamentorũ designatorũ et ibi stãs sine mitra dicit.

pre ceteris gratiã cõtulisti: vt quicquid in tuo nomine digne perfecteq3 ab eis agit: a te fieri credat: quesumus immensam clementiã tuã: vt quicquid modo visitaturi sumus: visites: ꝛ quicquid benedicturi sumus: bñdicas: sitq3 ad nostre humilitatis introitũ: sanctorum tuorum meritis fuga demonu3: ꝛ angeli pacis ingressus. Per Christum dñm nostrũ. ℟. Amẽ.

Deide ichoat schola psequẽte añ.



Pontifex ichoat añ. schola psequente.

Pax eterna: ab eterno: huic



domui. Pax perennis: verbũ



patris: sit pax huic domui.



pacem pius consolator: huic



prestet domui.

Interim Põtifex accepta mitra: aspergẽdo pcedit vsq ad aliã tertiã partẽ fundamentorũ apertorum: seu designatorũ: ibidẽ subsistẽs: ꝛ finita añ. stãs cũ mitra, dicit.

Omnipotentẽ deum fratres charissimi: in cui9 domo multe sunt mãsiones: supplices deprecemur, vt locu3 istum nomini suo edificãdum: p serenissimã pietatẽ suã: benedicere: sanctificare: ꝛ consecrare dignetur. Per dñm nrm Jesum Christũ: qui cũ patre ꝛ spiritu sancto viuit et regnat Deus: per oia secula seculorũ. ℟. Amẽ.

Pontifex cũ mitra oĩa añ. conuertitur aspergit ad aliã tertiã partem fundamentoꝝ designatoꝝ ꝛ dicta añ. stans sine mitra dicit.

Deide ichoat schola psequẽte añ.



Pontifex incboat añ ꝛ schola psequit ipsam ꝛ ps.

Bene fundata est domus do



mini: supra firmam petram.



E v o v a e. Psalmus.

Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Jerusalem.

Jerusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascẽderunt tribus tribus domini testimonium Israel: ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum David.

Rogate que ad pacẽ sunt Jerusalem: ꝛ abundantia diligẽtibus te.

Fiat pax in virtute tua: ꝛ abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te.


Pro-

P ropter domum domini dei no strí:quęsiui bona tibi.
G loria patri & filio & spiritui scõ.
S icut erat &c. Et repetitur añ. Interim Põtifex aspergẽdo procedit p vltimã tertiam partẽ fundamentorũ apertorũ seu designatorũ:reuertẽs ad locũ in quo lapidẽ imposuit:vbi repetita añ: stãs deposita mitra,dicit. O remus. Et ministri Flectamus genua:Leua.

Pontifex cũ mitra aspgit tertiã partẽ fundamentorũ designatorũ et redit ad locũ in quo lapidẽ posuit.

D Eus,qui ex omni cooptatione sanctorũ ęternũ maiestati tuę condis habitaculũ:da ędificationi tuę:incremẽta cęlestia: vt qđ te iubente fundatur: te largiente perficiatur. Per Christum dñm nostrũ. ℟. Amen. Subsequẽter Pontifex ibidem stãs: sine mitra: inchoat schola prosequente hym.

Pontifex ibidẽ stãs sine mitra inchoat schola psequente ipsum totũ.



V eni crea tor spiritus.
Et dicit totus:put habet s.fo.19. Quo inchoato:Põtifex genuflectit vsque ad finem primi versus. Tunc surgit stans detecto capite: vsq3 ad finẽ hym.: quo finito dicit.

Pontifex post ichoationẽ hymni genuflectit et sic manet dũ prim9 versus dicit si ne mitra.

D Escendat, q̃sumus dñe de9: spiritus tuus sanctus:super hanc domũ ędificandã, qui & populi tui dona sanctificet, et ipsius corda purificet. Per Christũ dominum nr̃m. ℟. Amẽ. O remus.

D Eus,qui in omni loco dominationis tuę: benignus exauditor & constructor: existis: exaudi nos, quęsumus, & pręsta:vt inuiolabilis huius loci permaneat constructio: et beneficia tui muneris: vniuersitas:q̃ tibi supplicat: percipere mereatur. Per dominum nostrum Jesum, &c. ℟. Amen. Hoc facto:accepta mitra Pontifex: si placet:sedens ibidem in faldistorio:exhortatur populum:ad contribuendũ pro structura ecclesię nouę,& alijs opportunis. Deinde dat bñdictionẽ solennẽ, dicẽs.

S it nomen dñi benedictum, &c. Et in fine: concedit indulgentias. His expletis: si velit, parat se ad celebrandũ missam in dicto loco: de sancto: in cuius nomine ecclesia fundatur.

Pontifex dat bñdictionẽ & indulgentiã & si vult celebrat dicẽs missaʒ de sctõ in cui9 honore fundat ecclesia.

DE ECCLESIE DEDICAtione,seu consecratione.

E cclesiarum cõsecrationes:quãuis omni die de iure fieri possint: decentius tamẽ in dñicis dieb9: vel sanctorum solennitatibus fiunt.

¶ Quãdo autẽ ecclesia fuerit dedicanda:debet archidiaconus pręnunciare clero & populo: quibus est ecclesia consecranda:vt prius q̃ consecretur ieiunẽt. Idẽ faciat Põtifex q eã consecrare debet. Sicut enim ait btũs Leo in epistola ad Diolcorum. Is qui Põtificẽ:presbyterum:vel diaconũ: benedicturus est,& etiã is qui benedicit:ieiunare debẽt,multo magis in tanta: & tam sancta solennitate:etiã cõsecrans:& qui petunt sibi ecclesiã consecrari: ieiunare tenenť. Sane pręcedenti sero ante diẽ dedicationis:Pontifex parat reliquias,in altari consecran.

Ecclesiarum dedicationes decentius in oĩbus dñicis et festiuis celebrantur

Pontifex cõsecrans & ecclesias debet pręcedenti die ieiunare.

Pontifex precedēti die porat reliquias in decenti vase eas collocans cū tribus granis thu ris ⁊ carta la de pergameno.

crando includendas: ponens eas in decēti et mundo vasculo: cū tribus granis thuris: ponit etiā in eo chartulā de pgameno: scriptā de grossa litera: continentē cuiusmodi reliquię sint ibi inclusę: ⁊ ad cuius sancti honorem ⁊ nomē: ecclesia ipsa ⁊ altare dedicant: nomē cōsecratoris. Indulgentiam quā in anniuersario dedicationis die cōcedit: annum quoqꝫ: diē: ⁊ mensem qbus dedicat: sub hac forma.

Forma cō scribēda i chartula.

M.cccclxxxv. die. 3. mēsis ianuarij. Ego. A. Episcopus pictinus cōsecraui ecclesiā: et altare hoc: in honorem sancti N. ⁊ reliquias beatorum martyrū N. ⁊ A. in eo inclusi: singulis Christi fidelibus: hodie vnū annum: ⁊ in die anniuersario cōsecrationis huiusmodi: ipsā visitantibus. 40. dies de verā indulgentia: in forma ecclesię consueta: cōcedens. Sigillās ipsum vasculum diligenter: ⁊ illud in mūdo ⁊ honesto loco: vel sub tētorio: ante fores ecclesię cōsecrandę parato: ponens: ⁊ super ornatū feretrum honeste collocās: cū duob⁹ candelabris ⁊ luminaribus ardentib⁹.

Matutinę cantandę sunt de sanctis quorum reliquę sunt condendę.

¶ Celebrādęqꝫ sunt vigilię ante reliquias ipsas: ⁊ canēdi nocturni ⁊ matutinę laudes: in honore sanctorum quorum reliquię sunt condēdę: imagines vero: cruces: ⁊ alia: ipsa nocte remaneāt in ecclesia cōsecranda. In mane vero dici qua cōsecratio fieri debet: parantur in ecclesia: quę ad dedicationē ecclesię ⁊ altaris sunt necessaria: videlicet: Sanctum chrisma in vasculo

Que pars da sunt ę ecclesia cō secranda.

Sanctum chrisma.

⁊ ampulla. Oleum sanctum catecumenorum: etiam in vasculo et ampulla. Duę libre thuris, vel circa: cuius medietas sit in granis. Thuribulū cū nauicula: ⁊ cochleari. Uas cū prunis ardentib⁹. Uas cum cinerib⁹: pro quātitate ecclesię. Uas cum sale. Uas vini. Aspersoriū factū de herba hyssopi. Mātilia ex tela grossa: ad extergendi altaria quoties expedierit. Coopertura linea cerata: ad mensurā altaris: pro quolibet altari consecrādo: quinqꝫ cruces paruę etiam pro quolibet altari consecrādo: factę de candelis cerę subtilibus. Aliquę spatulę lignęę parue: ad abradendum de altari: combustiones candelarum: ⁊ thuris. Uas: in quo ipse rasurę deponantur. Calx: Arena, siue tegula trita: ad faciendum cęmentum: pro liniendo sepulchrum reliquiarū: et iuncturam mensę altaris: cum stipite. Cęmētarius: qui hoc agat. Duo intortitia accensa: quę semp pcedāt pōtificē: quocūqꝫ ierit. Uasa cū aqua ad abluēdas man⁹ pōtificis: quotiescumqꝫ expedierit: ⁊ medulla panis: ac mantilia pro extergēdis manib⁹. Duę libre bombicis, vel stuppę subtilis: ꝑ extergendis crucibus vnctis: quę fiūt in parietibus ecclesię: et in stipite altaris. Duo vasa cum aqua bndicēda: vnū extra ecclesiam: ⁊ aliud intus in presbyterio. Tobalee nouę mundę: ⁊ vasa ac ornamēta ad cultū dei: ⁊ ecclesię ⁊ altaris: postquam cōsecrata fuerint: pertinentia

Oleū catecumenorū.
Duę libre thuris.
Thuribulum.
Aqua: vinum: cinis: ⁊ sal.
Aspersorius hyssopi.
Cruces factę ex candelis.
Spatulę lignee.
Duo intortitia.
Uasa cū aqua.
Duę libre bombicis vel stuppe
Tobalee nouę.

12\. cruces in ecclesia pungãtur

tia: benedicẽda. Item depingant in parietibus ecclesię intrinsecus: per circuitum: duodecim cruces: circa decem palmos: sup terram: videlicet tres: ꝑ qualibet: ex quatuor parietibus. Et ad caput cuiuslibet crucis: figat vnus clauus: cui affigatur vna candela vnius vncię, vel circa. Scala vel aliud edificium: sup quo ascẽdens Pontifex: possit attingere ipsas duodecim cruces.

Fontes ecclesię debent esse mundi et vacui.

Fontes ecclię: in qbus cõseruat aqua bñdicta: vacui sint ꝛ bene mũdi. Et ꝓuideat, ꝙ ecclesia possit exterius libere circuiri.

Prouideatur ꝙ ecclesia exterius possit circuiri. Epõs in habitu quotidiano sedens ante altare ꝓnũciat populo in cuius sancti honorẽ illa ecclesia sit consecranda.

¶ Interim autem dum pręmissa parãtur: Pontifex in suo habitu quotidiano: venit ad ecclesiã: ꝛ sedens ante altare consecrandum: annuntiat populo: in cuius sancti honorem ꝛ nomẽ: ecclesia est dedicanda: ꝛ quorum sanctorum reliquię sunt in altari recondendę. Quo facto: ordinat in ecclesia cõsecranda: quę ordinanda sunt: ꝛ ei⁹ iussu accẽdunt pręmissę duodecim candelę: et faldistorium ornatum ponitur supra tapetem in medio ecclesię: et mox Pontifex exit ecclesiam: cunctis inde exire iussis: vno tantum diacono: amictu: alba: cingulo: et stola parato: intus remanente: ꝛ ecclesię fores clauduntur.

Accẽduntur in ecclesia 12. candelę ante cruces. Pontifex cum omnibus exit ecclesiam vno solo diacono ibi relicto: et portę clauduntur.

¶ Tunc Pontifex: cũ clero ꝛ populo: accedit ad locum vbi pridie reliquię positę fuerunt: ꝛ ibi incipit ꝛ dicit voce submissa: cum clericis: septẽ psalmos cũ añ. Ne reminiscaris ꝛc. Sine litania: quos require supra. fol. 53. Induẽs interim amictũ: albam: cingulũ ꝛ stolam: et pluuiale albi coloris: sine manipulo: accipiens mitram: simplicẽ in capite: ꝛ baculũ pastoralẽ in manum sinistram. Alter quoq3 diaconus: parat similiter amictu: alba: cingulo: ꝛ stola. Subdiaconus etiã amictũ: albã: ꝛ cingulum induit. Acoliti et alij ministri: superpellicijs parantur. Quib⁹ omnibus sic paratis: et pręmissis septẽ psalmis expletis: redeunt ante fores ecclesię cõsecrandę: ꝛ parato ibi alio sup tapetem faldistorio: Pontifex stans sine mitra: inchoat: ꝛ schola prosequitur añam.

Expletis septẽ ps. pontifex ad fores ecclesię stãs sine mitra icboat añ.



Adesto deus vnus omnipo-



tens pater et filius et spiri-



tus sanctus. Deinde dicit stans eodem modo. Oremus.

Pontifex dicit orationem.

Actiones nostras, quęsumus dñe, aspirando pręueni: ꝛ adiuuando prosequere: vt cũcta nostra oratio ꝛ operatio a te semper incipiat: ꝛ per te cępta finiat. Per Christum dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Qua dicta Pontifex accepta mitra: ꝓcumbit supra faldistoriũ ibidem pręparatum: ꝛ cantores incipiunt Litaniam, supra fol. decimo positam: ꝛ eam ꝓsequuntur vsq3 ibi

Dicta oratione pontifex ꝓcũbit cũ mitra sup faldistorium Ibi parata ꝛ incipiũt litaniam ꝛ ꝓsequuntur vsque dũ dicitur Ab omni malo.

ibi. Ab omni malo libera nos d\[n\]e exclusiue. Tunc surgens Pontifex ab accubitu: ꝛ stans cũ mitra: benedicit ibidẽ: vel sub tentorio aquã ꝛ sal simpliciter: extensa dextra sup sal: absolute dicẽs. Exorcizo te creatura salis. Prout habetur supra in Benedictione primarii lapidis. folio. 101. Expleta aquę benedictione: Pontifex stãs sine mitra: aspergit se ꝛ circumastantes cum illa: inchoans schola prosequente Antiphonam.



Pontifex stans sine mitra aspergit se ꝛ circumastantes aqua bñdicta ꝛ incipit añ.

Asperges me domine hyssopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor.

Incepta añ. epũs cũ mitra stãs ante fores ecclesię incipit circuire ecclesiã ad manũ dexterã ꝛ procedẽs aspergit parietes forinsecus alte ꝛ cęmeteriũ semper dicens in nomine patris ꝛc.

Qua incepta: imposita sibi mitra stans ante fores ecclesię: precedentibus ipsum duobus acolitis: cũ candelis accensis: incipit circuire ad manũ dextrã: procedẽs cũ clero ꝛ populo: ꝛ aspergẽs cum ipsa aqua forinsecus parietes ecclesię in superiori parte earũ: ꝛ cęmeteriũ: dicẽs semp. In noĩe patris ✠ ꝛ filij ✠ ꝛ spiritus ✠ sancti. Interim finita dicta añ schola cãtat R̷.

Finita añ. schola cãtat R̷.

Fundata est domus domini: super verticem montium: et exaltata est super omnes colles: et venient ad eam omnes gentes. Et dicent gloria tibi domine. V̷. Venientes autem

Pôti. O ij ve

venient cum exultatio ne por

tantes ma ni pulos su

os. Et di cent.

Expleto circuitu: pōtifex ꝑueni ante ostium: stās ibidē versus ad ostium: deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri Flectam⁹ ge. L.

Expleto circuitu pōtifex ꝑueniēs ante ostiū ecclesię: stans ibidē sine mitra versus ad ostium dicit.

Omnipotēs sempiterne de⁹: q in oī loco dñationis tuę tot⁹ assistis ꝛ tot⁹ oparis: adesto supplicationib⁹ nřis: ꝛ hui⁹ domus, cuius es fundator: esto ꝓtector: nulla hic neqtia ꝯtrarię potestatis obsistat: sed ṽtute spūs sancti operante: fiat hic semp purū seruitiū: ꝛ deuota libertas. Per chřm dñm nr̄m. R. Amē. Quo dicto pōtifex: accepta mitra: ad ostiū ecclię appropinquās: ꝑcutit semel: cū inferiori parte baculi pastoralis: sup liminare ipsius ostij: dicēs itelligibili voce.



Tollite portas principes vestras: ꝛ eleuamini portę ęternales: et introibit Rex glorię. Diaconus intus existēs dicit alta voce. Quis est iste Rex glorię. Pontifex respondet. Dominus fortis ꝛ potēs: dñs potēs in prelio. Deinde Pontifex iterū circuit ecclesiam: cū clero ꝛ populo: incipiēs ad candē manū dextrā: aspergendo parietes iuxta fundamentum ipsarū: ꝛ cemeteriū: dicēs semper. In noie pa✠tris ꝛ ✠ filij ꝛ spūs san✠cti. Interi schola cātat R.

Pontifex cuꝫ mitra stās percutit cū baculi pastoralis parte inferiori sup luminare ostij dicēs.

Pontifex iteꝝ circuit ecclesiaꝫ ad manuꝫ dextrā incipiēs: ꝛ aspgit parietes ecclesię: iuxta fundamentum ꝛ cemeterium dicēs semper In nomine patris. ꝛc.

Benedic domine domum

istam quā ędi ficaui nomi

ni tu o. Venientium in

loco i sto. Exaudi preces

in excelso soli o glo rię

tu ę. V. Domine si

con



Exau di preces.

Expleto secũdo circuitu reuertit ad fores ecclesię et sine mitra his dicit.

Expleto circuitu: Pontifex perueniẽs ante ostium: stans ibidem versus ad illud: depositã mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Omnipotẽs sempiterne deus: qui per filiũ tuũ: angularem scilicet lapidẽ: duos ex diuerso venientes: ex circuncisione: & preputio: parietes: duos greges ouium: sub vno eodemque pastore vnisti: da famulis tuis: per hec nostrę deuotionis officia: indissolubile vinculum charitatis: vt nulla diuisione mentium: nullaq; peruersitatis varietate sequestrentur: quos sub vnius regimine pastoris: vnus grex continet: vniusq; te custode ouilis septa cõcludunt. Per Christum dominum nostrũ. ℟. Amẽ.

Tũ accepta mitra: appropinquãs iterum ad ostiũ: percutit secundo: cum baculo pastorali: super liminare: dicens simili voce: vt prius.

Pontifex accepta mitra percutit super liminare ostij.

Tollite portas principes vestras: & eleuamini portę eternales: et introibit Rex glorię.

Diaconus intus existens, dicit.

Quis est iste rex glorię? Põtifex respõdet. Dominus fortis & potens: dominus potens in prelio.

Pontifex tertio circuit ecclesiam incipiens a sinistra & procedit aspergendo parietes i media parte eorum & cemeterium semp dicẽs In noie &c.

Deide circuit tertio ecclesiã: cũ clero & populo: incipiẽs ad sinistram manũ: pceditq; aspergẽs exteri9 cũ eadẽ aq: parietes in media parte earũ: & cemeteriũ: dicens semp. In nomine pa✠tris & fi✠lij & spiritus ✠ sancti.

Interim schola cantat rñsorium.





Expleto cãtu: ⁊ circuitu: cũ Pontifex peruenerit ante ostium: stās ibidem versus ad illud: deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri Flectamus genua. Leuate.

Expleto cãtu ⁊ circuitu pontifex ante ostium reuersus dicit stās sine mitra orationem.

Omnipotēs ⁊ misericors de⁹: qui sacerdotibus tuis tantam p̄re ceteris gratiam contulisti: vt quicquid in tuo nomine: digne perfecteqʒ ab eis agitur: a te fieri credatur: q̄sumus immensam clementiã tuã: vt quicquid modo visitaturi sumus, visites: ⁊ quicq̄d benedicturi sumus, bñdicas: sitqʒ ad nostrę humilitatis introitum: sanctorũ tuoꝝ meritis fuga demonũ: ⁊ angeli pacis ingressus. Per Christum dñm no. R. Amē. Tũ accepta mitra: appropiquãs tertio ad ostiũ ecclesię: percutit iterũ sup liminare: cũ baculo pastorali dicēs.

Pontifex cũ mitra tertio appropiquãs ostio cum baculo pastorali percutit superliminare ostij.

Tollite portas principes vestras: ⁊ eleuamini portę eternales: et introibit Rex glorię. Diaconus intus existens, dicit. Quis est iste rex glorię? Pontifex: ⁊ vniuersus clerus: respōdet. Dñs virtutũ: ipse est rex glorię. Adijciētes. Aperi. Aperi. Aperi. Pontifex facit crucem: super liminare ostij: cum inferiore parte baculi pastoralis: dicens.



Ecce cru ✠ cis signum: fugiant phantasmata cuncta. Et aperto ostio: intrat ecclesiam: solus cũ ministris clericis ⁊ choro, ⁊ cementarijs: q collocare ⁊ linire debent lapidē: sup sepulchrũ reliquiaꝝ: ⁊ mēsam altaris: si est remota aut separata a stipite: dimisso ab extra clero ⁊ populo: et clauso ecclesię ostio post eos. Ingressus autē Pōtifex ecclesiã: dicit intelligibili voce. Pax huic domui. Et diacon⁹ q est intus: rñdet. In introitu vestro. Et oēs dicũt Amē. Tũ schola siue cãtores cãtant aiã.

Pontifex facit signũ crucis sup liminare cũ baculo pastorali dicēs. Ecce crucis. et aperto ostio itrat ecclesiã solus cũ clericis ⁊ cementarijs.


Epus ingressus dicit pax huic domui ⁊ diacon⁹ de intus respondet.

Schola cantat etiam Pax.



Quā dicta cantāt etiā sequētē aū.





Hęc dū cantant:Pontifex procedit vsq ad mediū ecclesię:vbi faldistoriū paratū est: et expletis prędictis aūis:deposita mitra:flexis ibi genib⁹:versus ad altare maius: inchoat schola psequēte hymnū.

Dum aū. cantatur. pōtifex pcedit ad faldistoriū i medio ecclesię positum e cātatio aūis genuflex⁹ vsus altare maius incipit hymn.



Et dicit totus:prout habet s. fol. 19. Finito primo versu:surgit pōtifex: et stat vsq ad finē sine mitra. Interim vnus ex ministris: spargit cinerem per pauimētum ecclesię:in modū crucis: faciendo ex eo lineas duas: quamlibet latitudinis fere vnius palmi:vnam ab angulo ecclesię ad sinistrā manū:per principalem portā intrātis:ad angulū transuersum illius:idest dextrū intrantis:ad caput ecclesię: et aliam ab angulo ecclesię:ad dextrā manū intrantis: ad angulū transuersum illius:idest sinistrū ipsius: ad caput Ecclesię: vel si ecclesia sit magna:fieri possunt loco primę lineę. 24. Areolę:ęquali spatio distantes: ex cinere: et loco secundę. 23. Finito hymno:Pontifex accepta mitra: accūbit super faldistoriū:et schola iterū incipit et prose

Finito primo versu hymni surgit pōtifex et stat sine mitra vsq ad terminationem hymni. Interim spargitur cineres p ecclesiā in modū crucis ab angulo in angulum ecclesię in latitudie vnius palmi.

Finito hym. epus pcumbit sup faldistoriū cū mitra et dicit litania.

quitur litaniā: in qua in suo loco nominet bis sanctus ille: in cuius honore et noie eccl'ia vel altare edificat: et eorū quorū reliquie includunt. postq̄ autem dictum fuerit. Ut obsequiū servitutis nostre rationabile facias. Te rogam'. Pontifex se ab accubitu erigens: et baculum pastoralem in sinistra tenens: dicit in eodem tono.

Bis nominatur sanctus in cuius noie ecclesia est dedicanda et eorum quorum reliquie ibi includuntur.

Ut locū istum visitare digneris. ℟. Te rogamus audi n. Secundo, dicit. Ut in eo angelorum custodiam deputare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Deinde dexterā in altū extendens: producit cōmuniter super Ecclesiā et altare consecrādum: ter successive signum crucis, dicens primo.

Pontifex surgit et dicit versus sequentes stans cum mitra.

Ut ecclesiam et altare hoc: ad honorē tuum: et nomen sancti N. cōsecranda: bene ✠ dicere digneris. ℟. Te rogam' audi n. Secūdo, dicit. Ut ecclesiā et altare hoc ad honorē tuum: et nomē sancti N. cōsecranda: bene ✠ dicere: et sancti ✠ ficare digneris. ℟. Te rogam' audi nos. Tertio, dicit. Ut ecclesiam et altare hoc ad honorem tuum: et nomen sancti N. consecranda: bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare: et cōse ✠ crare digneris. ℟. Te rogamus audi nos.

Deinde dexterā in altū producit signum crucis sup ecclesiā et altare put est signatū in textu.

Quo facto: iterū accumbit super faldistorium: schola Litaniā resumente, et perficiente: qua finita ab accubitu surgit: deposita mitra: et stās ibidē versus ad altare maius: dicit intelligibili voce. Oremus. Et ministri. Flectam' ge. Levate.

Iterū pontifex accūbit sup faldistoriū.

Magnificare, quesumus dn̄e deus noster: in sanctis tuis: et hoc in tēplo tibi edificato apparere: ut q̄ cuncta in filijs adoptionis operaris: ipse semper in tua hereditate lauderis. Per Christum dn̄m. ℟. Amen. Alia oratio. Oremus.

Epūs stās sine mitra versus ad altare maius dicit.

Preveniat nos, quesumus domine, misericordia tua: et intercedentibus omnibus sanctis tuis: voces nostras clementia tue propitiationis anticipet. Per Christum dominū nostrum. ℟. Amē. Finitis orationibus schola incipit et prosequitur Antiphonam.

Finitis orationibus schola incipit et prosequitur ant.



O quam metuendus est locus



iste: ve re non est hic ali



ud nisi domus de i et



por ta celi. E v o v a e. Ps. Benedictus dn̄s deus israel: quia visitavit et fecit redemptionem plebis sue. Repetit tota an̄. Et erexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui. Repetitur tota Antiphona: ut prius. Sicut locut' est per os sanctorū: q a seculo sunt prophetarum eius.

Completa an̄ incipit canticum Bn̄dictus et post singulos versus cantici repetit an̄.

℟e

Repetitur iterum aña: vt prius. Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos. Iterum repetitur antipho. Ad faciendam misericordiā cum patribus nostris: ꝛ memorari testamenti sui sancti. Repetitur aã. Iusiurandum quod iurauit ad Abrahā patrē nostrum: daturum se nobis. Repetitur iterum aña. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati: seruiamus illi. Iterum antiphona repetit. In sanctitate ꝛ iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris. Repetitur vt prius Antiphona. Et tu puer Propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Antiphona repetitur vt prius. Ad dandam sciētiam salutis plebi eius: in remissionē peccatorum eorum. Repetitur vt prius aña. Per viscera misericordie dei nr̄i: in quibus visitauit nos oriens ex alto. Antiphona repetit̄ vt prius. Illuminare his q in tenebris ꝛ in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros: in viā pacis. Repetit̄ vt prius aña. Gloria pr̄i ꝛ filio. vt prius aã. repetit̄. Sicut erat. Tandē iterū aña repetitur.

Interim dū premissa cantantur: Pōtifex accepta mitra: incipiēs ab angulo eccl'ie: ad sinistrā intrātis: ꝑut supra linee facte sunt cū extremitate baculi pastoralis: scribit sup cineres: alphabetū grecū: ita distinctis literis: vt totum spatiū occupēt: his videlicet.

Dum premissa cantant̄ pōtifex cū mitra ꝛ baculo pastorali format alphabetū grecum totū incipiens ab angulo ad sinistram intrantis.

Α · Β · Γ · Δ ·
Ε · Ζ · Η · Θ ·
Ι · Κ · Λ · Μ ·
Ν · Ξ · Ο · Π ·
Ρ · Σ · Τ · Υ ·
Φ · Χ · Ψ · Ω ·

Deinde simili modo: incipiēs ab angulo eccl'ie ad dexterā intrātis: scribit alphabetū latinū: sup cineres: distinctis literis: his videlicet.

Similiter incipiens ab angulo ecclesie ad dextrā intrantis scribit alphabetū latinum.

A · B · C · D ·
E · F · G · H ·
I · K · L · M ·
N · O · P · Q ·
R · S · T · V ·
X · Y · Z ·

Post hec Pontifex: cū mitra accedit versus altare maius cōsecrandum:

dū:⁊ diſtans ab illo ſpatio cōgru/enti: depoſita mitra genuflectit: ⁊ genūflexus cōpetenti voce, dicit.



Deus in adiutoriū meū intēde

Quo dicto: Pontifice ſurgente chorus reſpondet.



Dñe ad adiuuandū me feſtina.

Tum Pontifex ſtans ſine mitra: in eodem loco, dicit.



Glori a patri et fi lio: ⁊ ſpiri



tui ſancto.

Chorus reſpondet.



Sicut erat in principio ⁊ nūc ⁊



ſemp: ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amen. ſine Haleluiah. Et id: eiſdē mo/do ⁊ loco ſecūdo ⁊ tertio fit: voce ſemper altius eleuata: quibus di/ctis Pontifex ſtans in eodem lo/co cum mitra benedicit aliā aquā cum ſale: cinere: ⁊ vino: incipiens abſolute exorciſmum ſalis.

Idem fiat ſecundo ⁊ tertio loco voce ſemp altius eleuata.



Pontifex in eodē loco ſtās cum mitra bñ/dicit aquā cū ſale ci/nere ⁊ vino.

Exorcizo te creatura ſalis: in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti: qui apoſtolis ſuis ait: Vos eſtis ſal terre: ⁊ per apoſtolum di/cit. Cor veſtrū ſit ſale cōditum: vt ſancti✠ficeris ad conſecrationē huius eccleſie ⁊ altaris: ad expel/lendas omnes demonum tenta/tiones: ⁊ omnibus q ex te ſumpſe/rint: ſis anime ⁊ corporis tutamen/tum ⁊ ſanitas: protectio ⁊ cōfirma/tio ſalutis: Per eundem dñm no/ſtrum: Jeſum Chrm filium tuum: Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos et ſeculum per ignem. Deinde depoſita mitra dicit. Dñs vobiſcū. R. Et cū ſpū. Oremus.

Mat. 5. Col. 4.

Domine deus: pater omnipo/tens: qui hanc gratiā: celitus ſali tribuere dignatus es: vt ex illo poſſint vniuerſa condiri: que ho/minibus ad eſcam procreaſti: be/ne✠dic hanc creaturam ſalis: ad effugandum inimicum: et ei ſalu/brem medicinā immitte: vt pficiat ſumentibus: ad anime ⁊ corporis ſanitatē. Per Chriſtū dñm nrm. R. Amē. Tū aſſumpta mitra di/cit abſolute exorciſmum aque.

Sine mitra.

Exorcizo te creatura aque: in nomine dei pa✠tris: ⁊ fi✠

Pontifex ſtās cū mitra benedicit aquas.

lij z spiritus ✠ sancti: vt repellas diabolum a termino iustorum: ne sit in vmbraculis huius ecclesię: z altaris. Et tu domine Jesu Chre: infunde spiritũ sanctũ in hanc ecclesiã tuã z altare: vt proficiat ad sanitatẽ corporũ animarũq; adorantiũ te: z magnificetur nomẽ tuũ in gentibus: z increduli corde cõuertantur ad te: z nõ habeãt aliũ deum preter te dñm solũ: qui venturus es iudicare viuos et mortuos: z seculũ per ignẽ. ℟. Amẽ.

Deinde deposita mitra, dicit. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine deus: pater omnipotens: statutor omniũ elementorũ: qui per Jesum Christum filium tuum: dñm nostrum: hoc elementum aquę in salutem humani generis esse voluisti: te supplices deprecamur: vt exauditis orationibus nostris: eam tuę pietatis aspectu sancti ✠ fices: atq; ita omniũ spirituũ immundorum ab ea recedat incursio: vt vbicunq; fuerit in nomine tuo aspersa: gratia tuę benedictionis adueniat: et mala omnia, te propitiante, procul recedant. Per eundem dñm nostrum Jesum Chrm filium tuũ: qui venturus est iudicare viuos z mortuos: z seculũ per ignem. ℟. Amen.

Sine mitra.

Tum stans sine mitra, dicit.

Pontifex sine mitra stans benedicit cineres.

Bñdictio cinerũ. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus.

Omnipotẽs sempiterne deus: parce metuẽtibus: propitiare supplicãtibus: z mittere digneris sanctũ angelum tuum de celis: qui bene ✠ dicat: z sancti ✠ ficet cineres istos: vt sint remedium salutare: omnibus nomen sanctum tuum humiliter implorãtibus: ac semetipsos pro cõscientia delictorum suorũ accusantibus: atq; ante conspectum diuinę clementię tuę: facinora sua deplorantibus: z serenissimã pietatem tuã: suppliciter obnixeq; flagitantibus: presta, quesumus: per inuocationem sanctissimi nominis tui: vt qcunq; eos super se asperserint: p redemptione peccatorũ: corporis sanitatem: z animę tutelam percipiãt: et in quocunq; loco aspersi fuerint in tuo nomine: sanctificetur. Per Christum dñm nostrũ. ℟. Amẽ.

Tunc Põtifex accipit sal z miscet cineri in modum crucis, dicens.

Fiat commistio salis et cineris: Jn nomine patris z filij z spiritus sancti. Deinde accipiẽs pugillũ de mistura salis z cinerũ in modum crucis ter immittit in aquam: qualibet vice, dicens.

Pontifex miscet sal cũ cineribus in modũ crucis.

Fiat cõmistio salis z cineris: cum aqua benedicta: ad consecrationem huius ecclesię z altaris: Jn nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij z spiritus ✠ sancti. Amen.

Epũs pugillũ salis et cineris ponit i aqũ cũ triplici cruce.

Deinde stans sine mitra, dicit.

Bñdictio vini. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟.

Pontifex sine mitra benedicit vinum.

Joh. 2. Joh. 15.

℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus.
Domine Jesu Christe: qui in chana galilee ex aqua vinum fecisti: qui es vitis vera et salus perpetua: multiplica super nos misericordiam tuam: et bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam vini: vt vbicunque fusum fuerit: vel aspersum: diuine benedictionis tue opulētia repleatur: et sanctificetur: saluator mūdi: qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas Deus: Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Deinde: mittit in modum crucis vinum in aquam ipsam: dicens.

Pontifex vinū i modum crucis ponit in aquam.


Fiat hec commistio aque et vini: cum sale et cinere: ad consecrationem huius ecclesie et altaris. In nomine pa ✠ tris: et fi ✠ lij: et spiritus ✠ sancti. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: creator et conseruator humani generis: et dator gratie spiritualis: atque largitor eterne salutis: immitte spiritum sanctum tuum super hoc vinum: cum aqua sale et cinere mistum: vt armātum defensione virtutis: ad consecrationem huius Ecclesie et altaris tui: proficiat. Per dominum nostrum Jesum Christum filiū tuū: Qui tecū viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus.

Tum extensis ante pectus manibus: dicit hanc prefationem

Pontifex extensis manibus ante pectus dicit praefationem.




tens, ęterne deus. Sanctifi-
care per verbum dei unda cęle-
stis: sanctificare aqua calcata
Christi vestigijs: quę monti-
bus pressa non clauderis: quę
scopulis illisa non frangeris:
quę terris diffusa non defi-
cis: tu sustines aridam: portas
mōtiū pōdera: nec demergeris
Tu cęlorum vertice contineris:
circūfusa per totū: lauas omnia
nec lauaris. Tu fugientibus
populis hebręorum: in molem
durata constricta es. Tu rur-
sum salsis resoluta vorticibus
Nili accolas perdis: et hosti-
lem globum freto sęuiente per-
sequeris: vna eademque es salus
fidelibus: et vltio criminosis.
Te per Moysen pcussa rupes
euo-


euomuit: nec abdita cautibus
latere potuisti: cum maiestatis
imperio iussa prodires. Tu ge-
stata nubibus: imbre iucundo
arua fecundas. Per te aridis
haustus corporibus: dulcis ad
gratiam: salutaris ad vitam: po-
tus infunditur. Tu vicinis sca-
tu riens venis: aut spiritum in-
clusa vitalem: aut succum fertilē
prestas: ne siccatis exinanita vi-
sceribus: solennes neget terra
prouentus. Per te initium: per te
finis exultat: vel potius ex
deo est: tuum vt terminum ne-
sciamus: aut tui oīpotens deus
cuius virtutū non nescij: dum
aquarum merita pmittimus:
operū insignia predicamus. Be-
nedictionis auctor: salutis ori-
go:

goꝛte suppliciter depꝛecamur: sac q̄sumus: vt imbrē grati ę tuę sup hanc domū: cum abun- dantia tuę bene dictionis infundas: bona omnia largia- ris: pꝛospera tribuas: aduersa repellas: maloꝛū facinoꝛum de- monem destruas: angelū lucis amicū: bonoꝛū puisoꝛem: desen- soꝛemq; constituas. Domum in tuo nomine cęptam: te adiuto- re perfectam: benedictio tua in longū mansurā cōfirmet. Tuū hęc fundamenta pꝛęsidium: cul- mina tegumentū: ostia introi- tum: penetralia mereantur ac- cessum. Sit per illustratio- nē vultus tui: vtilitas hominū stabilitas parietū. Tū Pōtifex assūpta mitra: accedit ad ostiū ec- clesię: ⁊ cū extremitate baculi pa- stoꝛalis facit crucē in limine supioꝛi: ⁊ aliā i limine iferioꝛi intrinsecus.





Quod sequitur dicit plane legendo: ita tamen, quod a circumstantibus audiri possit. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit et regnat: in vnitate spiritus Sancti Deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Plane legendo.

Deinde accepta mitra: redit ad dictum locum: vbi aquam benedixit: quo peruento: stans ibidem versus ad altare maius: mitram in capite tenens, dicit.

DEum patrem omnipotentem fratres charissimi: cuius domo mansiones multe sunt: supplices deprecemur: vt habitaculum istud benedicere: et custodire dignetur: per aspersionem huius aque cum vino: sale: et cinere mixte: vt tenebras ab eo repellat: et lumen infundat: nullam sequienti aduersario tribuat po-

Pontifex accepta mitra redit ad locum vbi aquam benedixit et conuersus ad altare cum mitra dicit.

Poti. P testa-

testatē: sed propria sit domus dei: ꝛ nullā in ea habeat inimicus licētiam nocēdi. Per dn̄m nr̄m Jesū Chr̄m filium suū. Qui cū eo viuit ꝛ regnat in vnitate sp̄us sc̄ti deus. Per oīa secula seculoꝝ. R. Amē.

Post hec Pontifex: procedit ad altare cū mitra: ꝛ ibidem inchoat schola ꝑsequēte: añam sequentē.

Pontifex ꝑcedit cū mitra ad altare ꝛ incipit añaꝫ introibo.

Consecratio altaris.

Aduertendū, ꝙ si plura altaria in eadē ecclesia: tunc fuerint cōsecranda, Pontifex: eosdē actus ꝛ ceremoniaꝝ facit: sub eisdē verbis: in singulis altaribus successiue: sicut facit in primo altari.

Quando plura altaria sunt cōsecrāda in eadē ecclesia oīa fiūt in singulis altaribus, que fiūt in primo successiue.



Introi bo ad al tare dei: ad



deū qui leti ficat iu uentutem



meam. E v o v a e.

Incepto ps. i. ost. quelibet versus añ. repetit.

Judica me deꝰ ꝛ discerne causam meam: de gente nō sancta: ab homine iniquo et doloso eripe me. Repetit tota añ. ꝑdicta.

Quia tu es deus meus: fortitudo mea: quare me repulisti et quare tristis incedo: dum affligit me inimicus. Iterum repetitur aña.

Emitte lucē tuam ꝛ veritatē tuā: ipsa me deduxerunt: ꝛ adduxerūt in montem sanctum tuum: ꝛ in tabernacula tua. Aña tota repetit.

Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutē meā. Iterum antiphona repetitur.

Confitebor tibi in cythara deus deus meus: quare tristis es anima mea: et quare conturbas me? Repetitur vt prius antiphona.

Spera in deo: quoniā adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei: ꝛ deꝰ meus. Et nō dicit. Gloria pr̄i. Sed añ. ꝑdicta repetit. Incepta prima añ. Pōtifex retenta mitra: stans ante altare: intingit pollicē dextre manus: in aqua predictā: vltimo per eum benedicta: ꝛ cum eo et aqua huiusmodi: facit crucē in medio tabule altaris: dicens.



Sancti ✠ ficetur hoc altare: in honore dei omnipotētis: ꝛ gloriose virginis Marie: ac omnium sanctorum: ꝛ ad nomē ac memoriā sancti   In nomine patris: ꝛ filij: ꝛ spiritus sancti. pax tibi. Deinde facit ex eadem aqua: cum eodem pollice: quatuor cruces: in quatuor cornibꝰ altaris: repetēs in qualibet cruce: verba premissa. Sancti ✠ ficetur hoc altare. ꝛc. Facit autem primā crucē in dextera parte posteriori altaris: idest vbi

Incepta prima añ. pontifex stās cū mitra intingit pollicē in aqua vltimo bn̄dicta ꝛ facit crucem in medio tabule. Deinde facit quatuor cruces cū eadē aqua i quatuor angulis altaris, ad quālibet crucem repetēdo verba pmissa. s. Sācti✠ficetur. ordine, put in textu.

vbi legitur euangelium: secundā in sinistra parte anteriori: trāsuersa primę: tertiam in dextra anteriori: quartam in sinistra posteriori: tertię transuersa. Quo facto: & finitis aň. & psalmo prędictis: Pontifex stans ibidem: deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Sim mi/tra.

Singulare illud propitiatorium: in altari crucis pro nobis redimendis oblatū: in cuius pręfiguratione: patriarcha Jacob: lapidem erexit in titulum: quo fieret sacrificiū: & portę cęli desuper aperiretur oraculum: supplices tibi domine preces fundimus: vt lapidis huius expolitam materiā: supernis sacrificiis imbuendā: ipse tuę dotari sanctificatiōis vbertate pręcipias: qui quondam lapideis legē scripsisti in tabulis: Per Christum dñm nostrū. ℞. Amē.

Oratione expleta: Pontifex circuit septies: tabulā altaris: aspergens eam & stipitem: de aqua prędicta: cum cinere & vino benedicta: cum aspersorio de herba hyssopi facto: hoc modo. Stans enim ante medium altaris: inchoat antiphonam: & schola prosequitur.





Pontifex stans ante mediū altaris ichoat aňam. Asperges. & schola prosequitur & pōtifex tenēs mitrā cū aspersorio hyssopi circuit altare illud aspgēs & redit ante mediū altaris.

E v o v a e. Psalmus.

Miserere mei deus: secundū magnā misericordiā tuam.

Post aň. dicūt tres ℣. ps.

Et sm multitudinem miserationum tuarū: dele iniquitatē meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.

Interim Pōtifex accepta mitra: circuit altare: illudq; aspergit: et redit ad locū ante mediū altaris: vnde discesserat. Finitis dictis versibus: Pontifex ibidē stans cū mitra inchoat secūdo: vt prius Aňam. Asperges me. Et schola psequit dñe, hyssopo & mūdabor: lauabis me: & sup niuē dealbabor. psals:

Quoniam iniquitatem meā ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Pontifex secundo vt primo circuit et aspergit altare vt primo et tertio incipit añam. Asperges et schola prosequitur cum tribus versibus sequentibus.

Interim Pontifex circuit scdo: aspergitq; et redit vt prius. Finitis versibus: stãs vt supra: Pontifex cũ mitra inchoat tertio añã. Asperges me. Et schola psequit: dñe, hyssopo et mundabor: lauabis me: et super niuem dealbabor. Psalmus.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientię tuę manifestasti mihi.

Asperges me domine hyssopo et mundabor: lauabis me: et super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudiũ et lętitiã: et exultabunt ossa humiliata.

Epus circuit et aspergit vt pri⁹ et itonat añ. Asperges.

Interim Pontifex circuit tertio: aspergitq; et redit vt prius: et finitis versibus predictis: stans cum mitra: vt supra: inchoat quarto Añam. Asperges me. Et schola prosequitur. domine, hyssopo et mundabor: lauabis me: et super niuem dealbabor. Psalmus.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proijcias me a facie tua: et spiritũ sanctũ tuũ nẽ auferas a me.

Pontifex vt pri⁹ circuit et aspergit et incipit añã. Asperges.

Et interim Pôtifex circuit quarto: aspergitq; et redit: vt prius: et finitis versibus predictis: stans cum mitra in capite: inchoat quinto: stans vt supra: Antiphonam.

Asperges me. Et schola prosequitur: domine hyssopo et mũdabor: lauabis me: et super niuem dealbabor. Psalmus.

Redde mihi lętitiã salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis meę: et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Pontifex quinto circuit aspergit vt prius et incipit añ. Asperges.

Interim Pôtifex circuit quinto: aspergitq; et redit vt pri⁹: et finitis versibus predictis: stans cũ mitra vtš: inchoat sexto añam. Asperges me. Et schola prosequit. Domine, hyssopo et mundabor: lauabis me: et sup niuẽ dealbabor. ps.

Domine labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificiũ dedissem vtiq;: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies.

Pontifex sexto idẽ facit quod supra.

Interim Pontifex circuit sexto: aspergitq; et redit vt prius: et finitis dictis versibus: stans cum mitra vtš: inchoat septimo Añam. Asperges me. Et schola psequit dñe, hyssopo et mũdabor: lauabis me et super niuem dealbabor. ps.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion: vt ędificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificiũ iustitię: oblationes et holocausta: tunc imponent sup altare tuũ vitulos. Et nõ dicit. Gloria patri.

Pontifex idẽ facit vt si pra sed nõ incipit añ nec dicitur Gloria patri.

Interim Pôtifex circuit septimo: aspergitq; et redit vt supra. Subsequenter

ter circuit ter ecclesiā. interius tā tuȝ aspgendo parietes ei⁹ cū pdicta aqua bñdicta: hoc modo. Finitis dictis versibus: ꝛ septimo circuitu per Pontificem, vt supra, facto: schola cantat antiphonam.





Finitis v̓siculis pdictis schola cantat aā. ꝛ ps.

Hęc est domus domini firmi-



ter ędificata: bene fundata est



supra firmā petrā. E v o v a e. ps.

Letatus sum in his quę dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Jerusalem.

Jerusalē quę ędificat vt ciuitas: cuius participatio ei⁹ in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini: testimoniū israel ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Rogate quę ad pacē sunt Jerusalē: ꝛ abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos ꝛ proximos meos: loquebar pacē de te.

Propter domum domini dei nostri quęsiui bona tibi.

Et nō dicit. Gloria patri. Interim incepta aā pdicta: Pōtifex cū mitra: incipiēs retro altare mai⁹: pcedit ad dexterā partē: circuiens intrinsecus ecclesiā: ꝛ parietes illius: aspergit eā a parte inferiori: iuxta terrā: rediēs vsq ad locū retro altare vnde discessit: quo facto: ac finitis aā. cum psalmo predictis: schola cātat antiphonam.

Incepta aā. pdicta pōtifex cū mitra incipiēs retro altare maius pcedit ad dexteram partē ei⁹ circuiēs ecclesiā intrinsecus ꝛ parietes eius cū pdicta aqā in inferiori parte aspergit.



Exurgat de us, ꝛ dissipent



Facto primo circuitu ꝛ finita aña et ps. schola incepit aañ. ꝛ ps

inimici eius: ꝛ fugiant q oderūt



eum a fa ci e ei⁹. E v o v a e. ps.

In Ecclesijs benedicite deo domino: de fontibus Israel.

Ibi Beniamin adolescētulus: in mentis excessu.

Principes Juda duces eorum: principes Zabulon et principes Nephtalim.

Manda deus virtuti tuę: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo sancto tuo in Jerusa-

lem: tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis: congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati sunt argento.
Dissipa gentes, que bella volunt: venient legati ex egypto: ethiopia: preueniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo: psallite domino.
Psallite deo: qui ascendit super celum celi ad orientem.
Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriam deo super israel: magnificentia eius ⁊ virtus eius in nubibus.
Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel: ipse dabit virtutem ⁊ fortitudinem plebi sue: benedictus deus.

Pontifex per eandem viam procedens aspergit parietes in medio.

Et dicit Gloria patri. Interim Pontifex secundo per eandem viam circuiens: aspergit parietes Ecclesie in medio: id est circa altitudinem faciei sue: rediens vsque ad locum vnde discessit. Quo facto: ac finitis antiphona ⁊ psalmo predictis: schola cantat antiphonam.

Predictis finitis schola incipit antiphonam.



Qui habitat in adiutorio altis-



simi in protectio ne dei celi



commorabitur. E v o v a e. ps.

Dicet domino susceptor meus es tu: ⁊ refugium meum deus meus: sperabo in eum.
Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: ⁊ a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi: ⁊ sub pennis eius sperabis.
Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.
o: adeſt enim nomen tu um:



℣. Gloria. E v o v a e. Oro.

Exaudi dñe p̄ces nostras: et ad sanctificandum nomini tuo hoc altare benignus adesto: vt sacramentoꝝ hic virtus: ⁊ votorum omniū obtineatur effectus. Sequēs orō dī p cōmemoratione scti vel sctōꝝ: in cui⁹, seu quoꝝ honore altare ɔsecratū est: aut quoꝝ reliquie ibidē sunt recondite: vna cum p̄cedente sub vno p dñm ⁊c.

Ista oro dicit sub vno Per dñm cum p̄cedenti.

Magnificet te domine sancti tui N. beata solennitas: qua ⁊ illi gloriam sempiternam: ⁊ opē nobis ineffabili prouidentia contulisti. Per dominum nostrum.

Lectio Isaie prophete. xix.

Hec dicit dñs deus: in die illa deseretur munus dño exercituū: ⁊ rex fortis dominabitur eorum: in die illa erit altare domini in medio terre: ⁊ cognoscetur dominus: ⁊ colent eum in hostijs ⁊ muneribus: ⁊ vota vouebunt dño: et soluent: ⁊ reuertentur ad dñm: et placabitur eis: ⁊ sanabit eos. In die illa erit israel benedictio in medio terre: cui benedixit dominus deus exercituum dicens: Benedictus populus meus: et opus manuū meaꝝ: ⁊ hereditas mea israel: dicit dñs oipotens. Graduale.



Hale



Sequentia sancti euangelij se
cundum Mattheum. cap. 5.

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis. Amen dico vobis. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarū et pharisęorū, nō intrabitis in regnum cęlorum. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides: qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehennę ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare: et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: et vade prius reconciliari fratri tuo: et tūc veniens offeres munus tuum.

Et dicitur Credo. Offertoriū.



Secre.

Omnipotēs sempiterne deus: altare hoc nomini tuo dedicatum, cęlestium virtutum benedictione sanctifica: et omnibus in te sperātibus, auxilij tui munus ostendere: ut hic et sacramētorum virtus: et votorum obtineatur effectus.

Alia

Alia secreta pro sancto: quę dr cuʒ precedente sub vno Per dñm.

Ista secreta dr cum pcedenti sub vno p dñm.

In tuorum domine preciosa morte iustorum sacrificium illud offerimus: a quo martyrum sumpsit omne principiũ. Per dominum nostrum Jesum Christũ filium tuum. &c. Communio.



Postcõio.

Descendat, quesumus domine deus noster, spiritus tuus sanctus super hoc altare: qui et populi tui dona sanctificet: et sumentium corda purificet.

Dicitur et sequens postcommunio pro sancto cum precedente sub vno Per dominum nostrũ.

Ista postcõio dicitur cũ pcedẽti sub vno p dñm.

Sit nobis domine sacramenti tui certa saluatio: quę beati tui N. meritis imploratur. Per dominum nostrum Jesum &c.

Finita missa Pontifex dat benedictioné solénẽ & indulgẽtias: Exuit se sacris vestibus: & vadit in pace.

DE CONSECRATIONE altaris cuius sepulchrum reliquiarum est in medio summitatis stipitis.

Nota quod ordo predictus consecrandi altare: semper seruatur quando sepulchrum reliquiarum est in medio tabulę altaris: a parte superiori: vel in stipite a parte anteriori: aut posteriori. Si vero sepulchrum est in medio summitatis stipitis: supra autem sit ponenda ipsa tabula, siue mensa altaris. Finita aquę benedictione: cum vino, & cinere: ad orationem.

Omnipotens sempiterne deus: creator & conseruator humani. 110.

Pontifex stãs cum mitra: et aqua benedicta huiusmodi vino & cinere mixta: facit maltam, siue cementũ ex calce & sabulo, seu tegula trita ad hoc paratis: quod deinde deposita mitra benedicit, dicens. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine deus, qui summa et media imaque custodis: qui omnem creaturã intrinsecus ambiendo concludis: sancti ✠ fica: et bene ✠ dic has creaturas calcis et sabuli. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Quo facto: tabula ipsa altaris a stipite separata iacẽte: debet fieri reliquiaruʒ repositio & inclusio. Pontifice processionaliter accedente ad locum vbi reliquię sunt depositę: in quo Pontifex stãs ab extra

tra

tra fine mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectam⁹ genua: Leua. Aufer a nobis ⁊c. fol. 134. Cōtinuās per omnia vsq; ad orationē. Dirigat oratio nr̃a, q̄s dn̄e. 122. Inclusiue: put supra ordinatū est. Qua dicta: sacerdotes ⁊ leuitę eleuant aram, siue tabulam, seu mensam altaris: ⁊ collocant eam super stipitem: ⁊ cęmētarij cum dicto cęmento benedicto ipsam liniunt ⁊ firmant: schola interim cantante seu ministris dicentibus. R̄ium.





Leuata itaq; ara et collocata: ac cum cęmēto p̄dicto bene firmata: Pontifex p̄sequitur altaris consecrationem: accedens ad altare cum mitra: ⁊ stās ante illud: deposita mitra incipit schola, seu ministris p̄sequentib⁹ antiphonā. Introibo ad altare dei. f. 133. cū oib⁹ sequentib⁹ vsq; ad orationē. Deus, qui es visibilium: rerum omnium ⁊c. inclusiue. Qua dicta Pontifex accepta mitra: extergit mensam altaris cū linteo mundo: ⁊ mox thurificat sup illā in modū crucis in medio: ⁊ in quatuor eius angulis: inchoans schola, seu ministris p̄sequentibus R̄ium. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. V. Eleuatio manuum tuarum sacrificium vespertinum. Et omnia alia: deinde fiunt, prout supra ordinata sunt vsq; ad finē.

DE

DE ALTARIS PORTAtilis consecratione: que potest fieri quocunqꝫ die ⁊ loco: tamen ieiuno stomacho.

AD consecrandum tabulam siue altare portatile parantur in loco: vbi consecratio huiusmodi fieri debet. In primis alique reliquie cum tribus granis incēsi: in altari recludende. Sanctum chrisma. Oleum sanctum cathecuminorum: vtrunqꝫ in vasculo et ampulla. Media libra thuris cuius media pars sit in granis. Thuribulum cum nauicella ⁊ cochleari. Vas cū prunis ardentibus. Vnū vas aque munde. Vas cum cineribus. Vas cum sale. Vas cū vino: aspersoriū de herba hyssopi factū. Mantilia de tela grossa noua: ad extergendū altare consecrādum quoties oportuerit. Quinqꝫ parue cruces facte de subtilibus candelis. Aliquot spatule lignee parue ad abradendū de altari cōbustiones ⁊ cineres thuris ⁊ candelarū. Vas ad ponēdum huiusmodi cōbustiones, seu rasuras. Duo candelabra cū duobus cereis cōtinuo ardentibus ꝓpe reliquias. Vas cū aqua ⁊ bacile ad abluendum manus Pontificis cū expedierit: ⁊ manutergia ad tergendū eas. Pōtifex igitur paratus amictu: alba: cingulo: stola: pluuiali: ⁊ mitra: si cōsecrationem huiusmodi publice facere velit: vel si in camera sua: aut alio loco secrete. Stolam habeat super rochetum ab humeris dependentē: ⁊ mitrā simplicē: stans ante tabulā ipsam, siue altare cōsecrandū: repositum sup aliquā mensam, vel altare: mitrā in capite tenēs: absolute dicit.

Eps debet habere stolam sup rochetū ⁊ pluuiale ⁊ mitrā in hoc officio.

DEum patrem omnipotentem fratres charissimi: votis exultantibus deprecemur: vt qui per omnem mundum fidem sparsit: ⁊ Ecclesiam congregauit: qui est lapis excisus de monte sine manibus: qui angularem compagē solidauit: Hanc petram serenus illustret: eamqꝫ eterno lumine irrigatam: ita multiplicibus: et diuersis charismatibus locupletet: vt super illam: administrandam sui corporis hostiam benedicat: ⁊ suscipiat consecratam: Qui viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorū.

Deinde detecto capite genuflexus ante altare consecrandum dicit. Deus in adiutorium meum intende. Tum surgit et ministri respondent. Domine ad adiuuandum me festina. Deinde stans detecto capite Pontifex, dicit. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Ministri respondent. Sicut erat in pricipio ⁊ nūc ⁊ semper ⁊ in secula seculorum. Amen. absqꝫ Halleluiah. ⁊ hoc fit secundo ⁊ tertio: eisdem modo ⁊ loco: voce semper altius eleuata. Quo facto Pontifex accepta mitra stās benedicit aquā cum vino: sale: ⁊ cinere:

Pontifex detecto capite genuflexus corā altari portatili dicit Deus in adiutorium cum Gl'ia pri. ministris ei respondentibus.

ner. dicens per omnia: et faciens: prout habetur supra sub ecclesię dedicatione vsque ad orationem.



Omnipotens sempiterne deus: creator et conseruator humani gene. f. 110. Inclusiue: hoc saluo quod vbicunque fit mentio de ecclesię consecratione: dicit solum de altaris, vel tabulę. Aqua igitur benedicta Pontifex assumpta mitra: ex aqua ipsa facit cum pollice dextrę manus crucem in medio tabulę, vel altaris dicens.



Pontifex stans cum mitra facit quinque cruces cum pollice de aqua benedicta.

Sancti ✠ ficetur et conse ✠ cretur hęc tabula. In nomine pa ✠ tris: et fi ✠ lii, et spiritus ✠ sancti: Pax tibi. Deinde facit ex eadem aqua cum eodem pollice quatuor cruces in quatuor cornibus altaris: videlicet primam in dextra parte posteriori ipsius lapidis, idest euangelii. Secundam in sinistra parte anteriori primę transuersa. Tertiam in dextra parte anteriori. et quartam in sinistra parte posteriori tertię transuersa: ad quam libet crucem repetens verba prędicta. Sanctificetur etc. Quo facto inchoat ministris prosequentibus antiphonam.



Pontifex tribus vicibus aspergit altare cum fasciculo hyssopi dicentibus ministris anti. Asperges. et ps. Miserere sine Gloria et anti. repetit finito ps.

Asperges me domine hyssopo et mundabor: lauabis me: et super niuem dealbabor. Psalmus.

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam. fo. 54 Totus dicitur sine Gloria patri. Et in fine repetitur ipsa antiphona, et interim dum dicuntur anti. et psalmi prędicti Pontifex cum mitra aspergit cum aspersorio de herba hyssopi facto de ipsa aqua tabulam per eius circuitum tribus vicibus. Quo facto tabula abstergitur cum mundo panno lineo: deinde Pontifex deposita mitra dicit ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Sine mitra.

Deus, qui es visibilium omnium rex et inuisibilium conditor: et cunctarum

ctarum sanctificationum consecrator ad dedicationem huius domicę mensę ad esse dignare: et quę sacrato oleo et chrismate a nobis indignis est linienda: et benedicenda: tuę sanctificationis in eam infunde virtutem: et consecrationem: ut omnes qui ad eam deprecaturi accesserint: tuę propitiationis auxilium sentiant. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Tum inchoat: ministris prosequentibus antiphonam.

Pontifex incipit ℣. Dirigatur. quo incepto accepta mitra thurificat altare ter circumcirca.

Dirigatur domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo domine.

Qua incepta Pontifex accepta mitra thurificat tertio tabulam per circuitum eius. Finita incensatione Pontifex cum mitra inchoat ministris prosequentibus antiphonam.

Pontifex ichoat an. Erexit et ea dicta dicitur ps. Quam dile.

Erexit Jacob lapidem in titulum fundens oleum desuper. Psalmus.

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini.

Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domum: et turtur nidum, ubi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus et deus meus.

Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum: in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in sion.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus: et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis super millia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: dominus virtutum, beatus homo qui sperat in te. Et non dicit Gloria patri.

Gloria non dicitur post ps. sed an. repetitur.

Dum premissa dicuntur Pontifex stans cum mitra: facit cum pollice dextro de oleo sancto cathecumenorum quinque cruces: videlicet primam in medio tabulę seu altaris: et alias in quatuor eius angulis eo ordine prout fecit de aqua benedicta: dicendum unamquamque crucem facit.

Sancti ✠ ficetur et conse ✠ cretur hęc tabula. In nomine pa ✠ tris et fi ✠ lii: et spiritus ✠ sancti. pax tibi.

Quo facto Pontifex inchoat ministris prosequentibus antiphonam.

Pontifex ichoat an. Dirigatur.

Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine.

Et dicta an. dicitur Pontifex thurificat semel tabulam per circuitum: deinde deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua. Leuate.

Pontifex thurificat per circuitum semel altare et deposita mitra dicit.

Adsit Domine misericordię tuę ineffabilis pietas: et super hanc tabulam opem tuę bene ✠ dictionis et virtutem unctionis infun-

de:

de:vt te largiente referat premiū: quisquis intulerit votum. Per Christum dn̄m nr̄m. ℟. Amen.

Oratione finita Pōtifex inchoat ministris prosequentibus aïam

Pontifex ichoat aïā. qua dicta dicitur ps. Bonū ē.

Mane surgens Jacob erigebat lapidē in titulū: fundens oleū desuper votū vouit dn̄o: vere locus iste sanct⁹ est ⁊ ego nesciebam. ps.

Bonum est ɔfiteri dn̄o: ⁊ psallere nomini tuo altissime.

Ad annuntiandum mane misericordiā tuam: ⁊ veritatem tuam per noctem.

In dechacordo psalterio: cū cantico in cithara.

Quia delectasti me domine in factura tua: ⁊ in operibus manuum tuarum exultabo.

Quam magnificata sunt opera tua dn̄e: nimis ꝓfunde facte sunt cogitationes tue.

Uir insipiēs nō cognoscet: ⁊ stultus nō intelliget hec.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.

Ut intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in eternum dn̄e.

Quoniā ecce inimici tui dn̄e: quoniā ecce inimici tui peribunt: ⁊ dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.

Et exaltabit sicut vnicornis cornu meum: et senectus mea in misericordia vberi.

Et despexit oculus meus inimicos meos: ⁊ ab insurgentibus in me malignantibus: audiet auris mea.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur.

Plantati in domo dn̄i: in atrijs domus dei nostri florebunt.

Adhuc multiplicabūtur in senecta vberi: ⁊ bene patientes erunt vt annuntient.

Quoniam rectus dominus deus noster: ⁊ non est iniquitas in eo.

Et non dicitur Gloria patri.

Incepta aïā Pōtifex accepta mitra facit in quinque locis tabule in quib⁹ prius cruces fecerat: iterū cū pollice dextro de eodē oleo sancto cathecumenorū qnq̄ cruces: dicens dum singulas cruces facit.



Incep'a aïā. pontifex stās cū mitra facit iterū quinque cruces de eodē oleo in eisdē locis dicens ad quālibet. Sanctificet.

Sanctifi ✠ cetur ⁊ ɔse ✠ cretur hec tabula. In noīe pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spūs ✠ sancti: pax tibi. Deinde Pontifex inchoat schola seu ministris ꝓsequentib⁹ aïam.

Pontifex ichoat aïā.

Dirigatur domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.

Interim dum aïa huiusmodi dr̄. Pontifex retenta mitra thurificat iterum semel tabulam per circuitum. Quo facto: deposita mitra, dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Pontifex iterum semel thurificat tabulam in circuitu ⁊ deposita mitra dicit.

Adesto dn̄e dedicationi hui⁹ mēse tue: ⁊ in eā que a nobis

Pōti. T indi

indignis sancto linita est oleo: bene✠dictionis et sancti✠ficationis tue virtutem et consecrationē infunde: Qui viuis et regnas deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Deinde Pōtifex inchoat et schola, seu ministri prosequuntur aīam.

Pontifex icboat aā. qua dicta dicitur ps. Deus nr.

Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Psalm.

Deus noster refugium et virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis.
Propterea nō timebimus dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate sunt aque eorum: cōturbati sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: sanctificauit tabernaculum suū altissimus.
Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.
Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna: dedit vocem suā et mota est terra.
Dominus virtutū nobiscū: susceptor noster deus Jacob.
Uenite et videte opera domini que posuit prodigia super terrā auferens bella vsqz ad finē terre.
Arcum conteret et confringet arma: et scuta comburet igni.
Uacate et videte quoniā ego sum deus: exaltabor in gentibus et exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus Jacob.
Et non dicitur Gloria patri.

Incepta aña Pontifex accepta mitra facit quinque cruces de sancto chrismate cum pollice predicto in eisdem locis tabule: in quibus prius fecit de aqua et oleo sancto: dicēs dū singulas cruces facit.

Incepta aā pōtifex stās cū mitra. facit qnqz cruces de sacro chrismate i eisdem locis dicens ad quālibet Sanctificetur.

Sancti✠ficet et conse✠cret hec tabula, In nomine pa✠tris: et fi✠lij: et spūs ✠ sancti: pax tibi. Quo facto Pōtifex inchoat et schola, seu ministri psequunt aā.

Dirigatur domine oratio mea: sicut incensum in conspectu tuo. Que dum dicit, Pontifex retēta mitra iterū semel thurificat tabulam per circuitum: deinde deposita mitra, dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Pontifex icboat aā. Dirigat q̄ dum dicit thurificat tabulā p circuitum semel.

Exaudi nos deus noster: et preces nostrarū libēter accipe vota: et altare hoc ad celebrāda diuina mysteria preparatū: celestis vnguēti odore asperge: et aromata diuine sanctificationis illi infunde: et sicut lapidem Jacob Patriarche erectum: vnguēti perfusione dicasti: et angelicis visionibus per scalā gradus Ecclesie figurasti: sic super hunc lapidem altari coaptandū celestis gratiā bene✠dictionis immitte: vt dum tibi super eum sacri corporis et sanguinis vnigeniti filij tui mysteria consecrantur: petētibus peccata dimittantur: et merentibus influas gratiam sempiternā. Per chrm dūm nostrū. ℟. Amen. Oratione dicta: Pōtifex accepta mitra: signat cum pollice dextre manus: de chrismate confessionē, idest sepulchrū,

Sine mitra et stando.

Gen. 28.

in

Pontifex stās cū mitra signat locum ubi sunt ponē de reliquie cum sacro chrismate faciens signum crucis.

in quo reliquię sūt reponēdę: i mediō: formādo signū crucis, dicens.

Consecretur ✠ et sancti ✠ ficetur hoc sepulchrū, In nomine pa ✠ tris: et fi ✠ lij: et spiritus ✠ sancti: pax huic domui. Deide deposita mitra: imponit reliquias cū trib⁹ granis thuris in tabula, siue altari: et sepulchrū reliquiarū huiusmodi claudit: quo facto, adhuc stās sine mitra, dicit. Oremus.

Pontifex stans sine mitra ponit religas cū tribus granis incensi in tabula, et claudit.

Deus, qui ex omni cooptatione sanctorum ęternum maiestati tuę condis habitaculum: da ędificationi tuę incrementa cęlestia: et presta, vt quorū hic reliquias pro tuo amore cōplectimur: eorū semper meritis adiuuemur. Per Christum dñm nostrū. R. Amē. Tum inchoat Pōtifex schola, seu ministris prosequentibus añam.

Pontifex icboat añ.

Ecce odor Filij mei: sicut odor agri pleni: cui benedixit Domin⁹: crescere te faciat deus meus: sicut arenam maris: et donet tibi de rore cęli benedictionem. Psalmus.

Sequitur ps.

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas sion, super omnia tabernacula Jacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei. Memor ero rahab et babylonis: scientium me. Ecce alienigenę et tyrus et populus ęthiopum: hi fuerunt illic. Nunquid sion dicet homo et homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus? Dominus narrabit in scripturis populorum: et principum horum qui fuerunt in ea. Sicut lętantiū omniū: habitatio est in te. Et non di. Gloria patri. Dum aña et ps prędicti dicuntur: Pontifex accepta mitra fundit et spargit oleum cathecumenorum: et sanctum chrisma vndique: confricans: liniens et perungens manu sua dextera: totum lapidem. Quo facto et psalmo prędicto finito: Pōtifex stās cum mitra, dicit.

Pontifex aspergit oleum catecumenorū cum chrismate sup totam tabulā et manu dextra totum lapidē vngit dū prędicta dicū tur.

Lapidem hunc fratres charissimi: in quo vnguentum sacrę vnctionis effunditur: ad suscipienda populi sui vota et sacrificia: oremus: vt dñs conse ✠ cret, atq; bene ✠ dicat: et quod est vnctum a nobis: fit vnctum in nomine eius: vt plebis vota suscipiat: et altari per sacram vnctionem perfecto: dum propitiationē sacrorū imponimus: ipsi propitiatores dei esse mereamur, Per Christū dominū nrm: q cū eo et spiritu sctō viuit et regnat de⁹ in secula seculorū. Deinde incboat schola, seu ministris prosequentibus antiphonā.

Sine mitra et stando.

Pontifex incipit añ.

Edificauit Moyses altare domino deo: offerens super illud holocausta: et immolans victimas: fecit sacrificium vespertinum in odorē suauitatis dño deo: in conspectu filiorum Israel. Qua finita stans adhuc cum mitra Pontifex, dicit.

Oremus patris omnipotētis misericordiā deprecemur, dilectissimi fratres: vt altare hoc sacrificijs spiritualib⁹ imbuendū nostrę vocis exorat⁹ officio: sua bñdictio

Pontifex stat cū mitra.

ne sanctificet: atque in eo semper oblationes famulorum suorum studio sue devotionis impositas benedicere et sanctificare dignetur: et spirituali placatus incenso: precanti familie sue promptus et benignus exauditor assistat. Per christum dominum nostrum. Deinde benedicit incensum super altare cremandum et stans deposita mitra dicit. ℣.

Pontifex sine mitra benedicit incensum.

Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine deus omnipotens: cui astat exercitus angelorum cum tremore: quorum servitium spirituale et igneum esse cognoscitur: dignare respicere: bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare hanc creaturam incensi: vt omnes languores omnesque infirmitates: cunctequeque insidie inimici odorem eius sentientes effugiant: et separentur a plasmate tuo: vt nunquam ledatur a morsu antiqui serpentis: quod pretioso filii tui sanguine redemisti. Qui tecum vivit et regnat in vnitate spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Deinde aspergit ipsum cum aqua benedicta. Incenso itaque benedicto: accepta mitra Pontifex: format propria manu quinque cruces ex eo: quamlibet de quinque granis: sup illa quinque loca altaris: in quibus cruces de aqua: oleo et chrismate prius facte fuerunt: et super quamlibet crucem thuris: ponit vnam crucem factam de subtili candela ad mensuram illius: et cuiuslibet crucis omnia capita accenduntur: vt cum ipsis thus comburatur et crementur. Omnibus autem crucibus accensis: Pontifex deposita mitra flexis coram altari genibus: inchoat et schola seu ministri prosequuntur.

Sine mitra et flexis genibus coram altari.

Alleluiah. ℣. Veni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Nisi consecratio huiusmodi fiat inter dominicam lxx. et festum pasche resurrectionis domini nostri iesu christi: qua tunc omisso Alah dr versus tantum. Quo dicto surgit Pontifex stans detecto capite ante altare: et statim dicunt sequentem antiphonam.

Pontifex surgit et stans sine mitra dicit antiphonas sequentes.

Ascendit fumus aromatum in conspectu domini de manu angeli. Alia antiphona. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa: et ascendit fumus aromatum in conspectu dei. fine Alleluiah. Quibus finitis Pontifex ante altare stans deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua. Levate.

Pontifex stans sine mitra dicit.

Huius altaris domine holocaustum: sancti spiritus tui gratia infusum: in odorem tue suavitatis ascendat. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Post hec combustis candelis et thure: cineres illius combustionis per vnum ex ministris abraduntur ab ara altaris cum spatulis ligneis parvis: et in aliquo vase collecti projiciuntur in fontes: sive sacrarium ecclesie. Deinde Pontifex versus ad ipsum altare stans sine mitra dicit. Oremus.

Supplices

Pontifex stans sine mitra dicit.

Supplices tibi dñe deus pater omnipotens preces effundimus: vt metalli huius expolitam materiã supnis sacrificijs imbuendam: ipse tue dotare sanctificationis vbertate digneris: q quondã legẽ in tabulis scripsisti lapideis. Per dñm nostrũ Jesum Christũ filium tuum: Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spũs sancti deus. Et mox mediocri voce adhuc sine mitra stans extensis manibus ante pectus, dicit prefationem.

Pontifex dicit prefationẽ, manibus extensis ante pectus.

Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominũ. ℣. Gratias agamus domino deo nostro. ℟. Dignum et iustum est. Uere dignum et iustum est: equũ et salutare: Nos tibi semper et vbique gratias agere: domine sancte: pater omnipotẽs: eterne deus. Qui post offendicula lapsus primi hominis: instituisti tibi offerri propitiatorij delibamẽta libaminis: vt culpa, que precesserat per superbiam: futuris tẽporibus expiaret per munera: quibus honorarentur altaria: honorificarẽtur et templa. Quod tibi primus Noe preparauit officio. Rursus Abrahã immolaturus filiũ: dehinc Jacob erigens et vngẽs lapidem in titulum: Te redemptor mundi exoramus: vt lapidem istũ seu mensam: in honorem tuum: glorioseque virginis Marie et omnium sanctorũ: conse ✠ crare: et sancti ✠ ficare digneris benedictionis tue illapsu: manibus nostris opẽ tue benedictionis ifundẽs: et sacri huius mysterij sicut institutor: ita etiã et sanctificator appare: qui te angularẽ lapidẽ: et saxum sine manibus excisum: nominari voluisti. Inhereas hic: placido maiestatis eternalis obtutu: vt quicqd sacro ritu sup hoc immolabit: sicut Melchisedech oblatũ tibi placeat holocaustũ: adsit misericordie tue ineffabilis pietas: vt te largiẽte referat premiũ: quisque intulerit votũ. Quod sequit dicit plane legẽdo: ita tamẽ qd a circũastantibus audiatur: Qui cum deo patre et spũ sancto viuis et regnas deus, Per omnia secula seculorũ. ℟. Amen. Deinde Pontifex inchoat et schola, seu ministri prosequunt aiiam.

Gen. 8. Gen. 12. Gen. 28. Gen. 14.

Quod sequit dicit plane.

Pontifex icboat aiã. Cõfirma.

Confirma hoc deus: quod operatus es in nobis: a templo sancto tuo, quod est in Jerusalem. ℣. Gloria patri et. ℟. Sicut erat. Deinde repetitur aña. Qua dicta Põtifex sine mitra, dicit. Oremus.

Sine mitra.

Quesumus omnipotẽs deus, vniuersarum rerum rationabilis artifex: qui inter ceteras creaturarum formas: lapideũ metallum ad obsequium tui sacrificij cõdidisti: vt legitime libationi preparetur altare: annue dignanter: vt quicquid hic oblatum, sacratũue fuerit: nomini tuo assurgat: religioni proficiat: spei innitatur: et fidei sit honori. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea inchoat schola, seu ministris prosequentibus antiphonã.

Ministris dicentibus omnis terra pontifex incensat tabulam in modum crucis.

Omnis terra adoret te Deus et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo Domine. Qua incepta: Pontifex accepta mitra thurificat super tabulam in modum crucis. Deinde deposita mitra, dicit.

Sine mitra.

Descendat, quesumus domine deus noster, spiritus tuus super hoc altare: qui et populi tui dona sanctificet: et sumentium corda purificet. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Tabula extergitur a ministris.

Postremo extergitur tabula per ministros cum panno lineo. Tum Pontifex: si velit acceptis pontificalibus paramentis, dicit super dictam tabulam consecratam missam: supra sub consecratione altaris ordinatam. f. 141. vel facit per aliquem sacerdotem celebrari.

DE COEMETERII BENEDICTIONE

Quanquam plerique asserant: cemeterij benedictionem necessariam non esse: dicentes circuitus extra ecclesiam: et cemeterij aspersiones, que fiunt, quando ecclesia dedicatur: sufficere: superuacuum tamen non est: benedictionem huiusmodi fieri: in qua hoc modo proceditur.


Die precedenti in benedictione cemeterij: ponuntur quinque cruces in cemeterio ordine quo habetur in textu.

Die precedenti ponuntur in cemeterio benedicendo quinque ligneę cruces: videlicet vna altior in medio: et quatuor alię: quęlibet ad staturam hominis: quarum vna in extremitate cemeterij ante crucem mediam. Alia in alia extremitate cemeterij retro crucem mediam. Tertia in tertia extremitate a dextris: et quarta in quarta extremitate cemeterij a sinistris crucis medię: et ante quamlibet ex dictis quinque crucibus: ponitur, seu figitur in terram: aliquod lignum: in eius summitate aptum: ad affigendum illi tres candelas: trium vnciarum quęlibet, vel circa. Scala vel aliud ędificium super quo ascendens Pontifex possit attingere summitates ipsarum crucum. Vas magnum aqua plenum benedicenda. et vas cum sale.

Que preparanda sunt pro benedictione cemeterij.

Mane vero Pontifex in sacristia paratus amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali albi coloris, mitra simplici, et baculo pastorali: accedit cum ministris ad cemeterium benedicendum: vbi faldistorium ante crucem in medio positam sibi paratur: super quo residens: facit populo breuem sermonem de sanctitate et libertate cemeterij.

Paratur faldistorium per episcopum ante crucem principalem.





Qua

Qua facta: affiguntur ⁊ accẽdun-tur quindecim candelę: tres ante quamlibet crucem super ligna vt supra ordinata: quibus ardenti-bus: Pontifex ante mediam cru-cem ⁊ candelas constitutus: stans deposita mitra, dicit. Oremus.

Pontifex stat deposita mitra ⁊ dicit.

OMnipotens deus: qui es cu-stos animarum ⁊ corporum tuorum fidelium: respice propi-tius ad nostrę seruitutis officium: vt ad introitum nostrum purge-tur: bene✠dicatur: conse✠cre-tur: ⁊ sancti✠ficetur hoc cęmete-rium: vt humana corpora hic post vitę cursum quiescẽtia: post huius vitę volumina: mereantur adipi-sci perẽnis gaudia vitę. Per Chri-stum dominũ nostrum. ℟. Amẽ.

Et mox ante ipsam crucem super faldistorio Pontifex accepta mi-tra accumbit: et cantor incipit et psequitur Litaniam, quã require supra. fol. 10. Cumq; dictũ fuerit.

Pontifex cũ mitra accũbit super faldistorium ⁊ dĩ litania.

Ut obsequium seruitutis nostrę tibi rationabile facias. Te roga-mus audi nos.

Pontifex surgit ab accubitu: et baculum pastoralem in sinistra te-nens: producit signum crucis su-per cęmeterium: dicens primo.

Pontifex surgit tenẽs baculum pastoralẽ in sinistra et dicit versus sequẽtes.

Ut hoc cęmeterium purgare: ⁊ bene✠dicere digneris. ℟. Te rogãmus audi nos. Scdo dicit. Ut hoc cęmeterium purgare: bẽ-ne✠dicere: et sancti✠ficare di-gneris. ℟. Te rogam⁹ audi nos. Tertio dicit. Ut hoc cęmeterium purgare: bene✠dicere: sancti✠ficare: ⁊ conse✠crare digneris. ℟. Te rogamus audi nos.

Quo facto redit ad accubitum cã-tore Litaniã perficiente. Qua fi-nita surgit cum mitra ab accubi-tu Pontifex: ⁊ stans iuxta aquam ibidem in vase paratã: benedicit eam et sal simpliciter: prout fit in dominicis diebus incipiens abso-lute cum mitra. Exorcizo te crea-tura salis. 109. Require supra sub benedictione et impositione pri-marij lapidis pro Ecclesia ędifi-canda. Aqua igitur taliter be-nedicta: Põtifex accedens ad cru-cem: ante mediam positam: mitra ibidem deposita: inchoat schola prosequente antiphonam.

Finita litania surgit epũs ⁊ benedicit sal ⁊ aquã supra fol. 109.

Benedicta aqua põtifex accedit ad crucẽ ante mediã positã ⁊ stãs sine mitra dicit añaz. Asperges.



E v o v a e. Psalmus.

MIserere mei Deus: secun-dum magnam misericordi-am tuam. folio. 54. Totus dicitur cum Gloria patri. ⁊ Sicut erat. Quo dicto antiphona repetitur. Dum aña ⁊ psalmus dicuntur.



Pontifex accepta mitra circuit et perambulat totum locum cemeterij: incipiens circuire ad eius dexterã: aspergens aquã benedictam vbique. Expleto autem circuitu: rediens ante crucem: que est ante mediam: depositã mitra: respiciens ad ipsam crucem, dicit. Oremus.

Expleto circuitu redit ante crucẽ q̃ est ante mediam et ad ipsam respiciens et stans sine mitra dicit orationem.

Deus, qui es totius orbis et humani generis redemptor: cunctarumque creaturarum visibilium et inuisibilium perfectus dispositor: te supplici voce, ac puro corde exposcimus: vt hoc cemeterium, siue polyandrum in quo famulorum famularumque tuarum requiescere corpora debent: post curricula huius vite labētia: pur ✠ gare: sancti ✠ ficare: et bene ✠ dicere digneris: quiqꝫ remissionem omnium peccatorũ per tuam magnam misericordiaꝫ in te confidentibus prestitisti: corporibus quoque eorum in hoc cemeterio quiescentibus: et tubam primi Archangeli hic expectantibus: consolationem perpetuam largiter impartire. Per Christũ dominum nostrum. ℟. Amen.



Deinde thurificat ipsam crucem et figit in summitate ipsius vnã ex tribus candelis ardentibus: et alias duas similiter ardẽtes in duob⁹ brachijs eiusdẽ crucis. Quo facto: accepta mitra: accedit ad crucẽ retro mediam positam: aspergendo semp aquã benedictã per cemeteriũ: interim dicẽs cum ministris sequẽtes psalmos.

Pontifex accepta mitra vadit ad aliã crucem retro mediã positã dicendo ps. sequentes et aspgendo semp aquaꝫ benedictã p cemeteriũ

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me.

Miserere mei dñe: quoniam infirmus sum: sana me dñe: quoniam conturbata sunt omnia ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?

Conuertere domine et eripe animam meã: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectũ meũ lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbat⁹ est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Di-

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniã exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.
Erubescant & conturbentur vehemẽter omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter. Et nõ di. Gloria pri. Ps.
Beati quorũ remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerũt ossa mea: dum clamarem tota die.
Quoniã die ac nocte grauata est sup me manus tua: cõuersus sum in erumna mea dũ configitur spina.
Delictum meum cognitũ tibi feci: & iniustitiam meã nõ abscondi.
Dixi: cõfitebor aduersum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.
Ueruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatione que circũdedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.
Intellectũ tibi dabo & instruam te in via hac qua gredieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus & mulus: in quibus non est intellectus.
In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantes autem in domino misericordia circundabit.
Letamini in domino et exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Et non dicitur Gloria patri.
Quibus expletis: Pontifex stans ante ipsam crucem: deposita mitra, dicit. Oremus.

Domine sancte: pater omnipotens: eterne Deus: trina maiestas & vna deitas: pater & filius & spiritus sanctus. Iustitie auctor: venie largitor: bonorum dator: sanctitatis origo: charismatũ distributor: omniumque ad te venientiũ pius receptor: presta propitius: vt hoc cemeterium in honorem tuum & nomen sancti tui dispositum bene✠dici & sancti✠ficari concedas: qui beato Abrahe Patriarche famulo tuo: terram a filijs Ephrein comparatam in sepulturam benedixisti: et qui populo israelitico promissionis tellurem in euo durantem concessisti: famulorum famularumque tuarum corporibus in hoc cemeterium intrantibus: quietis sedẽ: et ab omni incursione malorum spirituum tutelam benignus largitor tribuas: vt post animarum corporumque resurrectionem coadunatam: te donante atque concedente: beatitudinem sempiternã percipere mereãtur: qui in trinitate perfecta viuis & regnas deus. Per oia secula seculorũ. R. Amẽ.

Dicto pdicta oõe fiet fine mitra oratio nem ante ipsam crucem.

Gen. 23.

Jo. per totum.

Tum thurificat ipsam crucē: et figit i summitate eius vnā ex tribus candelis ardentibus: ⁊ alias duas in duobus brachijs eiusdem crucis: ⁊ accepta mitra vadit ad crucem ad dextrā medię positā: aspergēdo aquā benedictā per cęmeterium ⁊ dicendo cū ministris. ps.

Pontifex sine mitra thurificat crucē. ⁊ figit in summitate eiꝰ vnā cādelam ex tribꝰ ardentibꝰ. ⁊ alias duas in brachijs duobꝰ dicte crucis.

Domine ne in furorē tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.

Quoniam sagittę tuę infixę sunt mihi: ⁊ cōfirmasti super me manū tuā.

Non est sanitas in carne mea a facie irę tuę: nō est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Pontifex cū mitra aspergēdo aquā vadit ad aliā crucē positam ad dexterā medię crucis dicendo Dñe ne i furore.

Quoniam iniquitates meę supergressę sunt caput meū: ⁊ sicut onꝰ graue grauatę sunt super me.

Putruerunt, et corruptę sunt cicatrices meę a facie insipiētię meę.

Miser factus sum ⁊ curuatus sum vsq; in finem: tota die cōtristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei ipleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.

Afflictꝰ sum ⁊ humiliatus sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desideriū meum: ⁊ gemitus meus a te nō est absconditus.

Cor meū conturbatū est in me: dereliquit me virtus mea: ⁊ lumē oculorum meorum et ipsum non est mecum.

Amici mei ⁊ proximi mei: aduersum me appropinquerunt ⁊ steterunt.

Et qui iuxta me erant de longe steterunt: ⁊ vim faciebāt qui quęrebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi: locuti sunt vanitates: ⁊ dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanq̄ surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo nō audiens: ⁊ non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: ⁊ dum cōmouentur pedes mei sup me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: ⁊ dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo: ⁊ cogitabo ꝓ peccato meo.

Inimici autē mei viuunt ⁊ cōfirmati sunt super me: ⁊ multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniā sequebar bonitatem.


Ne derelinquas me domine deꝰ meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutoriū meū: dñe deus salutis meę. Et non dicitur Gloria pꝛi. Quo dicto Pontifex stans ante ipsam Crucem deposita mitra dicit. Oremus.

Sine mitra.

Domine deus: pastor ęterne glorię: lux ⁊ honor sapientię: custos et vigor prudentię: salus ęgrotantiū: valetudo potentium: męstorum solamen: vita iustorum et gloria humilium: te supplices flagitamus:

flagitamus: vt hoc seruorũ tuorꝫ cęmeterium: ab omni spurcitię inquinamento: ꝛ immundorum spirituum insidijs: custodire: mundare: ꝛ bene ✠ dicere digneris: atqꝫ corporibus humanis in hunc locum aduenientibus: synceritatem perpetuam tribuere non desinas: vt quicunqꝫ baptismi sacramentum perceperint: et chatolicę fidei documēta tenuerint: atqꝫ decurso huius ęui termino: corpora sua in hoc cęmeterio requieſci commendauerint: hic habeant te presidente corporum suorum requiei sedē: donec in extremi iudicij die: angelicis concrepantibus tubis: animas simul cum corporib⁹ surgere de puluere: ꝛ ad dextrā partem cum sanctis tuis aggregari permittas. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.



Pontifex sine mitra thurificat crucē ꝛ figit i ea cādelas vt i prioribus.

Deinde thurificat ipsam crucem: ꝛ figit in summitate ei⁹ vnā ex tribus cādelis ardentib⁹: ꝛ alias duas in duobus brachijs ipsius crucis. Tum accepta mitra vadit ad crucē, quę est ad sinistraꝫ medię crucis posita: aspergendo semper aquam benedictā per cęmeteriū dicēdo cū ministris. ps.

Domine exaudi orōnē meā: ꝛ clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciē tuam a me: in quacunqꝫ die tribulor: inclina ad me aurem tuam.

In quacunqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerūt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt fęnum ꝛ aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhesit os meum carni meę.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui, ꝛ factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: ꝛ qui laudabant me aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam: ꝛ poculum meum cum fletu miscebam.

A facie irę indignationis tuę: qa eleuans allisisti me.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: ꝛ ego sicut fęnum arui.

Tu autem domine in ęternū permanes: ꝛ memoriale tuum in generatione ꝛ generationem.

Tu exurgens misereberis sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.

Quōniā placuerunt seruis tuis lapides eius: ꝛ terrę eius miserebunt.

Et timebunt gentes nomen tuū dn̄e: ꝛ oēs reges terrę gloriaꝫ tuā.

Quia

Quia edificauit dominus sion: et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium: et non spreuit preces eorum.
Scribantur hec in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus compeditorum: ut solueret filios interemptorum.
Ut annuntient in sion nomen domini: et laudem eius in Jerusalem.
In conueniendo populos in vnum et reges: ut seruiant domino.
Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione et generationem anni tui.
Initio tu domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.
Filij seruorum tuorum habitabunt: et semen eorum in seculum dirigetur.
Et non dicitur. Gloria patri.
Quo dicto stans ante ipsam crucem deposita mitra, dicit. Oremus.

Pontifex ante crucem deposita mitra dicit orationem.

Domine iesu christe: qui corpus humanum de terra pro angelica reparatione formasti: et in te pro redemptione assumpsisti: in terram pro conditione carnis resolueris: et de terra pro immortalitate resuscitas: hanc terram, quem sumus ad vsum sepulture de benedictione tui sepulti corporis consecrare digneris: et in baptismate tibi consepultos in natura carnis hic sepeliendos: sub spe tue resurrectionis: in tue redemptionis misericordia requiescere concede: qui venturus es iudicare viuos et mortuos: et seculum per ignem. R. Amen.
Tum thurificat ipsam crucem et figit in eius summitate vnam de tribus candelis ardentibus: et alias duas in duobus brachijs eiusdem crucis: et accepta mitra reuertitur ad crucem mediam: aspergendo semper per cemeterium aquam benedictam dicendo cum ministris sequentes. ps.

Tunc thurificat ipsam crucem et figit vnam de candelis tribus aliasque duas vt supra.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino.
A custodia matutina vsque ad noctem: speret israel in domino.
Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Et non dicitur Gloria patri. Alius psalmus.
Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi

exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudiciũ cum ser-
uo tuo domine: quia nõ iustificabi
tur in cõspectu tuo omnis viuens.
Quia persecut⁹ est inimicus ani
mam meam: humiliauit in terra
vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut
mortuos seculi: & anxiatus est su-
per me spiritus meus: in me tur-
batum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum
meditatus sum in omnibus ope-
ribus tuis: et in factis manuum
tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: ani
ma mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me Domine:
quia defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me:
et similis ero descendentibus in
lacum.
Auditam fac mihi mane miseri-
cordiam tuam: quia in te speraui.
Notã fac mihi viã in qua ambu-
lem: quia ad te leuaui animã meã.
Eripe me de inimicis meis domi
ne ad te confugi: doce me facere
voluntatem tuã: quia deus meus
es tu.
Spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam: propter no-
men tuum domine viuificabis me
in equitate tua.
Educes de tribulatione animã
meã: & in misericordia tua disper-
des omnes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant
animã meam: quoniã ego seruus
tuus sum. Et nõ d. Gloria patri.

Quibus finitis: Pontifex stans
ante ipsam crucem mediam: depo
sita mitra, dicit. Oremus.


Finitis ps pontifex stans ante crucẽ mediã deposita mitra dicit orationem.

Adesto, quęsumus dñe deus,
obsequijs nostris: in nomine
tuo hunc locũ visitantibus: nostrę
fragilitatis ministerio: & sicut be-
nedixisti per manus seruorũ tuo-
rum Abrahę: Isaac & Jacob ter-
ram sepulturę, suę peregrinatio-
nis: Ita, quęsumus dñe, bene ✠
dicere: cõse ✠ crare: & sancti ✠ fi
care digneris hoc cęmeteriũ: pre-
tio vnigeniti filij tui domini no-
stri Jesu Christi sanguinis typice
comparatũ: ad nostrę peregrina-
tionis corpora quiescenda: donec
per eundẽ dñm nrm Jesum Chri
stum de puluere ad gloriã dones
resurgẽda: qui tecũ viuit & regnat
in vnitate spiritus sancti Deus.
Deinde mediocri voce extẽsis ma
nibus ante pect⁹ dicit prefationẽ.

Extensis manibus ante pect⁹



Per omnia secula seculorũ. ℟.



Amẽ. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et



cũ spiritu tuo. ℣. Sursum cor



da. ℟. Habemus ad dominũ.
℣.

℣. Gratias agamus domino deo nr̄o. ℟. Dignum ⁊ iustum est.

Vere dignum ⁊ iustū est equū ⁊ salutare. Nos tibi semper ⁊ vbiq̄ gratias agere: dñe sancte: pater omnipotēs, eterne deus: per chr̄m dñm nostrum. Qui est diēs eternus. Lux indeficiens: Claritas sempiterna. Qui sic sequaces suos in lucem precipit ambulare: vt noctis eterne valeant caliginē euadere: et ad lucis patriam feliciter peruenire. Qui per humanitatē assumptā Lazarū fleuit: per diuinitatis potentiā: vite reddidit: atq̄ humanū genus quadrifida peccatorum mole obrutum: ad vitā eduxit: per quem te dñe suppliciter deprecamur: q̄ten⁹

q in hoc sepeliení Polyandro:
in nouissimo cum tube perstre
perint angelorũ: a peccatorum
nexibus absoluti: ⁊ eterne feli
citati redditi: ⁊ sanctorꝝ cetibus
cõnumerati: te qui es vita eter
na: benignũ ⁊ misericordẽ inue
niãt: vt te auctorẽ vite exultan
tes: cũ oĩbus sanctis collaudẽt.

Quod sequit̃ dicit plane legẽdo: ita tamen ꝙ a circũastantibus audiatur. Per dñm nostruꝫ Jesum christum filiũ tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate spũs sancti deus: per oĩa secula seculorũ. ℟. Amẽ.



Tum thurificat crucem ipsam: ⁊ figit in summitate eius vnam de tribus candelis ardentibus: ⁊ alias duas in duobus brachijs eiusdeꝫ crucis. Quo facto stãs versus ad ipsaꝫ crucẽ dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua. Leuate.

Domine sancte: pater omnipotens: eterne deus: bonorum omniuꝫ sanctificator: ⁊ in melius reformator: a quo, ⁊ per queꝫ omnis benedictio de celis descendit in terris: bene✠dicere dignare locum istum: vt sit polyandruꝫ, seu cemeterium: dulcis requies: ⁊ pausatio mortuorum: quoruꝫ anime, quarum corpora hic sepulta, vel sepelienda sunt: iucunditatis tue dulcedine potiantur: sintqꝫ interim in superna ierusalem gaudentes ⁊ letantes: donec in magni iudicij die de sepulchris ꝓpria corpora recipiant: ⁊ sic venienti domino ad iudicandum: obuiam cum fructu bone operationis occurrant. Per dñm nrm̃. ⁊c. ℟. Amẽ.

His peractis Pontifex solenniter benedicit populos dicens. Sit nomen dñi benedictum. ⁊c.

Deinde

Margin notes:
ß. The. 4.
Quod sequit̃ dicit plane.
Pontifex sine mitra thurificat crucem et figit in ea cãdelas sicut in aliis ⁊ stãs versus ad crucem dicit orationẽ.
Pontifex solenniter benedicit populuꝫ.

Deinde intrat Ecclesiam: et si velit parat se ad missam: si vero celebrare noluerit: facit per aliquem sacerdotem solenniter celebrari.

Missa dicitur de die: et cum oratione diei dicitur sub vno Per dominum nostrum sequens oratio.

Hec oratio dicitur cum prima oratione misse sub vno per dnm.

Deus, cuius miseratione animę fidelium requiescunt: huic cemeterio, quęsumus domine, angelum tuum sanctum deputa custodem: et quorum, quarumque corpora hic sepeliuntur: animas eorum ab omnibus absolue vinculis delictorum: vt in te semper cum sanctis tuis sine fine letetur. Per dnm nostrum Jesum Christum etc.

Cum secreta dici dicitur sub vno Per dominum sequens secreta.

Hec secreta dicitur cum priori sub vno p do.

Munera domine oblata sanctifica: et qui te ipsum in sepulchro poni voluisti: et exemplum resurgendi fidelibus tuis largiri dignatus es: da, quęsumus, fidelium tuorum animabus hic in te quiescentibus veniam peccatorum: vt hec salutaris hostia sit remedium et requies animarum eorum et corporum. Per dominum nostrum Jesum. etc. Cum postcommunione diei dicitur sub vno Per dominum. sequens postcomunio.

Hec oratio dicitur cum postcommunione sub vno p dominum.

Muneribus sacris satiati, quęsumus domine deus noster: vt plebs tua, quę in futuro a morte corporis resurrectura creditur: te miserante a morte animę resurgere mereatur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit. etc.

DE ECCLESIAE ET cemeterij reconciliatione.

Opinio nes varie de violatione et reconciliatione ecclesię et cemeterij.

Ecclesię et cemeterij reconciliatio: omni die fieri potest.

Est tamen notandum: quod vbi cemeterium est Ecclesię consecratę coniunctum: dicunt quidam quod vna et eadem est consecratio Ecclesię et cemeterij. Nam circuitus extra ecclesiam: et aspersiones, quę fiunt in consecratione ecclesię: loco benedictionis cemeterij habentur: et propterea alia benedictio necessaria non est: put etiam supra dictum est. Unde cum vna et eadem sit vtriusque consecratio et immunitas: altero eorum violato vel polluto: vtrunque execratum: profanatum: violatum, seu pollutum esse censetur: quia vnitas diuisionem non capit: et ideo vna et eadem debet esse forma reconciliationis vtriusque: quoniam par est ius ligandi et soluendi: et vnumquodque suo genere solui debet, quo ligatum est. Idem dicendum est in ecclesia non consecrata: cum eius et cemeterij ei coherentis: vna et eadem immunitas habeat. In plerisque locis vsus interpretatur: vt ecclesia violata vel polluta: cemeterium illi coherens violatum, vel pollutum esse iuxta premissa intelligatur: sed non econuerso: cum ecclesia et eius consecratio dignior sit et principalis. Alicubi vero ecclesia violata, vel polluta: cemeterium violatum, vel pollutum minime reputatur. In reconciliatione itaque ecclesię simul et cemeterij: hoc modo procedit

¶ In

¶ In primis in mane diei qua reconciliatio fieri debet: paratur faldistorium super tapetē in medio cemeterij: et altare ecclesie oīno nudatur. Parantur etiam duo vasa cum aqua: vnū in cemeterio: et aliud in ecclesia in presbyterio: et ibidem: vnū vas vini. Uas cū sale. Uas cū cineribus et aspsoriū de herba hysso pi factum. Prouidetur etiā q ecclesia possit libere circuiri. Si vero ecclesia tantū sit recōciliāda: paratur faldistorium super tapetem ante portam principalē ecclesie: et ibidē vas cū aqua et aspersoriū de herba hyssopi factū: ac alia in ecclesia, q̄ supra sunt ordinata.

Que preparanda sunt in reconciliatiōe ecclesie et cemeterij.

Quibus oībus sic paratis: Pontifex in sacristiā, vel alio condecenti loco: ornatus amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali albo, mitra simplici, et baculo pastorali: procedit ad cemeteriū, si est reconciliāduz: alias ante portā pricipalē ecclesie: vbi stās iuxta faldistoriū sibi paratū: benedicit aquā ibidem in vase positā: simpliciter cū sale, prout habetur supra in benedictione et impositione primarij lapidis p ecclesia edificāda. fo. 10. Aqua igit benedicta: Pontifex sine mitra inchoat: schola prosequente añam.

Pontifex paratus amictu alba, stola, et pluuiali albo et mitra simplici ac baculo pastorali, venit ad portaz ecclesie, et ibi stās iuxta faldistoriuz benedicit aquam.



Asperges me domine hyssopo



et mundabor: lauabis me

Aqua bñdicta Pōtifex sine mitra inchoat añ. Asperges qua dicta dī ps. Miserere. totus cū Gloria.



et super niuem dealbabor:



E v o v a e. ps.

Miserere mei deus: secundū magnā misericordiaz tuam. totus dī cū Gloria pri. et Sicut erat. f. 54. Quo finito: añ. repetit. Interim dum añ. et ps dicuntur. Pōtifex accepta mitra aspgit cū ipsa aqua in circuitu de foris ecclesiā et cemeteriū simul: aspergendo aquā alternatiz: nūc ad murū ecclesie: nūc ad terrā cemeterij, et specialiter loca cōtaminata. Quo facto rediens ad locū vbi aquā bñdicit: stās deposita mitra dicit. Oremus.

Añ. repetitur post ps.

Omnipotens et misericors deus, q sacerdotibus tuis tantaz pre ceteris grām contulisti: vt quicquid in tuo nomine digne pfectecq ab eis agitur: a te fieri credatur: quesumus imēsam clementiā tuam: vt quod modo visitaturi sumus visites, et quicquid bñdicturi sumus bene ✠ dicas: sitq ad nostre humilitatis introitum: sanctorum tuorū meritis: fuga demonū: et angeli pacis ingressus. Per christum dñm nrm. R. Amē. Deinde iterū dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Sine mitra et stando.

Aufer a nobis dñe cūctas iniquitates nras: vt ad loca tuo sancto nomini purificanda: puris mereamur mentibus accedere.

Pōti. V Per

Per chrm dnm nrm. ℞. Amen. Et si ecclesia reconciliatur sine cęmeterio: omittitur sequens oratio. Si vero ecclesia simul cũ cęmeterio recõciliatur: Põtifex finita pcedẽte: mor dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Si ecclesia recõciliatur sine cemeterio nõ dicitur sequẽs oratio.

Domine pie: q agrum figuli: pretio sanguinis tui i sepulturam peregrinorum comparari voluisti: quęsumus dignanter, reminiscere clemẽtissimi huius mysterij tui. Tu es enim domine figulus noster: tu quietis nostrę ager: tu agri huius es pretium: tu dedisti etiam ⁊ suscepisti: tu de pretio ⁊ in pretio tui viuifici sanguinis nos quiescere fecisti: ⁊ donasti: tu ergo domine, qui es offensionis nostrę clementissimus indultor: expectatissimus iudicator: iudicij tui superabundantissimus miserator: iudicium tuę iustę seueritatis abscondens: post miserationem tuę pię redemptionis: adesto exauditor ⁊ effector nostrę reconciliationis: hocqз cęmeterium: mausoleũ peregrinorum tuorum: cęlestis patrię incolatum expectantium: benignus purifica ⁊ reconcilia: ⁊ hic tumulatorum et tumulandorum corpora: de potentia ⁊ pietate tuę resurrectionis: ad gloriam incorruptionis: non damnans sed glorificans: resuscita: qui venturus es iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. ℞. Amen.

Mat. 27.

Postea cãtor icipit Litaniã. fo. 10. ⁊ Pontifex accepta mitra igredit ecclesiã cũ clero: cantando eã: accedit qз ante altare maius: corã quo paratur ei faldistorium: sup quod Pontifex cum mitra procumbit. Lũqз dictũ fuerit. Ut obsequium seruitutis nostrę tibi rationabile facias: Te rogamus audi nos. Pontifex surgit de accubitu: ⁊ baculũ pastoralẽ in sinistra tenens: producit signum crucis super altare: ecclesiam: ⁊ cęmeterium dicens.

Cãtor incipit Litaniã ⁊ Põtifex accepta mitra ecclesiã ingredit cũ clero ⁊ ante altare maius sup faldistorio pcũbit cũ mitra.

Ut hanc ecclesiã: ⁊ altare hoc: ac cęmeterium purgare: ⁊ recon✠ciliare digneris. ℞. Te rogamus audi nos. Secundo dicit. Ut hanc ecclesiam: ⁊ altare hoc: ac cęmeteriũ purgare: ⁊ recon✠ciliare: ⁊ sancti✠ficare digneris. ℞. Te rogamus audi nos. Tertio dicit. Ut hanc ecclesiam: ⁊ altare hoc: ac cęmeterium purgare: recon✠ciliare: sancti✠ficare: ⁊ conse✠crare digneris. ℞. Te rog. audi nos. Si autem cęmeterium non sit pollutum: ⁊ sic neqз reconciliandum: non fit de cęmeterio mentio. Quibus dictis: iterum super faldistorio accumbit: cantore Litaniam resumente ⁊ perficiente. Qua finita Pontifex surgit: ⁊ deposita mitra: stans versus ad dictum altare dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Pontifex surgit ab accubitu cũ mitra et baculo pastorali ⁊ dicit.

Pontifex iterũ accũbit sup faldistorio.

Deus, qui peccati veteris hereditariam mortẽ: in qua posteritatis genus omne successerat: christi filij tui domini nostri passione soluisti: da propitius: vt conformes eidẽ effecti: sicut imaginẽ terreni parentis: naturę necessitate gerimus: ita imaginẽ cęlestis gratię

Finita Litania Põtifex sine mitra sic dicit.

tie sanctificatione poscemus: per virtutem Christi filii tui domini nostri: Qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. R. Amen. Deinde Pontifex genuflectit ante faldistorium predictum: et sine mitra cantando dicit: prout etiam habetur supra in ecclesie dedicatione. fo. 109. Deus in adiutorium meum intende. Tunc surgit Pontifex et chorus respondet. Domine ad adiuvandum me festina. Tunc Pontifex stans sine mitra dicit. Gloria patri: et filio, et spiritui sancto. Chorus respondet. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen. absque Alleluia. Idem fit eisdem modo et loco: secundo et tertio: voce semper altius elevata. Quibus dictis Pontifex stans in eodem loco: accepta mitra: benedicit aliam aquam ibidem in presbyterio in aliquo vase paratam: cum sale, cinere, et vino incipiens absolute. Exorcizo te creatura salis. f. 110. prout habetur supra in dedicatione ecclesie in secunde aque benedictione: continuans usque ad orationem. Omnipotens sempiterne Deus, creator et conservator humani. etc. Inclusive. Qua dicta Pontifex inchoat schola prosequente antiphonam.

Pontifex genuflectit ante faldistorium et dicit ter Deus in adiutorium cum Gloria respondentibus ministris ut est signatum in textu.

Episcopus benedicit aliam aquam cum sale, vino, et cinere.




Exurgat de us et dissipentur



inimici eius: et fugiant qui oderunt

Pontifex sine mitra incipit antiphonam, que repetitur ad singulos versus psalmi.



eum a facie eius. E v o v a e. Ps. Incepta antiphona: Pontifex facit ut in fine psalmi habetur.

In ecclesiis benedicite Deo domino: de fontibus israel. Repetitur antiphona. Ibi Beniamin adolescentulus: in mentis excessu. Repetitur antiphona. Principes Iuda duces eorum: principes Zabulon et principes Nephtalim. Repetitur antiphona. Manda deus virtuti tue: confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Repetitur antiphona. A templo sancto tuo in Ierusalem: tibi offerent reges munera. Repetitur antiphona. Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos qui probati sunt argento. Repetitur antiphona. Dissipa gentes que bella volunt: venient Legati ex egypto: ethiopia preveniet manus eius Deo. Repetitur antiphona. Regna terre cantate Deo: psallite domino. Repetitur antiphona. Psallite Deo, qui ascendit super celum celi ad orientem. Repetitur antiphona. Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriam deo super israel, magnificentia eius et virtus eius in nubibus. Repetitur antiphona. Mirabilis deus in sanctis suis: Deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus Deus. Et non dicitur Gloria patri et filio.

Dū pędicta cantātur. pontifex ter circuit ecclesiam interius aspergendo in primo circuitu parietes in superiori parte: ī secūdo inferiori parte parietū: ꝛ tertio in pauimento ecclesię.

Sed antiphona repetit. Interim dū aña ꝛ psalmus pędicti dicunt, Pontifex accepta mitra circuit ter Ecclesiam intrinsecus: aspergendo in pꝛimo circuitu parietes: in superiori parte. In secundo autem in inferiori parte earū. In tertio vero pauimentum ecclesię, aspergit etiā specialiter loca contaminata: quādo ecclesia principaliter est polluta: vel violata. Quo facto: Pōtifex stās in pꝛesbyterio cum mitra: versus ad altare, dicit.

Pontifex stās in pꝛesbyterio cuꝫ mitra dicit versus ad altare.

Deum indultoꝛē criminum: deum soꝛdium mundatoꝛē: deum qui coꝛruptū peccatis oꝛiginalibus mundum: aduētus sui nitoꝛe purificauit: fratres charissimi supplices depꝛecemur: vt contra diaboli furentis insidias: nobis foꝛtis ꝓpugnatoꝛ assistat: vt siquid eius virosa calliditate quotidianis infectationibus maculatum in loco isto coꝛruptūq; fuerit: efficiatur cęlesti miseratione purgatum: atq; in pꝛioꝛē statū in integrum restitutū: qd̄ fuerat diabolica fraude pollutū: qa sicut illius est: solidū perfectūq; quassare: ita auctoꝛis ꝛ creatoꝛis nr̄i est: lapsa restituere: nutantia stabilire: ꝛ coꝛrupta purgare: Qui cū deo patre ꝛ spiritu sctō viuit: ꝛ regnat deus,

Deinde depoſita mitra: mediocri voce: extensis manibus ante pectus: dicit pꝛęfationem.


Pontifex deposita mitra dicit pꝛ̄fationem extēsis manibus ante pectus.



Per omnia secula seculoꝛuꝫ. ℟.



Amē. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et



cuꝫ spiritu tuo. ℣. Sursuꝫ coꝛ



da. ℟. Habemus ad dominū.



℣. Gratias agamuꝫ domino deo



nr̄o. ℟. Dignum ꝛ iustum est.



Uere dignum ꝛ iustuꝫ est ęquū



ꝛ salutare. Nos tibi semper



et vbiq; gratias agere: dn̄e




sancte: pater omnipotēs, ęterne



deus, Cuius imēsa bonitas vt non


non habuit principiū: ita neqꝫ
terminū habet. Qui diuina na-
turaliqꝫ pietate plenus: eligis
in nobis magis restituere per-
dita q̃ percutere peritura. Et
siquid aut negligentia pollu it:
aut ira cōmittit: aut stimulat
ebrietas: aut libido subuer-
tit: hoc domine clementi pa-
tientia sustinēs: vt ante per gra-
tiam purifices: q̃ pcutias per
furorem. Et operis tui prouidus
plasmator: eligis potius erige-
re iacentia: q̃ punire damnan-
da. Te domine supplices de-
precamur: vt huius tabernacu-
li receptaculum placatus aspi-
cias: et altare tuū qđ infectan-
tis est inimici fraude pollutum:
per infusionem gratię cęlestis


purifices:purificatum possides-
as:possessumq; ne deinceps ali-
qua labe sordescat custo dias.
Absint in posterū oēs nequitię
spirituales:ꝛ ꝓcul eliminentur.
extinguātur antiqui serpentis
machinamentum ꝛ inuidia:et
cū omnib⁹ fraudibus suis dia-
boli turma procul pellat. Effe-
rat secū maculā quā ingessit:
ꝛ perennibus qñq; suppliciis
deputandus: operū suorū se-
mina secum colligat peritura.
Nihil hic in po sterū noceat ꝑ-
teriti culpa contagij. Nihil sit
quod remaneat inimici fraude
pollutū: qñ quidē spūs tui est
infusione purgatū. Resurgat
Ecclesię tuę pura simplicitas:ꝛ
candor innocētię hactenus ma-
culatus



culatus dñ receperit grati á re



surgat ad gloriam: vt populo



rũ hic turba cõueniẽs: dñ peti



tionis igerit vota votor suor



sentiat se obtinuisse suffragia. Quod sequit dicit plane legẽdo: ita tamẽ q a circũastantib9 audiri possit. Per dñm nr̃m Jesuz chrm filiũ tuũ: q tecũ viuit & regnat i vnitate spũs sci deus. p oia scla sclo. ℟. Amen. Post hec Pontifex accepta mitra: ascendit ad altare: et ibi ichoat schola psequẽte aĩam.



Pontifex ascẽdit ad altare cũ mitra & inchoat aĩ. post quã, dicit ps. Judica.

Introibo ad altare de i: ad



deum qui letificat iuuentutem



meam. E v o v a e. ps.

Judica me deus & discerne causam meã de gente nõ sancta: ab hoie iniquo & doloso erue me. Quia tu es Deus meus fortitudo mea: quare me repulisti & quare tristis incedo: dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in mõtem sanctum tuum: & in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es anima mea: & quare conturbas me? Spera in deo quoniá adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Et non dicitur Gloria patri. Sed antiphona repetit. Qua repetita Pontifex deposita mitra, dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Pontifex stans sine mitra dicit.

Deus, qui in oi loco dñationis tue clemẽs ac benignus purificator assistis: exaudi nos, qs, & concede: vt in posterũ inuiolabilis huius loci pmaneat consecratio: et beneficia tui muneris: vniuersitas sancte ecclesie: que suppli cat pcipere mereat. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Deinde stans ibidẽ inchoat schola prosequente antiphonam.

Pontifex stãs inchoat aĩ. & dicit tota cum ps sequenti.

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis: a templo sancto tuo: quod est in Jerusalem. ps. Exurgat deus & dissipent inimici eius: & fugiát q oderunt cũ facie ei9. fo. 61. Et dicit totus


cum Gloria patri. ꝛ Sicut erat. ꝑut habeť supra: cũ aña pdicta in fine benedictionis Abbatis. Incepta aña. Pōtifex accipit mitram stans cum ea in dicto loco: vsque ad finem psal. Quo dicto Pontifex deposita mitra stās adhuc ibidem dicit. Oremus.

Pontifex stat cū mitra vsque ad finē ps.

Pontifex sine mitra dicit orationem.

Deus, qui ecclesiaȝ tuā de oībus mundi finibuȝ cōgregatam: per tui lateris admirabile sacramentum: cunctarum gentium matrē esse dixisti: quā etiam populorum varietate depictā: sanctorū martyrū meritis decorasti: puri✠ficare: ꝛ recon✠ciliare digneris: hāc orationis domū: et renoua in ea tuę sanctificationis gratiā: ꝛ diuini tui muneris impartire largitatem: te etiam, quęsumus dñe: vt sanctorum tuoruȝ opitulante suffragio: hoc mun✠dare ꝛ puri✠ficare digneris altare: qđ eorū te iuuante exornať reliquijs: ꝛ pia super illud offerentium vota suscipias: atqȝ hic postulataȝ tuę miserationis abundantiam largiaris: qui viuis ꝛ regnas Deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Tunc Pontifex benedicit populo solenniter dicens. Sit nomen domini benedictū. ꝛc. Deinde si velit parat se ad celebrandum missam. Sed si celebrare noluerit: facit ꝑ aliquē sacerdotem solenniter missam celebrari. Introitus.

Pontifex benedicit solenniter populo.



Dum sanctificatꝰ fuero



in vo bis: cōgregabo vos



de vniuersis terris: ꝛ effundam



super vos aquam mun



dam: ꝛ mūdabimi ni ab om




ni bus inquinamentis ve



stris: ꝛ dabo vobis spiritū nouū.



Ps. Benedicā dñm in omni tpe:



semper laus eius in ore meo.



℣. Gloria patri: ꝛ filio, ꝛ spiritui.

Oratio.

Deus, qui dixisti: domus mea domus orationis vocabitur: domuȝ istam infideliū spurcitijs cōtaminatam: mūdare ꝛ san

ꝛ sanctificare digneris: ꝛ omnium preces ꝛ vota hoc in loco ad te clamantium clementer exaudias, et benigne suscipias. Per dominũ.

Apoc. 21. Lcõ lib. apocalyp. btĩ Iohã apli.

In diebus illis. Venit angelus ꝛ locutus est mecum dicens. Veni ꝛ ostendã tibi spõsam vxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnũ ꝛ altum: ꝛ ostẽdit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem: descendentem de celo: habentem claritatem dei: ꝛ lumẽ eius simile lapidi precioso: tanquã lapidi iaspidis: sicut cristallum: ꝛ habebat murum magnum ꝛ altũ: habentem portas duodecim: ꝛ in portis angelos duodecim: ꝛ nomina scripta: que sunt nomina duodecim tribuũ filiorum Israel: ab oriẽte porte tres: ab aquilone porte tres: ꝛ ab austro porte tres: et ab occasu porte tres: ꝛ murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: ꝛ in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum ꝛ agni: ꝛ qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream: vt metiretur ciuitatem: et portas eius: ꝛ murum. Et ciuitas in quadro posita est: et longitudo eius tanta est: quãta est latitudo: ꝛ mensus est ciuitatẽ de arundine aurea per stadia. xij. milia: ꝛ longitudo ꝛ latitudo ꝛ altitudo eius equalia sunt: Et mensus est murum eius: centumquadraginta quatuor cubitorum: mẽsura hominis que est angeli: ꝛ erat structura muri eius ex lapide iaspide. Ipsa vero ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. Et fundamẽta muri ciuitatis: omni lapide precioso ornata: Fundamentum primũ iaspis. Secundum saphirus. Tertium calcedonius. Quartũ smaragdus. Quintum sardonyx. Sextum sardius. Septimũ chrysolitus. Octauum berillus. Nonum topatius. Decimum chrysoprasus. Undecimum hyacintus. Duodecimum ametystus. Et duodecim porte: xij. margarite sunt per singulas: et singule porte erant ex singulis margaritis: ꝛ platea ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum: et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est: et agnus. Hec ciuitas non eget Sole neque Luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminat eam: et lucerna eius est agnus: et ambulabunt gẽtes super lumen eius: ꝛ reges terre afferent gloriã suam ꝛ honorem in illam: ꝛ porte eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illic. Non introibit in eam aliquod coinquinatum: et faciens abhominationem ꝛ mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vite agni. Grad.



men tū:z irreprehēsibilis

est. ℣. Deus cui a stat an

gelorꝝ chorus: exau di pre

ces seruorum tu orum.

Ha le lu iah. ℣. Ado

rabo ad tēplū sanctū tu um

et cōfitebor nomini tu o.

Ha le lu iah. ℣. Be ne

funda ta est domus do mi

ni supra fir mam pe

tram.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. Cap. 19.

In illo tēpore: Ingressus Jesus perambulabat Jericoz: z ecce vir noīe Zacheꝰ. Et hic erat princeps publicanorꝝ: z ipse diues. Et querebat videre iesuz qs esset: z non poterat pre turba: quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborē sychomorū: vt videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locuz: suspiciens Jesus vidit illum: z dixit ad eū: Zachee festinās descēde: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descēdit: z excepit illū gaudens. Et cum viderent oēs murmurabāt dicētes: ꝙ ad hominē peccatorez diuertisset. Stans autem Zacheus dixit ad Jesum. Ecce dimidiū bonorꝝ meorꝝ domine do pauperibus: z si quid aliquem defraudaui reddo quadruplū. Ait Jesus ad euz: qa hodie salus huic domui facta est: eo ꝙ et ipse filius sit Abrahe. Uenit enim filius hominis querere: z saluū facere: qđ perierat. Offert.

Domine De us in simpli


cita te cordis me i letus obtuli



ob tuli vniuer sa et po pu-



lum tuum qui repertus est vi-



di cum ingenti gau di o de-



us is rael custo di hanc



voluntatem domine de us.


Hec hostia, quęsu- Secreta. mus domine, & locum istum ab omnibus immunditijs expurget: & supplicationes nostras semper & vbiq; reddat tibi acceptas. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuũ. &c. Cõio.



Domus me a dom⁹ ora-



tionis voca bitur dicit



domi nus: in ea om nis



qui petit ac cipit: et q querit



inue nit: & pulsã ti



aperie tur. Postcõmunio.

Percipientes domine munera salutis ęternę: supplices exoramus: vt templũ hoc & cemeterium: infideliũ inquinamentis emundatũ: benedictione tua maneat sanctificatũ: & pectora nostra ab omni sorde vitiorũ alienata: tibi deuota semper existant. p dñm.

DE RECONCILIATIONE cęmeterij per se: sine Ecclesię reconciliatione.

Quando cęmeterium benedictũ violatũ, seu pollutũ: separatũ sit ab ecclesia: & propterea cemeterio violato, seu polluto: ecclesia ipsa nõ habeatur pro violata, vel polluta: recõciliatio cęmeterij fieri poterit quocunq; die hoc ordine. In mane diei qua recõciliatio fieri debebit: parantur in medio cęmeterij faldistoriũ pro Pontifice: & vas aquę mundę benedicendę: & vas salis: deide hora cõuenienti Pontifex indut⁹ in sacristia, aut alio cõuenienti loco. Amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali albi coloris

& mitra

⁊ mitra simplici: baculũ pastoralẽ in manu tenẽs: accedit ad mediũ cemeterij: vbi supra faldistoriũ ornatũ ꝓcumbit: ⁊ cãtores ibidẽ incipiunt ⁊ ꝓsequunt Litaniã: quã require ẽ in ordinatione subdiaconi. fo. 10. in qua cũ dictuȝ fuerit. Ut obsequiũ seruitutis nostrę tibi rationabile facias. Te rogam⁹ audi nos. Pontifex surgit cũ mitra: ⁊ baculum pastoralẽ in manu sinistra tenens: producit signum crucis super cemeterium: dicens.

Ut hoc cemeteriũ reconci ✠ liare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Secundo, dicit.

Ut hoc cemeteriũ reconci ✠ liare ⁊ scti ✠ ficare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Tertio, dicit.

Ut hoc cemeteriũ reconci ✠ liare: sancti ✠ ficare: ⁊ conse ✠ crare digneris. ℟. Te rogam⁹ audi n.

Quibus dictis Pontifex iterum super faldistoriũ procumbit cantoribus Litaniam perficientibus. Qua finita surgit Põtifex ab accubitu ⁊ benedicit ibi aquã simpliciter: ꝓut habet ẽ. in benedictione ⁊ impositione primarij lapidis ꝓ ecclesia ędificãda. fol. 110. Quo facto põtifex in codẽ loco stãs sine mitra ichoat schola ꝓsequẽte añ.

Pontifex iterum ꝓcumbit. Finita litania põtifex surgit ⁊ benedicit aquã ⁊ stãs in eodem loco aqua benedicta incipit añã. Aspges ⁊ dicit tota ꝗ ps. Miserere totus sine Gloria.



Asperges me domi ne hyssopo



⁊ mundabor: laua bis me



⁊ super niuem de albabor:



E v o v a e.

Miserere mei deus: secundũ magnam misericordiã. 54.

Et dicit totus sine. Gloria patri. Incepta añ Pontifex mitrã accipit: ⁊ dũ añ. ⁊ ps. ꝓdicti dicunt: circuit totũ cemeteriũ: incipiens ad eius dextrã: aspergẽs semp vbiq; aquã benedictã cũ aspsorio: ⁊ potissime i loco vbi pollutio, vel violatio cõmissa est. Quo peracto redit ad locũ vbi Litania dicta fuit; Finito ps. predicto; et cemeterio vndiq; asperso: Pontifex stãs ante faldistorium suum deposita mitra, dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Omnipotens et misericors deus: qui sacerdotibus tuis tantam pre ceteris gratiam cõtulisti, vt quicquid in tuo nomine digne perfecteq; ab eis agitur, a te fieri credatur: quęsumus immensam clemẽtiam tuam: vt quicquid modo visitaturi sumus visites: et quicquid benedicturi sumus benedicas: sitq; ad nostrę humilitatis introitum: sanctorum tuorum meritis fuga demonum: ⁊ angeli pacis ingressus. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Alia oratio. Oremus. Ministri dicunt. Flectam⁹ genua: Leuate.

Aufer

Aufer a nobis, quesumus domine, cunctas iniquitates nostras: vt ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per christum dominum. ℞. Amen. Alia oratio. Oremus. Ministri dicunt. Flectamus genua: Le.

Mat. 27. Domine pie, qui agrum figuli precio sanguinis tui in sepulturam peregrinorum comparari voluisti: quesumus dignanter reminiscere clementissimi huius mysterij tui: tu es enim domine figulus noster: tu quietis nostre ager: tu agri huius es precium: tu dedisti etiam et suscepisti: tu de precio et in precio tui viuifici sanguinis nos quiescere fecisti et donasti: tu ergo domine qui es offensionis nostre clementissimus indultor: expectatissimus iudicator: iudicij tui superabundantissimus miserator: iudicium tue iuste seueritatis abscondens post miserationem tue pie redemptionis: adesto exauditor et effector nostre reconciliationis: hocque cemeterium mausoleum peregrinorum tuorum: celestis patrie incolatum expectantium: benignus purifica et reconcilia: et hic tumulatorum et tumulandorum corpora: de potentia et pietate tue resurrectionis: ad gloriam incorruptionis non damnans sed glorificans resuscita. Qui venturus es iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℞. Amen. His dictis Pontifex stans in loco predicto dat benedictionem solennem populo, dicens. Pontifex solenniter populo benedicit.

Sit nomen domini benedictum. fo. 35. Tum redit ad sacristiam, aut alium locum in quo paramenta accepit: vbi depositis sacris vestibus vadit in pace.

DE PATENAE ET CALICIS CONSECRATIONE.

Pontifex ad consecrationem calicis: vel cuiuslibet indumenti, seu ornamenti ecclesiastici procedere volens: debet semper orarium, siue stolam circa collum habere: et mitram tenere poterit vbi conuenit. Quandocunque enim episcopalia agit: episcopalibus non sacerdotalibus debet esse paramentis ornatus: omnium quoque mobilium benedictiones huiusmodi possunt fieri vbi pontifici placuerit: et omni die. In patene igitur consecratione: pro qua parandum est sanctum chrisma: et vas aque benedicte cum asperforio: Pontifex stans cum mitra, dicit.

Epus quando cunque agit officia episcopalia debet esse paramentis pontificalibus ornatus.

Pro consecratione patene et calicis paranda sunt chrisma et aqua benedicta cum asperforio.

Benedictio patene.

Adiutorium nostrum in nomine domini. ℞. Qui fecit celum et terram.

Oremus fratres dilectissimi: vt diuine gratie benedictio: consecret et sanctificet hanc patenam, ad confringendum in ea corpus domini nostri Iesu Christi: qui crucis passionem sustinuit pro salute omnium nostrum. Tum deposita mitra dicit. ℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Oremus. Cum mitra stando.

Omnipotens sempiterne deus, qui legalium institutor es hostiarum: quique inter eas conspersam similaginem deferri in patenis aureis et argenteis ad altare tuum iussisti: bene✠dicere: consecrare: et sancti✠ficare digneris hanc patenam: in administrationem eucharistie Iesu Christi filij tui: qui pro nostra omniumque salute: seipsum tibi Stans sine mitra.

tibi deo patri in patibulo crucis elegit immolari: ac tecū viuit et regnat in vnitate spūs sancti deus. Per oia secula seculoꝝ. ℟. Amē.

Cū pōtifex accepta mitra: facit cū pollice dextrę man⁹ chrismate intincto: crucē sup patenā: ab ora in orā: ⁊ mox linit ⁊ perūgit totā ei⁹ superficiē cum ipso pollice, dicēs.

Cū mitra

Consecrare ✠ ⁊ sancti ✠ ficare dignare dñe deus: hanc patenā: per istā vnctionē: ⁊ nostrā bene ✠ dictionē: in Christo Jesu domino nostro, qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spūs sancti deus: Per oia secula seculoꝝ. ℟. Amē.

Deinde stās adhuc cū mitra pcedit ad benedictionē calicis dicēs.



Pontifex stās cū mitra benedicit calicem.

Oremus dilectissimi fratres: vt deus ⁊ dñs noster: calicē hūc in vsum sui ministerij cōsecrādum: cęlestis grę inspiratione sanctificet: ⁊ ei ad humanā consecrationē: plenitudinē diuini fauoris accommodet. Per Christū dñm nostrū. Cū deposita mitra, dicit. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Stans sine mitra.

Dignare dñe deus noster: calicem istū bene ✠ dicere: in vsum ministerij tui pia famulatus deuotione formatū: ⁊ ea sancti ✠ ficatione perfunde: qua Melchisedech famuli tui sacratū calicem perfudisti: ⁊ quod arte vel metalli natura: effici nō potest altaribus tuis dignū: fiat tua bene ✠ dictione sanctificatum. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Gen. 14.

Deinde accepta mitra facit crucē cum pollice dextrę manus de chrismate intra ipsum calicem: a labio eius in labiū: ⁊ mox linit ⁊ perungit interius ipsum totum, dicens.

Consecrare ✠ ⁊ sanctificare digneris dñe deus: calicem istum: per istā vnctionē: ⁊ nostram bene ✠ dictionē: in Christo Jesu dño nostro: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spūs sancti deus: Per oia secula seculoꝝ. ℟. Amē.

Pontifex facit signū crucis cū pollice in chrismate intincto intra ipsum calicē a labio in labiū ⁊ mox totus linit interius.

Cum deposita mitra dicit sup calicem ⁊ patenā. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Omnipotēs sempiterne de⁹: manibus nostris opem, quęsumus, tuę benedictionis infunde: vt per nostram bene ✠ dictionem: hoc vasculū ⁊ patena sanctificentur: ⁊ corporis ⁊ sanguinis dñi nostri Jesu Christi: nouū sepulchrū sancti spiritus gratia efficiatur. Per eundē dñm ⁊c. ℟. Amē.

Deposita mitra.

Demū aspergit calicem ⁊ patenā cū aqua benedicta: quod fieri debet in omnibus quarumlibet benedictionibus rerū: quo facto abstergi facit per aliquē sacerdotem patenam ⁊ calicē cū mica panis: ⁊ bene mūdari: deinde extersiones proijciunt in ignē vel sacrariū.

postea cū mica panis calice patena p sacerdotē extergit ⁊ extersiones i sacrariū proijciūt.

DE

DE BENEDICTIONE sacerdotalium indumentorum in genere.

Pontifex sacerdotalia indumenta bñdicere volēs: stans sine mitra, dicit. ℣.



Pontifex benedicturus sacerdotalia indumenta stat sine mitra.

Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotēs sempiterne deus; qui per Moysen famulum tuum Pontificalia ⁊ sacerdotalia atq; leuitica vestimēta: ad explendum ministeriū eorum in conspectu tuo: ad honorem ⁊ decorē nominis tui fieri decreuisti: adesto propitius inuocationib⁹ nostris: ⁊ hęc indumenta sacerdotalia desuper irrigante gratia tua: ingenti benedictione: per nostrę humilitatis seruitutē purifi✠care: bene✠dicere: et conse✠crare digneris: vt diuinis cultibus et sacris mysterijs: apta ⁊ benedicta existant: ijsq; sacris vestibus pontifices, sacerdotes, seu leuitę tui induti: ab omnib⁹ impulsionibus, seu tentationibus malignorum spirituum muniti ⁊ defensi esse mereantur: tuisq; mysterijs apte ⁊ condigne seruire ⁊ inhęrere: atq; in his tibi placide ⁊ deuote perseuerare tribue. Per Christū dñm nostrū. ℟. Amē. Alia oratio. Oremus.

Deus inuictę virtutis auctor: ⁊ omnium rerum creator ac sanctificator: intende ꝓpitius preces nostras: ⁊ hęc indumenta leuiticę ⁊ sacerdotalis glorię: ministris tuis fruenda: tuo ore proprio bene✠dicere: conse✠crare: ⁊ san✠ctificare digneris: omnesq; eis vtentes: tuis mysterijs aptos: et tibi in eis deuote ⁊ amabiliter seruiētes: gratos effici cōcedas. Per dñm nostrum Jesum Christū ⁊c.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta. Poterit etiā Pontifex sine mitra stans: sup ipsa indumenta anteq̄ aquā benedictā aspergat: sequentē benedictionē si ei placebit dicere. Oremus.

Pontifex aspergit aquā benedictā sup paramēta.

Domine deus omnipotens: qui vestimenta pontificibus: sacerdotibus: et leuitis: in vsum tabernaculi fœderis necessaria: Moysen famulū tuum agere iussisti: eumq; spiritu sapientię ad id peragendum repleuisti: hęc vestimenta in vsum et cultum ministerij tui: sancti✠ficare: bene✠dicere: ⁊ cōse✠crare digneris: atq; ministros altaris tui: qui ea induerint: septiformis spiritus gratia dignanter repleri: atq; castitatis stola: ⁊ beata facias cum bonorū fructu operū ministerij congruentis immortalitate vestiri. Per dominum nostrū Jesum Christū ⁊c.

Alia benedictio ad idem. Exo. 28.

Deinde

Aspergit aqua benedicta.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta vel etiam si placet poterit Pontifex sine mitra stās: finitis præcedentibus orationib⁹: antequam indumenta aqua benedicta aspergat vel etiam omissis omnibus præcedentibus benedictionib⁹: sequentem specialem dicere: nominando in ea indumentum: vel indumenta: quod, seu quę benedicit.

SPECIALIS BENEDICTIO cuiuslibet indumenti.

Specialis benedictio omniū paramentorū ecclesiasticorum.

Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus omnipotens: bonarū virtutum dator: et omnium benedictionū largus infusor: supplices te rogamus: vt manibus nostris opem tuę benedictionis infundas: ⁊ has caligas et sandalia vel amictum vel albam vel cintorium vel stolam vel manipulum vel tunicam vel dalmaticam vel planetam diuino cultui præparatam virtute sancti spiritus bene✠dicere: sancti✠ficare: ⁊ conse✠crare digneris: ⁊ omnibus ea vel eo vel eis vtentibus: gratiam sanctificationis sacri mysterij tui benignus concede: vt in conspectu tuo: sancti ⁊ immaculati atq; irreprehensibiles appareant: et auxilium misericordię tuę acquirant. Per dominum nostrum Iesum Christū filium tuum, Qui tē.

Aspergit aqua benedicta.

Deinde aspgit ea: aqua bñdicta.

DE BENEDICTIONE mapparum, seu linteaminum sacri altaris.

Benedictio linteaminum altaris quā facit pontifex stās sine mitra.

Pontifex mappas, seu lintheamia sacri altaris benedicturus: stās sine mitra, dicit. versus.

Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Orem⁹.

Exaudi dñe preces nostras: ⁊ hęc lintheamina sacri altaris vsui præparata: bene✠dicere: et sancti✠ficare digneris. Per Christum dñm nrm̄. ℟. Amē. Orem⁹.

Exo. 25. et sequentibus cap.

Domine deus omnipotens: qui ornamenta et linteamina facere Moysen famulum tuū: per quadraginta dies docuisti: quę etiam Maria texuit ⁊ fecit: in vsum ministerij tabernaculi federis: sancti✠ficare: bene✠dicere: ⁊ conse✠crare digneris: hęc linteamina: ad tegendum inuoluendumq; altare: gloriosissimi filij tui domini nostri Iesu Christi: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus: Per omnia secula seculorū. ℟. Amen.

Aspergit aqua benedicta.

Deinde aspgit ea aqua bñdicta:

DE BENEDICTIONE CORPORALIVM.

Corporalia benedicit pontifex stās sine mitra.

Pontifex corporalia benedicere volens: stans sine mitra: dicit. versus.

Adiutorium nrm̄ in noie dñi. ℟. Qui fecit cęlū ⁊ terram. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū. Oremus.

Ole

Clementissime dñe deus: cuius inenarrabilis est virtus: cuius mysteria archanis mirabilibus celebrãtur: tribue, quesum⁹ vt hoc lintea men: tue propitiationis bene ✠ dictiõe sanctificetur: ꝛ ad consecrãdum super illud corpus dei ꝛ domini nostri Jesu christi filij tui: dignum efficiatur. Per eundem Christum dñm nostruz. ℟. Amen. Alia oratio. Oremus.

Omnipotẽs sempiterne deus: bene ✠ dicere: sancti ✠ ficare: ꝛ cõse ✠ crare digneris linteamen istud: ad tegendũ: inuoluendumqꝫ corpus ꝛ sanguinez domini nr̃i Jesu christi filij tui: qui tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus: per oĩa scl'a seculorũ. ℟. Amen. Alia oratio. Oremus.

Omnipotens deus: manibus nostris opez tue benedictionis infunde: vt per nostram bene ✠ dictionẽ: hoc linteamen sanctificetur: ac corporis ꝛ sanguinis redẽptoris nostri: nouuz sudarium: spũs sancti gratia efficiatur. Per eundez dñm nr̃m Jesum chr̃m filium tuũ: qui tecuz viuit ꝛ regnat in vnitate spũs sancti Deus: Per oĩa secula seculorum. ℟. Amen.

DE BENEDICTIONE NOVAE CRVCIS.

Que parãda sunt in benedictione noue crucis.

Noua crux, seu tabula in qua crucifixus est depict⁹: hoc modo benedicitur. Paratis thure: thuribuloqꝫ cum igne: ꝛ aqua benedicta: Pontifex stans cum mitra dicit. versus.



Adiutorium nr̃m in noĩe dñi. ℟. Qui fecit celũ ꝛ terrã. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus.

Stando et sine mitra

Bene ✠ dic dñe hanc crucem tuam: per quã eripuisti mundũ a potestate demonũ: ꝛ superasti passione tua suggestorẽ peccati: qui gaudebat in preuaricatione primi hoĩs: per vetiti ligni sumptionẽ: qui cũ deo patre et spiritu sancto viuis ꝛ regnas in scl'a scl'oꝝ. ℟. Amen. Alia oratio. Oremus.

Rogamus te domine sancte: pater omnipotens: sempiterne deus: vt digneris bene ✠ dicere: hoc lignum crucis tue: vt sit remediuz salutare: generi humano: sit soliditas fidei: bonorum operũ profectus: ꝛ redemptio animarũ: sit solamen ꝛ protectio ac tutela: contra seua iacula inimicorum. Per dñm nostrũ Jesum christuz filium tuũ: qui tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus.

Deinde dicit voce mediocri: extẽsis manib⁹ ante pectus: p̃fationẽ.

Per omnia secula seculoꝝ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiscuz. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursuz corda. ℟. Habem⁹ ad dñm. ℣. Gratias agamus dño deo nr̃o. ℟. Di

Pontifex extẽsis manib⁹ ante pectus dicit p̃fationem.

gnū ꝛ iustū est. Vere dignū ꝛ iustū est: equum ꝛ salutare. Nos tibi semper ꝛ vbique grãs agere. Dñe sancte: pr̃ oipotens: eterne Deus: Cuius sanctum atq; terribile nomen: inter ceteras visibiles creaturas: ligna quoq; fructifera laudare ꝛ bñdicere non cessant. Qui in figuram vnigenite sapiētie tue: ligno vite a principio paradisū voluptatis ornasti: vt eiusdē fructus sacrosancto mysterio: protoparētis nostri generis mortē cauere: ꝛ vitā admoneres custodire perpetuā. Quiq; nos vetite arboris a tactu: iuste morti addictos: eiusdē coeterne tibi sapiētie dei ꝛ dñi nostri Jesu chři: innoxia morte ad vitam misericorditer reuocare dignatus es. Te supplices exoram⁹: vt hoc singulare signum: quod ad exēplū primi illius sacratissimiq; vexilli: quo pretioso sanguine filij tui triumphasti: fidelium tuorum deuotione cōpactum: erectumq; est: tua celesti bene✠dictione sanctificare digneris: vt oibus hic genuflectētibus: ac tue maiestati supplicantibus: largior ꝛ cordis compunctio: ꝛ admissorum cōcedatur remissio: atq; intercedēte ipsa victoriosissima vnigeniti filij tui passione: ꝛ tibi placita postulare, ꝛ citius valeant postulata percipere. Da, quesumus, clementissime pater: in quo viuimus: mouemur, et sumus: vt quoties triumphū diuine humilitatis, q̃ supbiā nr̃i hostis deiecit: oculis ituemur: quotiesq; mente recolimus: ꝛ contra hostē ipsum: fiduciam fortitudinis: ꝛ maiorem tibi deuote humilitatis gratiam consequamur. Quatenus in illo tremendo tue maiestatis examine: cum pauentibus elementis: celorumq; tunc commotis virtutibus: signum istud glorificum redemptionis nostre apparuerit in celo: ipsi de morte ad vitam transire: ac perpetua beate resurrectionis videre gaudia mereamur. Qd̃ sequit dicit plane legēdo: ita tamē q̄ a circūastātib⁹ audiri possit. Per eūdem dñm nr̃m Jesum chřm filiū tuū: qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate spũs sctí deus: per oia scła scłor. ℞. Amē. Oremus.

Gen. 3. — Mat. 24. — Quod sequitur dicit plane.

Deus, qui beate crucis patibulum: qđ prius erat scelerātis ad penā: cõuertisti redēptis ad vitā: cõcede plebi tue: eius vallari psidio: cui⁹ est armata vexillo. Sit ei crux: fidei fundamentū: spei suffragiū: i aduersis defensio: in prosperis adiuuamen: sit ei in hostes victoria: in ciuitate custodia: in cāpis ptectio: in domo fultura: vt per eā pastor in futuro gregē conseruet incolumē: que nobis agno †vincente ✠ conuersa est in salutem. Per eundē dñm nr̃m Jesum Christū. ꝛc. Alia oratio. Orem⁹.

† alias innocente.

Sancti✠fica dñe Jesu Christe: istud signaculum passionis tue: vt sit inimicis tuis obstaculum: et credentibus in te perpetuum victorie vexillum: Qui cum deo patre viuis et regnas in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. ℞. Amen.

Tum

Tum offertur Pontifici thus in navicella, aut alio vase: quod Pontifex stans sine mitra benedicit, dicens. Oremus.

Pontifex benedicit thus sibi oblatum stans sine mitra.

Domine deus omnipotens: cui astat exercitus angelorum cum tremore: quorum servitium spirituale et igneum esse cognoscitur, dignare respicere: bene✠dicere et sancti✠ficare hanc creaturam incensi: ut oes languores: omnesque infirmitates: cunctaeque insidie inimici: odorem eius sentientes: effugiant et separentur a plasmate tuo: ut nunquam ledatur a morsu antiqui serpentis: quod pretioso filii tui sanguine redemisti: qui tecum et cum spu scto vivit et regnat deus: p oia.

Quo facto Pontifex ponit thus in thuribulum. Deinde aspergit crucem aqua bndicta: et mox eam incensat. Tum dicit adhuc stans sine mitra.

Pontifex posito in censo i thuribulo aspergit crucem aqua benedicta et incensano dicit.

Sancti✠ficetur istud lignum: In nomine pa✠tris: et fi✠lii: et spirit✠ sancti: et benedictio illius ligni: in quo sancta membra salvatoris suspensa sunt: sit in isto ligno: ut orantes: inclinantesque se propter deum ante istam crucem: inveniant corporis et aie sanitatem. Per eundem dnm nrm Iesum chrm. etc. R. Amen.



Tum Pontifex flexis ante crucem genibus: ipsam devote adorat et osculatur. Idem faciunt quicunque alii voluerint. Si vero crux est ex metallo, vel lapide: loco precedentis orationis: videlicet Sanctificetur etc. Pontifex stans sine mitra, dicit sequentem orationem.

Pontifex et alii flexis genibus adorant crucem et osculantur.

Si crux est de metallo pontifex loco orationis. Sanctificetur: dicit sequentes orationes.

Deus glorie: excelse sabaoth: fortissime Emmanuel: deus pater veritatis: pater sapientie: pater beatitudinis: pater illuminationis: et pulchritudinis, atque vigilationis nostre: qui mundum regis: qui cuncta regna disponis: qui es bonorum collator munerum: et bonorum omnium attributor: cui omnes gentes: populi: tribus et lingue serviunt: cui astat omnis angelorum legio: qui largiris famulis tuis fidem et laudem nominis tui: ut debita tibi oblata persolvant: cui prius fides offerentium complacet: deinde sacrificatur oblatio: quesumus exorabilem misericordie tue pietatem: ut sancti✠fices tibi hoc signum crucis, atque conse✠cres: quod tota mentis devotione famulorum tuorum religiosa fides construxit: tropheum scilicet victorie tue, et redemptionis nostre: quod in amorem Christi triumphalis gloria consecravit. Aspice hoc signum crucis insuperabile: p quod diaboli est exinanita potestas: mortalium restituta libertas: licet fuerit aliquando in penam: sed nunc versa in honorem per gratiam: et que quondam reos puniebat supplicio: nunc et noxios absolvit a debito: et tibi quid

per hoc placere potuit: niſi id per quod tibi placuit nos redimere: et nullum tibi debitum amplius munus eſt: q̃ quod tibi tunc corporis dedicauit affixio: nec tibi eſt magis familiaris oblatio: q̃ quę familiari manuum tuarum extenſione ſacrata eſt. Illis ergo manibus hanc crucem accipe: quibus illam amplexus es. Et de ſanctitate illius hanc ſancti ✠ fica, et ſicuti per illã mundus expiatus eſt a reatu: ita offerentium famulorum tuorum animę deuotiſſimę: huius crucis merito: omni careant perpetrato peccato: et obtecta eniteſcant: Illius ſucceſſibus aſſiduis triũphorum gloria radiet: hic vnigeniti filij tui dñi noſtri: ſplẽdor diuinitatis fulgeat in auro: eniteat gloria paſſionis eius in ligno: in cruore rutilet noſtrę mortis redemptio. In ſplẽdore chriſtalli: vitę noſtrę purificatio: ſit ſuorum protectio: ſpei certa fiducia: eos ſimul cum gente et plebe, fide cõfirmet: ſpe et pace cõſociet: augeat triumphis: amplificet in ſecũdis: proficiat eis ad perpetuitatem temporis: ad vitam ęternitatis: et vt eos temporali florẽte gloria: muniat ad perpetuam redemptionis coronam: et ad regna cęleſtia potenti virtute perducat: pręſta per propitiationem ſanguinis eius: per ipſum datorem, qui ſeipſum dedit redemptionem pro multis, qui ſe hoſtiã pro delictis offerre dignatus eſt, qui exaltatus in ligno crucis ſuę: principatus et poteſtates humiliauit: qui tecum ſydereo conſidet throno: indiſſolubili connexione ſpiritus ſancti: per infinita ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Tum Põtifex flexis ante crucẽ genib⁹: eam deuote adorat et oſculat: idẽ faciunt quicũq; alij voluerint.

Pontifex crucẽ adorat et oſculatur genibus flexis et alij ſimiliter.

DE BEENDICTIONE imaginis beatę Marię Virginis.

Pontifex bñdicturus imaginem beatę Marię virginis: paratus ſupra rochetũ amictu, ſtola, pluuiali, et mitra ſimplici: ſtans ſine mitra, dicit. Adiutoriũ noſtrum in noĩe dñi. ℟. Qui fecit cęlum et terram. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo.

Stando ſine mitra.

Quo facto: aſpergit figuraz aqua benedicta. Deide inchoat ſchola proſequente añaz. Sub tuũ pręſidium. Qua incepta et dum ea cãtatur: thurificat imaginem ipſam ter ducens thuribulum: Deinde ſedet reaſſumpta mitra donec cõpleantur antiphona et pſalmi ſequentes. Antiphona.



ne

ne despicias in necessita-

tibus: sed a periculis cun ctis

libe ra nos sem per virgo

gloriosa & benedi cta.

Tempore paschali: Añã.

Vale luiah.

ps. Fundamenta. totus cum.

Gloria patri. Añã. Aue Maria.

dicitur tota añã & psalmus. Añã.

Aue mari a, gratia plena, do-

minus te cum benedicta tu

in mulie ribus. Halleluiah.

ps. Ad te leuaui. cũ Gloria pãi.

Finitis antiphonis & ps̃ prędictis

Pontifex surgit deposita mitra,

et dicit. Oremus.

Deus, qui virginalẽ aulã btẽ Marię vginis in qua habitares eligere dignatus es: da, q̃s, vt sua nos defensione munitos: iucũdos facias suę interesse cõmemorationi. Qui viuis & regnas i sęcla sęculorũ. Amẽ. Deide incipit añaȝ schola prosequẽte. Qua incepta sedet cum mitra donec pficiat añ.

Stando & sine mitra

O gloriosa dei genitrix virgo

semper maria, quę dominum

omnium meruisti portare

et regem angelo rum sola vir-

go lactare: nostri quęsumus

pia memorare, et pro nobis



Jesum christum deprecare vt



tuis sul ti patrocini is



ad ce lesti a regna merea



mur peruenire. ps.



Magnificat. cũ Gloria patri. Finita añ. Surgit Pontifex sine mitra stans vsq3 ad finem psalmi. Quo finito, dicit. Oremus.

Stando ⁊ sine mitra

Deus, qui de Beatę Marię. tota dicit. Oremus.

Omnipotẽs sempiterne de⁹: clementissima cuius dispensatione: cuncta creãtur ex nihilo: hanc imaginem in honorem piissimę genitricis filij tui dñi nostri Jesu christi venerabiliter adaptatã: benedi✠cere, ⁊ sanctifi✠care dignẽris: ⁊ prẽsta misericordissime pater: per inuocationem nominis tui atq3 eiusdem vnigeniti filij tui dñi nostri Jesu christi: quẽ pro salute generis humani integritate virginis Marię seruata, incarnari voluisti: quaten⁹ precibus eiusdem sacratissimę virginis: qcũq3 eandẽ3 misericordię reginã ⁊ gratiosissimã dñam nostrã coram hac effigie suppliciter honorare studuerit: ⁊ de instãtib⁹ piculis eruãtur: ⁊ in conspectu diuinę maiestatis tuę de cõmissis ⁊ omissis veniã impetrent, atq3 mereantur in pręsenti gratiã, quã desiderant adipisci, et in futuro perpetuã saluatione cum electis tuis valeant gratulari. Per eundẽ3 dñm. R. Amen. Vltimo aspgat illã aqua bñdicta.

BENEDICTIO IMAGINVM ⁊ aliorum Sanctorum.

Pontifex stans sine mitra, dicit.

Stando ⁊ sine mitra

Adiutoriũ no. ⁊c. O ñe exaudi. Dominus vobiscum. Oremus.

Omnipotẽs sempiterne de⁹, qui sanctorum tuorum imagines, seu effigies sculpi, aut pingi nõ reprobas: vt quoties illas oculis corporeis intuemur: toties eorum actus ⁊ sanctitatẽ ad imitandum memorię oculis meditemur: hanc, quęsumus, imaginẽ, seu sculpturam: in honorem ac memoriã3 beati. N. apostoli tui vel martyris vel confessoris, aut pontificis aut virginis adaptatam benedi✠cere ac sancti✠ficare digneris. Et pręsta, vt quicũq3 coram illa ipsu3 gloriosissimum apostolum tuum: vel martyrem, vel confessore3: vel virginẽ suppliciter honorare studuerit: illius precibus ac obtentu: a te gratiam in pręsenti: ⁊ ęternam gloriam obtineat in futuro. Per dominu3 nostrũ. R. Amen. Vltimo aspergat aqua bñdicta.

DE

DE BEENDICTIONE sacrorum vasorum, et aliorum ornamentorum in genere.

Pontifex sacra vasa, vel alia ornamenta bñdicere volens: stãs sine mitra, dicit ℣. Adiutoriũ nostrũ in nomine dñi. ℟. Qui fecit celũ et terrã. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus.

Sine mitra et stando.


Exaudi, dñe pater clemẽtissime, preces nostras, et hec purificãda vasa et ornamẽta sacri altaris atq; ecclesie tue sacri ministerij vsui preparata bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris. Per Christum dominum nostrũ. ℟. Amen. Alia oratio. Oremus.

¶ Quarto fit mandatū. Primū itaq̄ circa horā tertiam Pōtifex parat⁹ si velit:amictu,alba,et stola, sine mitra et baculo pastorali egreditur sacristiā cū canonicis et toto clero:et intrat capitulū:vbi parati sunt.xiij.pauperes.Quibus sedētibus,ipse flexis genibus lauat pedes et tergit et osculatur.Deinde osculata cuilibet manu,dat ei eleemosynam arbitrio suo. Et interim a schola cantatur Introitus.



ricordiam tuam in medio templi



p̃s. Magnus dñs. dicitur totus cũ Gloria pr̃i. ꝛ introitus repetitur. Quo dicto inchoat añ. Ne reminiscaris. ꝛ dñr psalmi penitentiales supra fol. 53. Quibus dictis Pōtifex dicit Kyrie el. Christe el. Kyrie elei. Pr̃ nr̃. Et ne nos. ℣. Tu mandasti mandata tua. ℟. Custodiri nimis. ℣. Tu lauasti pedes discipulorũ tuorum. ℟. Opera manuũ tuarum dñe ne despicias. Dñe exaudi. Dominus vobiscũ. Oremꝰ. Oratio.

Adesto dñe, quęsumus, officio seruitutis nostrę: ꝛ quia tu discipulis tuis pedes lauare dignatus es: ne despicias opera manuũ tuarũ, quę nobis retinenda mandasti: vt sicut hic nobis et a nobis exteriora abluũtur inquinamenta: sic a te omnium nostrũ interiora peccata lauentur. Quod ipse pręstare digneris: qui cum deo patre, ꝛ spiritu sancto viuis ꝛ regnas in secula seculorum. ℟. Amen. Lotione finita, pauperes comedant in domo dñi episcopi. Hęc autē forma lauandi pedes, potest diebus singulis obseruari incipiendo ab añа. Ne reminiscaris.

DE OFFICIO FERIAE V. in cęna Domini, cum chrisma et olea conficiuntur.

Hac die in toto orbe christiano: chrisma ꝛ oleũ sanctũ, ac oleum cathecumenorum conficiunt. Dñs enim Jesus christus postq̃ cum discipulis cęnauit: ꝛ eorũ pedes lauit: chrisma conficere docuit. Ipsa quippe pedum lotio: sicut ait Papa Fabianus: nouũ significat baptismum: qđ sancti chrismatis vnctione pficitur ꝛ confirmat. Singulis itaq; annis: hoc sacramentũ hac die est innouandum: quia nouũ est sacramentũ: ꝛ vetus in ecclesia concremandum. Hoc profecto a sanctis apostolis ꝛ eorũ successoribus accepimꝰ. Hoc sancta Romana ecclesia ꝛ Antiochena: a tēpore apostolorũ custodit: hoc Cōstantinopolitana, Jerosolimitana, Alexādrina, ꝛ Ephesina ecclesia tenent. ¶ Mane itaq; sacrista, vel ille ad quem spectat: omnia quę ad chrismatis consecrationem, ac oleorum huiusmodi confectionem necessaria sunt: parat, videlicet. Tres ampullas oleo mundissimo plenas: quas

quas in sacrario ponit, ⁊ diligenter custodit. Unam ad oleū infirmor̄. Aliam ad oleū cathecumenorum. Tertiam quę maior sit: ad chrisma. Et hęc tertia cooperiri debet de panno serico albo. Prima autem ⁊ secūda: de serico panno alterius coloris: sint coopertę. Duas mappulas mūdas, siue vela: pro diaconis q ampullas oleorum pro chrismate ⁊ oleo cathecumenorū: de sacristia ad chor̄ portare debēt: ⁊ vltra hęc: faldistoriū ⁊ credentiam consuetā. Paratur etiā alia sedes in presbyterio: ab opposito altaris: iuxta gradus: circa finem presbyterij: ⁊ ante ipsam sedem versus altare: parat̄ mensa mappis ornata, quę sit iuxta sedē: inter ipsam ⁊ altare. Iuxta dictā sedem hinc ⁊ inde: magis tamē ad finem presbyterij: posita sint scamna pro .xij. sacerdotibus: ita vt ibidē sedētes: facies ꝟtant ad altare.

¶ Deinde hora cōpetenti: Pontifex venit ad ecclesiā: vbi parat se ad missā oībus pōtificalib⁹ ornamentis preciosis: albi coloris. Parant se etiā ministri Pontificis, et vltra illos, duodecī Presbyteri, septem Diaconi, septē Subdiaconi, Acoliti, ⁊ alij necessarij: oēs vestibus albi coloris: ordini suo congruentibus: quibus oībus paratis: ꝓcedūt ad altare processionaliter: hoc modo. In primis ꝓcedit thuriferarius: quē sequunt̄ duo ceroferarij: post hos septē subdiaconi bini ⁊ bini: ⁊ ī tertio loco tres simul vadunt: Tū septem diaconi etiā bini ⁊ bini: ⁊ ī tertio loco tres. Post hos duodecim p̄sbyteri: bini ⁊ bini, quos sequit̄ subdiacon⁹: librum euangeliorum portās ante pectus: cū manipulo in eo reposito: deinde diaconus, ⁊ a dextris eius capellanus assistēs: quos demum pontifex sequit̄: incedēs medius inter duos digniores canonicos ecclesię: aut in dignitate constitutos: si Pontifex sit in ecclesia sua: alioquin ibit medi⁹ inter diaconū ⁊ assistentem. Et si Pōtifex sit archiepiscop⁹, vel patriarcha: ⁊ in ecclesia sua: portat̄ etiā in huiusmodi processione crux: per vnum ex ministris ad hoc ordinatū: qui medius inter ceroferarios incedit.



Duodecim presbyteri suo ordine iuxta bācos in fine presbyterij positos: hinc et inde stabūt, vel sedebunt: aut genuflectēt: prout tempus postulabit: facies semper ad altare vertentes: post eos stabunt septē diaconi: ⁊ post diaconos septē subdiaconi in gradibus presbyterij. Pontifex vero postq̄ ante altare ꝑuenerit: facit ꝯfessionē: incipit̄ itroitus: ⁊ proceditur in missa more cōsueto vsque ad illū locum canonis: vbi dicitur.

Per

Pontifex ꝓcedit in missa vsq; ad Per quem hec oia exclusiue.

Per quē hęc omnia domine sem per bona creas: exclusiue. Prius quam ergo Pontifex verba ipsa dicat: facta reuerentia sacramento in altari consecrato: retrahit se ad partem epistolę altaris: vbi super alium calicem vacuum abluit digitos, ⁊ ad purificatorium extergit: ⁊ ablutio vsq; post cōmunionem Pontificis reseruatur. Tum facta iterum sacramento reuerentia: descendit primum gradum altaris: ⁊ ibidem accepta mitra vadit ad dictam sedem sibi paratam i presbyterio ab opposito altaris: ⁊ sedet super ipsam versa facie ad altare: dictam mensam ante se habens: circumastātibus ministris: Sacerdotibus ⁊ alijs paratis prędictis: in suis locis manētib⁹. Tūc Archidiaconus stās apud Pōtificē: dicit alta voce i tono lectionis.



Archidiacon⁹ stans apud Pōtificē dicit

Oleum infirmorum.

Et mox vnus subdiaconus ex septem paratis prędictis cum duobus acolitis hinc ⁊ inde associat⁹: vadit ad sacristiam, vbi accipiens ampullam olei quod pro infirmis cōsecrari debet: coopertam, vt inuenit: portat eam sinistro brachio amplexatam ante Pontificem: vbi eam tradit in manibus Archidiaconi plane dicens. Oleum infirmorum. Archidiacon⁹ pręsentat illam Pontifici ad benedicendū: idem dicens: collocans eam coram eo supra mensam supradictam.

Archidiacon⁹ pńtat ampullā epō dicēs Oleū infirmorū ⁊ ponit eam sup mēsam sibi paratā



Pontifex surgens cum mitra: exorcizat et benedicit illud: voce demissa: ita tamen ꝙ a circūastantibus Sacerdotibus audiri possit: absolute dicens.

Pontifex stās cū mitra bñdicit oleum.

Exorcizo te immūdissime spiritus: omnisque incursio sathanę, ⁊ oē phātasma. In noīe pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spūs ✠ sancti: vt recedas ab hoc oleo: vt possit effici vnctio spiritalis ad corroborandum tēplum dei viui: vt in eo possit spūs scūs habitare: p nomē dei patris oīpotētis: ⁊ p nomen dilectissimi filij eius dñi nostri iesu christi. Deinde deposita mitra benedicit ipsum oleum dicens eadem voce.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Pontifex deposita mitra dicit.

Emitte, q̄s dñe, spūm sanctum paraclētū de cęlis: in hāc pinguedinē oliuę: quā de viridi ligno producere dignatus es: ad refectionē mētis ⁊ corporis: vt tua sancta bñ ✠ dictiōe: sit oī hoc vnguēto cęlestis medicinę perunctio: tutamen mentis ⁊ corporis: ad euacuandos omnes dolores: omnes infirmitates: omnemq; egritudinē mentis ⁊ corporis: vnde vnxisti sacerdotes, reges, prophetas, et martyres

martyres tuos sit chrisma tuũ ꝑfectũ nobis dñe a te benedictum: ꝑmanens in visceribꝰ nostris. In noïe dñi nři Jesu christi. ℞. Amẽ.

Pontifex cũ mitra accedit ad altare ⁊ ꝓsequit̃ missam vsque ad cõionẽ suã inclusiue.

His expletis: oleum ipsum eo modo quo apportatum fuit: ad sacrariũ reportat̃: ⁊ diligẽtissime cõseruat̃. Tũc Põtifex reassumpta mitra sedet ⁊ lauat manũs: tũ surgit ⁊ cũ mitra cum ministris suis: ceteris sacerdotibꝰ ⁊ alijs paratis ĩ locis suis manẽtibꝰ: accedit vsq; ad gradum altaris: vbi deposita mitra, facit reuerentiã sacramẽto: tũ ascẽdit ad altare: ⁊ incipiẽs vbi dimiserat: vꝫ. **Per quẽ hec oïa. ⁊c.** procedit in missa vsq; ad cõionem corporis et sanguinis inclusiue. Quã Pontifex ipse solus sumit.

Diaconus hostiã consecratã ꝓ die crastino reponit sup altare in vasculo ad hoc parato.

Quo facto, Diaconus ponit hostiam consecratã pro crastina die reseruãdam: in calicẽ, seu vasculũ ad hoc paratũ, ⁊ reuerenter collocat ipsam super medium altaris. Deinde Pontifex postq̃ se cõicauerit ⁊ purificauerit: ac etiã primã digitorũ ablutionem ex alio calice sumpserit: facta reuerentia sacramẽto ĩ altari posito: in scđo gradu altaris mitrã accipit, ⁊ redit ad ꝑdictã sedẽ cũ ministris suis ⁊ alijs assistentibꝰ eo ordine quo premissum est: ⁊ ibi cum mitra sedet. Tũc archidiaconꝰ stãs apud Põtificẽ dicit alta voce in tono lectionis.

Archidiaconus alta voce dicit Oleũ ad Sanctum chrisma, ⁊ oleum cathecumenorum.



Oleum ad Sanctũ chrisma. Et mox eadẽ voce ⁊ tono subiungit.



Oleum cathecumenorum

12. Presbyteri. 7. diaconi. ⁊ 7. subdiacõi vadũt ad sacrarium ⁊ deferunt cũ oĩ decore duas ampullas cum oleo.

Quo dicto: oblato Pontifici thuribulo: Pontifex ĩponit incẽsuꝫ ⁊ benedicit more solito. Tũ duodecim ꝑsbyteri, septẽ diaconi, ⁊ septẽ subdiaconi parati ꝑdicti, ⁊ alij ministri quot necessarij fuerint: eo ordine quo venerũt: ꝑgunt ad sacrariũ ad deferendũ cum oĩ decore et reuerẽtia: oleũ chrismale ⁊ oleum cathecumenorũ: ministris tñ Pontificis cũ eo remanentibus. Incedunt aũt redeuntes ad chorũ cuꝫ ampullis: hoc ordine. Primo thuriferarius cũ thuribulo fumigante: quẽ sequitur subdiaconus crucem deferens medius inter duos acolitos cum cereis ardentibus. Tum duo Cantores cantantes versus **O redemptor.** vt infra habentur: quos sequuntur bini ⁊ bini subdiaconi et diaconi. Deinde vnus subdiaconus portans vasculum cum ballsamo.

Ordo redeuntium cum oleis ad altare, ⁊ quid cãtare debent.



Tum duo diaconi ampullas olei ad Sanctum chrisma: et pro oleo cathecumenorũ portantes, qui habẽt mappulas mũdas, siue

ſiue vela ad collum:quorum extremitates ante pectus dependent: tenentes ipſas ampullas ſiniſtris brachijs amplexatas:ſeu circūdatas: & extremitatibus mappularum: que a dextris dependent inuolutas et coopertas:ita tamē vt a medio ſupra videri poſſint. Diaconus autem, qui oleum pro ſancto chriſmate portat: a dextris vadit: hos ſequuntur duodecim ſacerdotes predicti: bini et bini: quibus ſic a ſacriſtia verſus Pontificem procedentibus: duo cantores predicti cantant verſus ſequentes.



O redemptor ſume carmen.



temet concinentium.

Et chorus idem replicat. Deinde dicti duo cantores proſequuntur ſequentes verſus.



Audi iudex mortuorū:vna ſpes



credentium:audi voces profe



rentum donū pa cis premiū.

Chorus repetit verſus.



O redemptor.

Deinde dicti duo cantores proſequuntur verſus.



Arbor feta alma luce hoc ſa



crādū ptulit:fert hoc pna pſens



turba ſaluato ri ſeculi.

Chorus repetit ℣.



O redemptor.

Tū illi duo cātores pſequunt. ℣.



Stans ad aram humi ſup



plex infulatus Pōtifex:debi



tum perſoluit omne conſecra



to chriſmate.

Chorus

Chorus repetit. ℣.



O redemptor.

Deide illi .ij. cãtores pſequunt. ℣.



Conſecrare tu dignare rex per-



ennis patrię: hoc ſignũ oli ue



uiuum contra iu ra demonum.

Chorus repetit. ℣.



O redemptor.

Eis igitur ordine pręmiſſo in presbyteriũ eccleſię cantando verſus pręmiſſos peruenientibꝰ: crux cũ candelabris et incenſo ſituantur prope altarę iuxta cornu epiſtolę. Archidiaconus, diaconus et ſubdiaconus miniſtrantes: ſint circa Pontificẽ hinc ꝛ inde. Sacerdotes vero duodecim parati: iuxta eos duo cornua faciunt, ſex hinc ꝛ ſex illinc: vertentes faciẽ ad altare: a lateribus aſſiſtentes Pontifici: tanquã eius teſtes: ꝛ miniſterij ſacri chriſmatis cooperatores. Diaconi vero poſt tergũ Pontificis: ꝛ poſt eos: ſubdiaconi parati ſtãt: tanquam miniſtri ꝛ inſpectores.

Interim Diaconi ampullas olei chriſmalis: et olei cathecumenorũ portantes: et ſubdiaconus cũ balſamo ſe firmant: quouſqꝫ oẽs pręedicti in ſuis locis fuerint ordinati. Omnibus itaqꝫ diſpoſitis: diaconus ampullam olei chriſmalis ferens: venit ante Pontificẽ: ꝛ archidiaconus illã inuolutã cũ mappula, quã diaconus ipſe circa collum portauit, de manu eius accipiens: eam ſic inuolutã oſtẽdit Pontifici ſedenti: ꝛ illã ſup menſam ante epiſcopũ poſitam collocat diligẽter: alio diacono ampullam aliam aſſidue inter brachia tenente. Tunc ſubdiaconus vaſculũ cũ balſamo portans: illud tradit archidiacono: qui balſamũ Põtifici ſimiliter oſtendẽs: ipſum ſupra menſam collocat. Tũ Põtifex depoſita mitra ſurgit: ꝛ verſus ad altare: habens ante ſe ſuper mẽſam ampullã olei chriſmalis ꝛ balſamũ: ante oĩa benedicit ipſum balſamum, dicens.

Ampulę ponuntur ſup mẽſã paratam.

Bñdictio balſami. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremꝰ.

Pontifex ſtans ſine mitra verſus ad altare bñdicit balſamum.

Deus, miniſteriorum cęleſtiũm ꝛ virtutum omnium pręparator: noſtras, quęſumus, preces exaudi: ꝛ hanc odoriferam ſicci corticis lachrymam: quę felicis virgę profluendo ſudorem ſacerdotali nos opimat vnguento: acceptabilem tuis pręſta myſterijs: et conceſſa benedictione ſancti ✠ fica. Per dominum noſtrum etc. ℟. Amen. Alia oratio. Oremus.

Creaturarum omnium domine creator: qui per Moyſen

sen famulum tuum permistis her/bis: aromatum fieri precepisti sanctificationem vnguenti: clementiam tuã suppliciter deposcimus: vt huic vnguẽto quod radix produxit stirpea: spiritualem gratiã largiendo plenitudinem sancti ✠ ficationis infundas. Sit nobis domine fidei hilaritate cõditum: sit sacerdotalis vnguenti chrisma perpetuum: sit ad celestẽ vexillum impressione dignissimum: vt quicunq; baptismate sacro renati: isto fuerint liquore peruncti: corporum atque animarum benedictionem plenissimam consequantur: et illi beate fidei: collato munere perenniter amplientur. Per dominum nrm. &c. ℟. Amẽ.

Deinde accepta mitra: stans adhuc Pontifex: miscet super patenam: vel in aliquo paruo vasculo balsamũ cum modico olei: de ampulla chrismali sumpti, dicens.

Oremus dominum nostrum omnipotentem: qui incomprehensibilem filij sui: sibique coeterni diuinitatem: mirabili dispositione vere humanitati inseparabiliter coniunxit: et cooperante gratia spiritus sancti: oleo exultationis pre participib⁹ suis liniuit: vt homo fraude diaboli perditus: gemina et singulari cõstans materia: perenni redderetur de qua exciderat hereditati: quatenus hos ex diuersis creaturarũ speciebus liquores creatos: sancte trinitatis perfectione bene ✠ dicat: et benedicendo sancti ✠ ficet: cõcedatq; vt simul permisti vnum fiant: et quicunque exterius inde perunctus fuerit: ita interius liniatur: quod omnibus sordibus corporalis materie carens: se participẽ regni celestis effici gratuletur. Per eundem dñm nostrũ Jesum Christum filium suum: Qui cũ eo viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum.

Quo facto sedet Pontifex retenta mitra: et halat plane tertio in modum crucis super os ampulle chrismalis inuolute: ante eum super mensam stãtis. Deinde duodecim sacerdotes parati: qui iuxta eum sunt ordinatim facientes reuerentiã sacramento in altari posito et Pontifici: ad mensam predictam accedunt: et stantes ante eam singuli successiue eodem modo: vt Pontifex fecerat: in modum crucis super os ampulle predicte halant. Tum reuerentiam: vt supra, faciẽtes: ad loca sua reuertuntur. Quo facto surgit Põtifex, et stãs cũ mitra legẽdo benedicit exorcismum chrismalẽ: absolute dicens.

Benedictio chrismatis.

Exorcizo te creatura olei: per deũ patrẽ omnipotẽtem, qui fecit celum et terrã: mare, et omnia que in eis sunt: vt omnis virtus aduersarij: omnis exercitus diaboli: omnis incursio: et omne phantasma sathane: eradicetur et effuget a te: vt fias omnibus qui ex te vngẽdi sunt: in adoptionẽ filiorũ per spiritum sanctũ. In nomine dei pa ✠ tris omnipotentis: et in charitate

Pontifex stãs cũ mitra. Exorcizat oleum chrismale

Jesu ✠ Christi filij eius dñi nostri: qui cũ eo viuit ꝛ regnat deus: in vnitate eiusdem spiritus sancti. Deinde deposita mitra: extẽsis manibus ante pectus, dicit pfationẽ.



Pontifex stans sine mitra extensis manibus ante pectus dicit pfationem.

Per omnia secula seculoꝛuꝫ. ℟. Amé. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cuꝫ spiritu tuo. ℣. Sursuꝫ corda. ℟. Habemus ad dominũ. ℣. Gratias agamus domino deo nro. ℟. Dignum ꝛ iustum est.

Vere dignum ꝛ iustuꝫ est ęquũ ꝛ salutare. Nos tibi semper et vbiqꝫ gratias agere: dñe sancte: pater omnipotẽs, ęterne deus, Qui in principio inter cętera bonitatis et pietatis tuę munera: terram producere fructifera ligna iussisti: inter quę huius pinguissimi liquoris ministrę oliuę nascerentꝫ: quaruꝫ


fructus sacro chrismati deserui-
rent. Nā ⁊ dauid ꝓphetico spi-
ritu gratie tue sacramēta preno-
scēs: vultus nr̄os in oleo exila-
randos esse cātauit. Et cū mun-
di crimina diluuio quondā ex-
piārent effuso, similitudinē fu-
turi muneris columba demon-
strans; p oliue ramū: pacē terris
redditā nuntiauit: Qd̄ in nouis-
simis tēporib⁹ manifestis est ef-
fectibus declaratū: cū baptis-
matis aquis omnium criminum
cōmissa delētibus: hec olei vn-
ctio vultus nr̄os iucundos effi-
cit ac serenos. Inde etiā Moy-
si famulo tuo mandatum dedi-
sti: vt Aaron fratrē suum prius
aqua lotū: per infusionē huius
vnguenti cōstitueret sacerdotē.


Accessit ad hoc amplior ho-
nor cũ filius tuus Jesus Chris
domin⁹ nr̃ lauari se a Johãne
vndis iordanicis exegisset:
vt spiritu sancto in columbę
similitudinẽ desuper misso:
vnigenitum tuum in quo tibi
optime complacuisse: testimo-
nio subsequentis vocis osten-
deres: ⁊ hoc illud esse manife-
stissime cõprobares: qđ oleo
lętitię pręe consortibus suis
vngẽdum Dauid voce prophe
tica cecinisset. Te igitur pre-
camur domine sancte, pater om
nipotens, ęterne deus: per eun-
dem dominum nostrum Jesum
Christũ filiũ tuũ: vt huius crea-
turę pinguedinem sancti fi-
care tua benedictione digne-
ris


ris et ſancti ſpiritus ei admi-
ſcere virtutem. cooperante chri-
ſti filij tui potentia: a cuius no-
mine ſancto chriſma nomen
accepit: vnde vnxiſti Sacer-
dotes. Reges. Prophetas et
martyres tuos: vt ſpiritua-
lis lauacri baptiſmo renouan-
dis: creaturam chriſmatis in
ſacramentum perfectę ſalutis:
vitęque confirmes: vt ſancti-
ficatione vnctionis infuſa:
corruptione primę natiuita-
tis abſorpta: ſanctum vniuſcu-
iuſque templū: acceptabilis vitę
innocētię odore redoleſcat: vt
ſecundū conſtitutionis tuę ſa-
cramentū. Regio et ſacerdota-
li: propheticoque honore pfuſi
veſtimento incorrupti mune-



ris induant: vt sit his qui rena/



ti fuerint ex aqua ⁊ spiritu sctõ



chrisma salutis eosque ęterne



vitę participes: ⁊ cęlestis re/



gni fa ciat esse consortes.

Quod seq̃uitur dicit plane.

Quod sequitur dicit plane legendo: ita tamen q a circūastantibus audiri possit. Per eundem dominum nr̃m Jesum christum filium tuū. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spũs sancti deus, Per oĩa secula seculorum. ℟. Amē. Prefatione huiusmodi finita: pōtifex balsamum cum illo modico oleo ex ampulla chrismali sumpto mistum: commiscet Sancto chrismati: reponens ipsum in ampullam chrismalem: ⁊ dicens.

Pontifex balsamum cum modico olei q̃ benedixit imponit i ampulla chrismali.

Hec cōmistio liquorum: fiat oib⁹ ex ea perunctis: propitiatio ⁊ custodia salutaris in scl'a seculorum. Tum diaconus qui ampullā chrismalē de sacristia portauit: deponit mappulā, siue velū de ipsa ampulla: dimissa ei sua serica veste alba: quā antea habebat: ⁊ pōtifex capite iclinato salutat chrisma, dicens.



Aue sanctum chrisma.

Pontifex capite iclinato salutat sãctum chrisma ⁊ hoc ter facit semper eleuando vocem.

Et hoc secundo ⁊ tertio facit: semper altius dicendo: quod postquā tertio dixerit: osculatur labium ampullę: quo facto sedet Pontifex ⁊ accipit mitram. Tum singuli duodecim sacerdotes parati prędicti: accedunt successiue per ordinem ad mensam: supra quam pōsita est ampulla chrismatis: et facta reuerentijs sacramento in altari posito ⁊ Pōtifici, tertio in varia distantia genuflectūnt coram ampullā: qualibet vice semper altius dicendo in tono prędicto.

Pontifex accipit mitram ⁊ sedet.

Tunc. xij. Sacerdotes singuli facta reuerētia sacramēto ⁊ pōtifici ter successiue genuflectunt ⁊ dicūt qualibet vice. Aue sanctum chrisma.



Aue sanctum chrisma.

Quo tertio dicto: labiū ampullę reuerēter osculantur, ⁊ ad sua lōca reuertuntur. Quo peracto, ampulla in vno latere mēsę prędictę collocatur. Et mox diaconus aliā ampullā: sua veste cooptam cum oleo cathecumenorum ferēs: accedit ad pręsentiam Pōtificis: ⁊ ampullam ipsam sine mappula: quā diaconus ipse circa collū retinet: tradit archidiacono: q illā suscipiens: eā ostēdit Pontifici: ⁊ collocat supra mēsam p̃dictam: in medio ante Pontificē: super quam ampullam statim: tam ipse Pōtifex quā etiam duodecim presbyteri prędicti:

crisbalent: prout supra de ampulla chrismatis factum est. Quo facto Pontifex surgens cum mitra: sub missa voce legendo absolute exorcismum olei cathecumenorum dicit.

BENEDICTIO OLEI
Cathecumenorum.

Pontifex stās cū mitra. Exorcizat oleum cathecumenorum.

Exorcizo te creatura olei: In nomine dei pa✠tris omnipotentis. Et in nomine Jesu ✠ christi, et spiritus ✠ sancti: vt in hac inuocatione indiuidue trinitatis: atq; vnius virtute deitatis: omnis nequissima virtus aduersarij: omnis inueterata malitia diaboli: omnis violēta incursio: omne confusum et cecum phātasma: eradicetur et effugetur et discedat a te: vt diuinis sacramētis purificata: fias in adoptionem carnis et spiritus: his qui ex te vngendi sunt: in remissionem oīum peccatorum: vt efficiantur eorum corpora ad omnem gratiam spiritualem accipiendam sanctificatā. Per eundem dn̄m nostrū Jesum Christum filiū suum: qui cū eo et eodē spiritu sancto viuit et regnat deus: per oīa secula seculorum.

Deinde deposita mitra Pontifex stans benedicit dictum oleum cathecumenorum eadē voce dicēs. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Sine mitra.

Deus incrementorum oīum: et profectuū spūalium remunerator: q in virtute spiritus sancti: imbecillarū mentium rudimenta cōfirmas: te oramus dn̄e: vt emittere digneris tuā bene✠dictionem super hoc oleum: et venturis ad beate regenerationis lauacrū: tribuas p vnctionē huius creature purgationem mentis et corporis: vt si que illis aduersantium spirituum inhesere reliquie, vel macule ad tactum sanctificati olei huius abscedant: nullus spiritalibus nequitijs locus: nulla refugij sit facultas: nulla insidiantibus malis latendi licētia relinquatur. Sed venientibus ad fidem seruis tuis: et sancti spiritus tui opatione mundandis: sit vnctionis huius preparatio: vtilis ad salutē: quam etiam per celestis regenerationis natiuitatem: in sacramento sunt baptismatis adepturi. Per dn̄m nostrū Jesum chr̄m filium tuum: q venturus est iudicare viuos et mortuos: et seculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde Pōtifex et successiue duodecim sacerdotes predicti: reuerenter salutant oleum ipsum: dicentes tertio in tono lectionis.

Pontifex et .xij. sacerdotes successiue salutant sanctū oleum ter p quo libet semp eleuādo vocem.



Aue sanctum oleum.

Et postq; tertio id fecerint: osculantur os ipsius ampulle: prout supra de chrismate positum est. Quibus itaq; peractis: ambe ampulle per dictos duos diaconos: eo ordine et decore quo delate fuerant: ad sacrarium siue sacristiam processionaliter reportantur. Interim dū reportantur: duo premissi cantores cantant hos versus.

Et p duos Diaconos eo ordine quo sue rūt allate reportant ad sacristiam. Et dū reportantur cātant infra scripta.

Ut nouetur sexus omnis vn-
ctione chrismatis: vt sanet sau-
ci ata dignita tis gloria.
Chorus replicat totum ℟.

O redemptor.
Cū dicti duo cātores ꝓsequūt ℣.

Lota mente sacro fonte effu-
gantur crimina: iuncta fronte
sacro sancta influūt charismata.
Chorus replicat ℟.

O redemptor. Deinde dicti duo cantores prosequuntur ℣.

Corde natus ex pa ren tis al-
uum implens virginis pande
vitam claude mortem: conse-
cra to chrismate.
Chorus replicat ℟.

O redemptor.
Quo replicato dicti duo cātores prosequuntur versum.

Sit hec dies festa nobis seculo-
rum seculis: sit sacrata vera lau-
de nec senescat tempore.
Chorus replicat ℟.

O redemptor.
Uetus aūt chrisma z oleū ca-
thecumenoꝝ ac infirmoꝝ: si quod
remanserat: in ampullis ponit in
lāpadibus ecclesie ante sacramen
tum.

Uet⁹ oleū siquod remāsit i lāpadibus eccl'ie cōburat z reliquum qd remansit in pixidib⁹ cū bōbice tergatur z comburatur.

tum:vt cóburatur. Reliquũ autẽ qđ est in pixidibus, siue capsulis cũ bõbice, igni comburit: ꝛ nouũ deinde cũ noua bombice in pixidibus siue capsulis imponit. Interim dũ chrisma ꝛ oleũ cathecumenorũ ad sacristiá portant: Põtifex sedens cũ mitra lauat manus: deinde redit ad altare: ꝛ prosequitur missam: vt in missali habet: ꝛ dicto, Ite missa est, dat benedictionẽ: ꝛ denuntiant indulgentię per eũ cõcesse: quib⁹ denuntiatis: Pontifex signat altare dicẽs euangeliũ sancti Iohánis: ꝛ accedit ad faldistorium: vbi sedet cum mitra, ꝛ iubet presbyteris attente: vt iuxta canonum traditioné chrisma et olea fideliter custodiát, ꝛ nulli sub ptextu medicinę, vel maleficij tradere psumát. Alioqn honore priuetur.

Pontifex cõplet missam ꝛ dat solennem bñdictionem.

His peractis: Põtifex surgit deposita mitra: ꝛ in supremo gradu altaris: ante sacramentũ genuflexus: ministráte nauiculá archipresbytero imponit incensum in thuribulũ: cũ quo incẽsat sacramentũ etiá genuflexus: ter ducens thuribulum: tũ diaconus imponit velũ pulchrũ circa collũ Pontificis: deinde facta reuerẽtia sacramẽto: illud reuerenter accipit: ꝛ tradit ad man⁹ Põtificis adhuc genuflexi: q surgit: ꝛ pcedente clero: ꝛ capitulo ecclesię cũ luminaribus more solito sub baldachino: illud portat ad locũ deputatũ: ad quẽ cũ peruenerit: firmat se ante altare: ꝛ diaconus accipiẽs reuerẽter sacramentum de manib⁹ Põtificis: illud reponit: ꝛ Põtifex corá sacramẽto genuflect⁹: ministráte archipresbytero nauiculá: iterũ imponit incensum in thuribulũ: ꝛ incensat iterũ sacramentũ: Postea sacras vestes deponit vsqꝫ ad stolá quá ꝛ omnia alia paramenta quę sub ipsa stola habet retinet: et desuper pluuiale violaceũ accipit. Interim parant necessaria per sacristá: aut alium ad quem spectat: in loco cõuenienti ꝛ consueto p mandato faciẽdo. Credentia cum mappa cõgruenti: super quam ponuntur duo, aut tria bacilia cum totidem buccalibus: vnum bacile cum tredecim mantilibus plicatis: si pauperib⁹ lauandi sunt pedes: Alioquin si prius pauperibus pedes loti fuerunt: paretur pro canonicis cum totidem mántilibus quot sunt canonici. Aliud bacile cũ pecunijs pauperibus lotis donandis: in móticulis separatiꝫ positis: si tunc lauandi sunt pedes pauperum. Linteũ Põtifici loturo cingẽdũ. Vas aquę calidę ad sufficientiam: Vas aquę frigidę etiá ad sufficientiam. Flores ꝛ herbę odoriferę p lauandis. Bacile cũ buccali ꝛ mantili p lotione manuũ Pontificis. Thuribulum cũ igne, nauicella, ꝛ incẽso. Liber euangeliorũ. Liber p Pontifice ad dicendũ orationẽ post lotionẽ. Duo cádelabra cum cereis ardentibus. Pulpitus pro euágelio decátando. Sedilia ordinata p lauádis. Faldistorium pro Põtifice. Quibus oibus paratis: ꝛ missa cum vesperis completis, Põ-

Diaconus q pontifici saltari ministrauit reponit sacramentũ p crastina die referuatũ in loco ad hoc parato.

Interim parant necessaria ad mandatum vt i textu habetur.

Pontifex parat⁹ cū ministris accedit ad locum vbi lauādi sūt pedes et ibi sedet i faldistorio

Pōtifex paratus amictu, alba, cingulo, stola et pluuiali violatis: ac mitra simplici: cū canonicis ꝛ clero ecclesie sue: ac diacono ꝛ subdiacono in eorū habitu: in quo in missa Pōtifici seruierūt ei assistētibus: pcedit ad locum capitularem ecclesie: vel alium consuetū. In quo lauandi: siue sint. xiij. pauperes: siue canonici Ecclesie: prout in aliquibus locis seruatur: stant apud sedilia sibi parata. Pontifex autē in faldistorio in conuenienti loco ibidē sibi ordinato sedet. Tū diaconus accedit cū thuriferario ante Pontificē: q imponit incensum more cōsueto: deinde idē diacon⁹ corā Pōtifice genuflexus: medius inter duos ceroferarios capitib⁹ inclinatis stātes: petit benedictionē, dicēs. Iube dñe benedicere Et Pontifex, dicit. Dominus sit in corde tuo ꝛc. Tum vadit ad locum vbi euangelium est dicturus: precedentib⁹ thuriferario ceroferarijs ꝛ subdiacono in eodē loco dicēs: signās: ꝛ thurificans more cōsueto. Euāgeliū fm Johannē.

Benedicit pōtifex incensum et ponit in thuribulo

Diaconus petit benedictionē ꝛ legit euāgelium.

Ante diē festū pasche: sciēs Jesus quia venit hora eius ꝛc. Ut in missali. Interim Pontifex stat sine mitra versus ad diaconū cantantē. Finito euangelio, Subdiaconus portat librum apertum Pontifici: qui osculat illū: ꝛ incensatur more consueto. Tunc cantores incipiunt añam. Mandatum nouum do vobis ꝛc. Et alia: prout in missali habetur. Pontifex vero deposito pluuiali precingit linteo mundo: ꝛ accepta mitra accedit ad lauandos in suis sedilibus sedentes: vbi a dextris eius sit scutifer: in sinistra habens peluim: floribus ꝛ herbis odoriferis ornatā: ꝛ in dextra buccale cū aqua calida. Unus capellanus bacile tenens cum mappulis: p lotis tergendis. Alius capellanus bacile tenēs cum pecunijs: pauperibus lotis donādis. Tum Pontifex genuflexus cū mitra: lauat vnicuiq pedem dextrum: quē deinde mappula munda tergit, ꝛ osculat. ꝛ si lotus paup est: mappulā ipsam cum pecunijs ad voluntatē ipsius Pontificis in eleemosynā dat ipsi loto. Si vero loti sint canonici: eis neq mappula neq pecunie dant. Lotis oibus, Pōtifex surgit ꝛ reuertitur ad faldistorium suum: deponitur ei linteus: sedensq cū mitra lauat man⁹ ꝛ tergit. Tum surgit: imponitur sibi pluuiale violaceum pdictū: ꝛ detecto capite dicit voce intelligibili. Pater noster. Qd secrete cōpletur. deinde dicit.

Cantores incipiunt añam.

pōtifex deposito pluuiali tenēs mitrā precingit se et accedit ad lotionē pedum.

Si lauandi sunt canonici nō dātur eis mappule nec pecunie.

Pontifex lauat manus ꝛ reassumit pluuiale stās sine mitra dicit pr̄ nr̄ et. ℣. ꝛ orationem.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Tu mandasti mandata tua domine. ℟. Custodiri nimis. ℣. Tu lauasti pedes discipulorū tuorū. ℟. Opera manuum tuarū ne despicias. ℣. Dñe exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Adesto, quesumus dñe, officio seruitutis nostre: ꝛ quia tu discipulis tuis pedes lauare digna

tus

tus es:ne despicias opera manuũ tuarum,quę nobis retinẽda mandasti: vt sicut hic a nobis exteriora abluuntur inquinamenta: sic a te omnium nostrum interiora lauentur peccata: quod ipse prestare digneris: Qui viuis et regnas deus:per oia secula seculorũ.Amẽ.

DE OFFICIO FERIAE VI. IN PARASCEVE.

Feria sexta in parasceue: dicta nona: Pontifex cum sua cappa magna: cũ ministris et clericis: intrat ecclesiam: et facta oratione super faldistorio ante medium altaris posito: accedit ad sedẽ suã nudam:vbi postq̃ aliquantulum quieuerit: deposita cappa, accipit amictuʒ, albam, cingulum,stolam,pluuialenigri coloris et mitrã simplicẽ: tum sedet: et facta aliquali mora surgit cum mitra: et accedens ad faldistoriũ ante mediuʒ altaris:ibi deposita mitra procũbit et diutius orat. Tum celebraturus paratus: accedit ꝓpe Pontificẽ cum suis diacono et subdiacono: et super scabellũ nuduu a sinistris Pontificis sibi preparatum:similiter orat. Interim duo acoliti vnam tobaleã tantum sup nudum altare extẽdunt. Orationibus finitis: Pontifex surgit: et reassumpta mitra accedit ad sedẽ suam predictam. Tum vnus subdiaconus, seu alius legit prophetiam primam sine titulo.

¶ Dicturi ꝓphetias:passionẽ: et euangelium: nõ oscu anł manum Pontificis:nec ipse osculat librũ euangeliorũ:pcedit̃ur in missa ẽm ordinem missę et officij huius diei. Finitis orõnibus:celebrãs deposita casula vadit ad posterius cornu epistolę: et diaconus accipit crucem velatã de altari: et illã offert celebranti:qui illam detegit modo et forma ꝑut in ordinario. Dũ celebrans portat crucẽ ad locũ adorationis:nõ facit reuerentiã Põtifici:sed solus sine ministris vadit cum cruce:qua in locum solitũ posita:facit reuerentiã Põtifici: et reuertit ad altare: et ibi ad partẽ deponit calciamẽta:interim Põtifici etiã deponuntur calciamẽta per aliquẽ ex suis scutiferis: et deposita mitra mediuʒ inter archidiaconũ a dextris: et aliũ a sinistris:vadit ad adorationẽ crucis:ter cũ distantia genuflexus: et postq̃ crucẽ fuerit osculat⁹:reassumpta mitra:reuertitur ad sedem suã.Tum celebrãs sine mitris vadit ad adorationem crucis: vt Põtifex fecit:sed ad ei⁹ sinistrã erit primus de capitulo: et ambo simul ibunt et genuflectent: idẽ faciunt oẽs alij bini et bini ordine suo. Assistentes Pontificis ibunt ẽm ordinẽ eoꝝ pcedentię. Dum adoratur crux: Pontifex in sede sua: et celebrans in altari legit Popule meus &c. Circa finẽ adorationis accenduntur luminaria super altare: et diaconus portat ad altare bursam cum corporalibus:quę sup altari in medio extẽdit:deinde finita adoratione, accedit ad crucem:quam reuerẽter recipiens

cipiens: nulli reuerentiam faciens: reportat ad altare: et in eius medio illam ponit. Interim in loco vbi corpus Christi repositum est: portatur vnum, seu duo thuribula cum igne: intorticia duodecim: et baldachinum: et subdiaconus capiens crucem: medius inter duos ceroferarios: canonicis et clero ipsum sequentibus: pergit ad dictum locum: Pontifex deinde sequetur: celebrante ante ipsum medio inter duos digniores canonicos precedente. Cum autem Pontifex peruenerit ad locum vbi sacramentum repositum est: in primis genuflectit ante illum et orat: tum imponit incensum more solito super thuribula per duos acolitos sibi oblata: et cum altero ex illis incensat sacramentum etiam genuflexus: tum imponitur circa collum Pontificis velum pulchrum: et celebrans accipit sacramentum, et dat ad manus Pontificis: qui illud capite detecto portat ad altare: ordine quo venerat. Intorticia portantur per clericos immediate ante Pontificem, per alas portantes thuribula, incensant ante sacramentum quod sub baldachino portatur: et cantatur: Vexilla regis prodeunt etc. Cum vero peruenerint ad supremum gradum altaris: celebrans capit calicem cum sacramento de manu Pontificis: et illum reuerenter ponit super altare: et Pontifex rursus incensat sacramentum: et ad sedem suam reuertitur: et ibi stat detecto capite versus ad sacramentum: intorticia manent accensa vsque ad postcommunionem: illa tenentes clerici genuflexi in duas partes ad cornua altaris: postquam vero sacramentum repositum est super altare: et Pontifex sit in sua sede: celebrans extrahit sacramentum de calice, seu vase in quo portatum fuit: et ponit super patenam: quam diaconus tenet nihil dicens. Diaconus patenam cum sacramento offert celebranti: qui illud super corporalia ponit, nihil dicendo. Interim Pontifex more solito imponit incensum in thuribulo: et celebrans incensat sacramentum et altare more solito non tamen incensatur celebrans neque Pontifex: sed incensato altari lauat manus: et procedit, prout in missali: et in fine dicuntur vesperę. ¶ Ad Magnificat Pontifex surgit: detecto capite. Cum dicitur Christus factus est. Pontifex descendit ad faldistorium: ante medium altaris: et ibi genuflectit quousque dicatur psalmus Miserere. quo finito: dicit orationem. Respice, quesumus domine, etc. ¶ Si vero pontifex sit hac die celebraturus, hora competenti venit ad ecclesiam cum cappa sua magna: et facta oratione ante altare: accedit ad nudam sedem ad cornu epistolę: et cum aliquantulum quieuerit sedens surgit detecto capite: et versus ad altare: sub silentio, dicit. Pater noster. Et mox chorus legit Nonam. quę dum incipitur pontifex sedet et cooperit: nec dicit psalmus. Quam dilecta etc. quia non vtitur sandaliis. sed in fine tertii psalmi accedit ad faldistorium ante altare: et cum incipitur a choro Christus factus est, genuflectit detecto capite: quo finito: chorus prosequitur psalmus.

Mise

Miserere. alte legendo sine nota vsqз ad finem. Tum Pontifex adhuc genuflexus, dicit orationem. Respice quesumus dñe. voce intelligibili: vsque ad Qui tecum. exclusiue: quod secrete complet. Deinde cooperit ⁊ reuertit ad sedem predictã: vbi deponit cappã: ⁊ lauat manus: ⁊ accipit paramẽta Pontificalia nigri coloris: preter sandalia, ⁊ chirotecas, quibus hodie nõ vtitur: Et ad paramẽta dicuntur orationes consuete. Et cũ mitra procedit ad altare cũ ministris solitis: qui vtunt planetis plicatis ante pectus. Cũ peruenerit ante altare, Diaconus extrahit sibi mitrã: et Pontifex super nudo faldistorio orat diutius, ⁊ alij omnes etiã orãt. Interim extendit mappa, seu tobalea super altarẽ.

¶ Finita orõne Pontifex ascendit ad altare: ⁊ illud in medio osculatur: deinde cum mitra sedet sup nudum faldistorium, seu nudã cathedram positã in cornu epistole: ita vt faciẽ vertat ad cornu euangelij. Assistens sedẽt super primũ gradũ ad pedes Põtificis: ⁊ post eum Archidiaconus cum alio assistente: in quorum medio Diaconus sedet: subdiaconus in gradu inferiori ad pedes diaconi euãgeliũ dicturi: alij capellani post Põtificem iuxta loci capacitatẽ. Omnibus sic sedentibus: legitur prima prophetia sine titulo: ⁊ in fine nõ osculat manum Pontificis: sed ea finita: factis reuerẽtijs altari ⁊ Põtifici: vadit ad locũ suũ. Dum cantatur Tractus Põtifex legit illã prophetiam: ministrante libro capellano ad hoc deputato: sine tamen cãdela accensa. Post Tractũ cantatũ a choro: surgit Pontifex: amouetur cathedra: et versus ad altare: deposita mitra: ex libro in cornu epistole super altari posito: dicit. Oremus. ⁊ diaconus, dicit. Flectamus genua. et mox subdiaconus, dicit. Leuate. et omnes surgunt: ⁊ Põtifex dicit orationem. Deus a quo et Judas. prout in ordinario misse. Finita oratione: reponitur cathedra: et Pontifex reassumpta mitra sedet. Deinde subdiacon⁹ dimissa planeta vadit cũ libro ante pectus: ad locũ solitum: ⁊ legit epistolã, seu ,pphetiaз more solito: quã Pontifex legit ⁊ Tractum. dicit deinde passio: quã Põtifex stãs detecto capite in cornu epistole legit ex libro ibidẽ sup altari posito. Finita passione sedebit, quousqз incipiat Euangeliũ: tunc surget ⁊ stabit: vtз. vsqз ad finem: ⁊ iterũ sedebit nec osculabit librum: necqз incẽsabitur: quia hodie nullus incensatur nisi soluз sacramentũ. Si aderit qui facturus est sermonẽ ad populũ: accedit ad Pontificem: ⁊ corã eo genuflexus petit tantũ indulgentias: tum vadit ad pulpitum: ⁊ finito sermone statim publicat indulgentias per Pontificem cõcessas. ad sermonẽ Pontifex sedet: vt supra: respiciẽs ad sermocinatorem: ⁊ alij oẽs: vtз si vero sermo nõ fiat: vel eo finito: surgit sine mitra: ⁊ amouet sedes: ⁊ stãs

& stans in dicto cornu dicit orationes: put in ordinario. Finitis orationibus pontifex deposita casula expectat in posteriori angulo altaris in cornu epistole: et diaconus capit crucem: & illam dat ad manus pontificis: qui crucē detegit: adorat: & alia facit: iisdem cerimoniis: vt supra dictū fuit. Pontifex facta adoratione crucis: rursus reuertitur ad sedem repositam in cornu epistole: reassumit calciamenta: et sedēs legit improperia, que a choro cantantur: interim canonici et alii vadunt ad adorationē crucis.

Diaconus postquā adorauit explicat super altare tobaleam, quā subdiaconus ex credētia portauit. Subdiaconus portat etiam corporalia cum purificatorio tantū: & diaconus explicat illa sup altare.

Finita adoratione crucis Pōtifex lauat manus more solito: tunc reassumit casulam & mitram: crux reponit super altare, & accenduntur luminaria: vadunt pro sacramento iisdem cerimoniis, quibus supra dictū fuit: incensatur sacramentum tantum: alia omnia fiūt, prout in missali. In fine Pontifex accedit ad sedē suam eminentem nudā: vbi depositis sacris vestibus: induit cappam et sedet: interim omnes alii deponunt paramenta: & mox a choro leguntur vespere. & in fine Pontifex descēdit ad faldistorium: & genuflectit cū dicitur Christus factus est. &c. & finito ps. Miserere. Pontifex more solito dicit orōnē Respice, quesum⁹. &c.

Si autem Pontifex celebraturus: nō fit in sua ecclesia: ministrabunt sibi assistentes diaconus et subdiaconus: & non alii assistētes. Alia oia fiunt vt supra dictum est.

DE OFFICIO SABBATHI SANCTI.

Sabbatho sancto hora sexta cooperiunt altaria: & dicta sexta ignis nouus excutitur de chrystallo: vel silice: & accenditur: deinde dicit nona: qua dicta sacerdos celebraturus indutus omnibus paramentis preter casulam: loco cuius habet pluuiale: stans in cornu epistole versus ad altare: cum ministris: et cruce aqua benedicta: et incenso: et carbonibus ex igne nouo accensis: benedicit nouum ignem, dicens. Dñs vobiscū. Orēm⁹. Oratio. Deus, q p filiū tuū angularē &c. Oratio. Dñe sancte, pater omnipotēs lumen inde. &c. Oratio. Dñe sancte, pater omnipotens, eterne Deus, benedicentibus. &c. Requre in missali. Deinde bñdicit quinqz grana thuris infigenda in cereo bñdicendo, dicēs absolute. Veniat, quesumus omnipotens Deus, super hoc incensum. &c. Require in missali. Et dum incensum benedicitur, acolitus ponit in thuribulo de predictis carbonib⁹. Et benedictione incensi finita: sacerdos ignē benedictum aqua benedicta aspergit: & posito incenso in thuribulo adolet dictū ignem: et interim omnia luminaria Ecclesie

Incensum benedicitur

clesię extincta sunt. Finita benedi
ctione sacerdos deponit pluuiale
⁊ accipit planetam: sicq; adhuc ntũ
Pōtificis expectat. interim quinq;
grana incensi cum nouo igne be-
nedicto portantur ad locũ extra
ecclesiam,vel chorum,vbi arundo
cum tribus candelis retortis po-
sita est. Cum autem Pontifex cũ
cappa venerit ad ecclesiã:facit ora
tionem ante altare: vadit ad sedē
suam:⁊ more solito imponit incen
sum in thuribulo:tũ subdiaconus
in paramentis violaceis cum cru-
ce,quem quatuor acoliti precedũt
bini,⁊ bini: et vnus eorum portat
thuribulum ⁊ nauiculã: sequitur
deinde diaconus dalmatica alba
indutus:⁊ simul vadunt ad locum
vbi reposita fuerant arundo cum
tribus candelis: et quinq; grana
incẽsi in aliquo vase pulchro. Dia-
conus accipit arundinem:⁊ vnus
ex acolitis vas cum quinq; granis
incensi: alius vero accendit cande
lam ex nouo igne: et hoc ordine
procedunt ad ecclesiam:siue capel-
lam:in primis precedit thurifera-
rius cũ socio portante quinq; gra
na incẽsi benedicti in vase posita:
quos sequitur subdiaconus cum
cruce:deinde diaconus cum arun
dine: ad cuius sinistram sit alius
cum candela accensa:hos sequun-
tur alij duo acoliti, vel quatuor, si
magis placet. Cum peruenerint
intra portam ecclesię diaconus ac-
cendit vnam ex tribus candelis: ⁊
eleuãs arundinē genuflectit ipse:
⁊ omnes alij cũ eo: ⁊ solus cantat,





Lumen Christi.

Quod dum dicit: Pontifex ⁊ oēs
alij qui sedebant, surgunt,⁊ stant,
quousq; tertio id dictum fuerit:
cãtores respondēt Deo gratias
Procedunt deinde ad mediũ ec-
clesię: seu chori: et ibi accenditur
alia candela:⁊ diaconus cum alijs:
vt supra genuflexi altius, dicit.



Lumen Christi.

Et respōdetur:vt s. Tertio proce-
dunt ante altare: accēditur tertio
cãdela: ⁊ similiter alti⁹ tamē dicit.



Lumen Christi.

Et respōso Deo grãs. Diaconus
dat arundinem vni ex acolitis:qui
vna cũ subdiacono ⁊ alijs pdictis
ibidem expectant:diaconus vero
accipit librũ:⁊ ab vno tantũ acoli-
to associatus:ante Pōtificē genu-
flexus petit benedictionē:qua ha-
bita:accedit ad pulpitum:ponit li-
brum

brum super illud: et illum incensat put fit ad euãgeliũ. A dextris diaconi stet subdiaconus cuȝ cruce: et thuriferarius: a sinistris vero acolitus cũ arundine: et alius cũ quinqȝ granis incensi benedicti in cereo figendis: tunc diaconus cantat. Exultet iã angelica rc. ad quod oẽs surgũt et stãt detectis capitibus: vt ad euangeliũ: dũ diaconus figit illa grana incensi in cereo: et illum accendit: quia nihil dicitur: Pontifex: et alij oẽs sedent: tũ surgunt: et vsqȝ ad finẽ stãt. Quo finito: diaconus ad altare reuertit: et quilibet ad locũ suum. Diaconus deponit paramẽta alba: et accipit violaceã: interiȝ in loco solito per aliquẽ sm ordinem et consuetudinem ecclesie cantat prima prophetia: qua finita: ille qui cãtauit cum debitis reuerẽtijs vadit ad osculũ manus Põtificis: et similiter oẽs alij faciẽt. Dicta orõne post duodecimã prophetiaȝ: Pontifex descendit ad faldistoriũ ante mediũ altaris positũ: super qđ pcumbit cum mitra: retinẽs illam per totã litaniã. et celebrãs deposita casula aliquantulũ post Pontificem ad eius sinistrã super scabello etiam pcumbit: et post eum diaconus et subdiaconus genuflexi. Tum incipitur Litania: qua incepta vnus ex dignioribus canonicis pluuiali indutus cum thuribulo: cereis: et cruce: descẽdunt ad benedictionẽ fontis: et more solito benedicit: cũ cãtores peruenerint in litanijs ad petõres: Te roga. rc. Celebrans cũ suis ministris surgunt: et factis reuerentijs altari et Pontifici vadunt ad locũ consuetũ vbi deponunt paramẽta oĩa violacea et accipiunt alba: interiȝ finit Litania: et celebrãs accedit ad sinistrã Põtificis, et cũ eo facit cõfessionẽ. Alia oĩa fiunt put in alijs missis: seruato tamen ordine misse huius diei.

¶ Si vero Põtifex celebrare hac die voluerit: et fontes benedicere: pcedetur hoc ordine. Primo per aliquẽ ex canonicis benedicantur nouus ignis: et illa quinqȝ grana incensi in cereo figenda: antequã Pontifex veniat ad ecclesiã: et illa portentur ad locũ solitum vbi est arundo cũ tribus candelis: vt supradictum est: interim Põtifex cũ sua cappa venit ad ecclesiam: orat ante altare: et vadit ad sedẽ suam: et more solito imponit incẽsum in thuribulo: tum diaconus subdiaconus cũ acolitis vadunt ad locũ deputatũ pro arundine: et incẽsor eo ordine: vt supra dictũ est: diaconus tertio dicit Lumen Christi. petit benedictionẽ et cãtat Exultet iam angelica rc. qua finita: diaconus et subdiaconus deponunt dalmaticã et tunicellam. Põtifex surgẽs detecto capite dicit secrete Pater noster. pro nona: et leguntur psalĩ. ad nonam dum dicitur Christus factus est rc. Pontifex genuflectit sup faldistorio: et i fine dicit orationẽ Respice, qs dñe rc. eaqȝ finita vadit ad sedẽ vbi cõsueuit accipere paramẽta: sedet: accipit sandalia alba: q: illa nõ mutat: simi-

similiter cingulũ ꝛ stola erunt albi coloris: dicit. ps. Quã dilecta ꝛ alias orationes cõsuetas: lauat manus ꝛ paratur oibus paramẽtis põtificalibus violacei coloris: ꝛ mitra simplici: a diacono ꝛ subdiacono in albis existentibus: tũ accipiunt paraméta violacea: adsint etiam alij ministri: vt in alijs missis: si Pontifex sit in sua ecclesia: aliotquin assistens diaconus et subdiaconus parantur: ꝛ non alij. Pontifex igitur paratus ascẽdit ad altare, qđ deposita mitra osculat: deinde reassumpta mitra ascẽdit ad sedem: ꝛ ibi aliquantulum quiescit: tum cantant propheticꝫ ꝛ in fine cuiuslibet prophetiarꝫ: qui illas dixerunt vadunt ad osculũ manus cum debitis reuerentijs: ꝛ Pontifex tũc surgẽs sine mitra dicit Oremus. ministri Flectamus genua. ꝛc. Finita orõne post duodecimã prophetiã: diaconus extrahit Pontifici mitrã: pallium (si eo vtatur) ꝛ planetã, seu casulã: ꝛ Pontifex cũ mitra descendit ad faldistoriũ ante mediũ altaris positũ: super qđ procũbit cũ mitra ꝑ totã litaniã. ꝛ post cũ ministri oẽs: ceteri in locis suis genuflectũt, donec cantet Litania. Cũ peruentũ fuerit ad peccatores. Te rogam⁹. Pontifex surgit ꝛ vadit ad sedeꝫ suã cũ oib⁹ suis ministris: ꝛ statim diaconus, ꝛ subdiaconus depositis paramentis violaceis: recipiũt paraméta alba: ꝛ Põtificeꝫ exuũt paramentis violaceis, ꝛ albis induunt: ita etiã faciunt alij qui sunt in paramentis. Põtifex paratus oibus paramentis põtificalibus albis: cuꝫ mitra preciosa: imponit incensum in thuribulo: ꝛ vadit ad altare: facit confessioneꝫ: illudqꝫ ꝛ librum euangeliorꝫ osculatur: incensat altare: incensatur ipse more solito: tum redit ad sedem: dicit Kyrie eleison pro missa: ꝛ solenniter cantat Gloria in excelsis deo. ꝛ procedit ꝑut in ordinario huius diei: dum dr̃ Alleluia. pro vesperis: Pontifex iponit incensum in thuribulo: ꝛ cum incipit Magnificat. incensat altare: incensatur ipse: et alij omnes more solito: in fine dat solennem benedictionem: ꝛ publicantur indulgẽtię per assistẽtem.

ORDO AD CONCILIVM prouinciale, seu synodum celebrandum.

Conciliũ prouinciale, seu synodus: celebratur hoc modo.

¶ Sacerdotes ꝛ clerici vniuersi: qui ad concilium prouinciale, seu synodum de iure vel consuetudine venire tenentur: cõueniunt in ciuitate: vel alio loco: prout Pontifex ordinauerit. Prima autem die concilij, seu synodi: mane conueniũt in ecclesiã in qua debet cõcilium, seu synodus celebrari: vbi Pontifex missam audit. Qua finita, paratur faldistorium ante medium altaris: iuxta inferiorẽ gradum: per quẽ ad altare ascẽditur: ꝛ alia sedes in plano altaris (poterit tamẽ faldistoriuꝫ suo tempore:

loco secunde sedis cum tẽpus erit poni.) Pontifex vero supra rochetũ: vel si sit religiosus supra superpelliciuz: amictu, stola, pluuiali rubeis, et mitra pretiosa induit: quibus paratus: baculũ pastoralẽ manu ferens: accedit corã altari. Diacono et subdiacono paratis rubeis, seu tẽpori conuenientibus ornamentis: ac si in missa seruire deberent: ipsuz hinc et inde associantibus: et ibi ante faldistorium sibi paratum genuflexus: deposita mitra incipit schola ꝓsequẽte añam.



Exaudi nos dñe quoniã benigna est misericordia tua: et secũdũ multitudinẽ miserationũ tuarũ respice nos dñe. E v o v a e. ps.

Saluum me fac deus quoniã intrauerunt aque usque ad animam meam.

Incepto psalmo sedet Pontifex: accepta mitra: et sic manet quousque finiat psalm⁹, et añ. repetatur.

Infixus sum in limo profundi: et non est substantia.

Ueni in altitudinẽ maris: et tempestas demersit me.

Laboraui clamans: rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Confortati sunt, qui ꝑsecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exoluebam.

Deus tu scis insipientiam meaz: et delicta mea a te nõ sunt abscondita.

Non erubescant in me, qui expectant te domine: dñe virtutum.

Non confundantur super me: qui querunt te deus israel.

Quoniã ꝓpter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciẽ meam.

Extraneus factus sum fratribus meis: et peregrinus filijs matris mee.

Quoniam zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio aiam meaz: et factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimẽtũ meuz ciliciũ: et factus sum illis in parabolam.

Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: et in me psallebant, qui bibebant vinum.

Ego

Ego vero orationem meam ad te dñe: tempus beneplaciti deus.
In multitudine misericordię tuę exaudi me: in veritate salutis tuę.
Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his qui oderunt me: & de profundis aquarum.
Nō me demergat tēpestas aquę neq; absorbeat me pfundū: neq; vrgeat sup me puteus os suum.
Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: & secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.
Et ne auertas faciem tuā a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.
Intende animę meę & libera eā: propter inimicos meos eripe me.
Tu scis ipropriū meū & cōfusionem meam: & reuerentiam meā;
In cōspectu tuo sunt oēs qui tribulant me: improperium expectauit cor meum & miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: et qui consolaretur et non inueni.
Et dederunt in escam meā fel: et in siti mea potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: et in retributiones & in scandalum.
Obscurent oculi eorū ne videant: & dorsum eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam: & furor irę tuę comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorū non sit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam.
Deleantur de libro viuentium: & cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper & dolens: salus tua deus suscepit me.
Laudabo nomē dei cū cantico: & magnificabo eum in laude.
Et placebit deo sup vitulum nouellū: cornua pducētē & vngulas.
Videant pauperes & lętent: quęrite deum & viuet anima vestra.
Quoniā exaudiuit pauperes dominus: & vinctos suos nō despexit.
Laudent illum celi & terra: mare, & omnia reptilia in eis.
Quoniā deus saluā faciet sion: & edificabuntur ciuitates iude.
Et inhabitabunt ibi: & hereditate acquirent eam.
Et semen seruorū eius possidebit eā: & q diligūt nomen eius habitabūt i ea. Gloria patri. Sicut erat.
Finito psal. et repetita antiphōa. Pontifex surgit deposita mitra: & versus ad altare: dicit. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus, qui misericordia tua nos incolumes in hoc loco specialiter aggregasti: mentes nostras, quęsumus, paracletus: qui a te procedit illuminet: et inducat in omnem sicut tuus promisit filius veritatem: cunctosque in tua fide et charitate corroboret: vt exercitati a temporali synodo: proficiamus ad eternę felicitatis augmentum.

Stando & sine mitra

Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen.
Finita oratione: Pontifex accepta mitra procumbit supra faldistorium predictum. Alijs omnibus genuflectentibus: et cantores dicunt Letaniam prout habetur supra. fol. 10. Et postquam dictum fuerit.

Ut obsequium seruitutis nostre tibi rationabile facias. Te rogamus audi nos. Pontifex surgit et baculum pastorale in sinistra tenens, stans versus ad concilium, seu synodum dicit.

Ut hoc presens concilium: seu hanc presentem synodum visitare: disponere: et bene ✠ dicere digneris. ℟. Te rogamus audi nos.
Producens signum crucis pariter super omnes: quo facto iterum accumbit: cantoribus Litaniam perficientibus. Qua dicta surgunt omnes et Pontifex deposita mitra dicit: stans versus ad altare. Oremus. Et minister: Flectamus genua: Leuate.

Da, quesumus, ecclesie tue misericors deus: vt spiritu sancto congregata: secura tibi deuotione seruire mereatur. Per dominum nostrum Iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.
Deinde Pontifex accepta mitra ascendit ad sedem sibi paratam in plano altaris: ita vt in ea sedens dorsum suum vertat ad altare. Et imponit incensum in thuribulum et benedicit more solito. Diaconus dalmatica indutus precedentibus thuriferario et duobus ceroferarijs et subdiacono tunicella induto paramentis tempori conuenientibus, seu rubeis: benedictione accepta a pontifice cantat in loco conuenienti.
Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Conuocatis Jesus duodecim apostolis: dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia: et vt languores curarent. Et misit illos predicare regnum dei: et sanare infirmos: et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neque virgam: neque peram: neque panem: neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraueritis ibi manete: et inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa: etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem circuibant per castella: euangelizantes et curantes vbique.
Quo finito liber euangeliorum apertus per subdiaconum portatur Pontifici: per eum osculandus, qui et deinde incensatur. Quo facto pontifex ipse ante sedem suam predictam deposita mitra versus ad altare: ac alij omnes in locis suis genuflectunt. Tum Pontifex sic genuflexus: incipit cantando schola prosequente hymnum.



Ueni creator spiritus.
Et dicitur totus prout habetur supra. fo. 19.
Finito primo versu Pontifex surgit: stans versus ad altare sine mitra vsque ad finem hymni, similiter omnes alij: cum Ponti-

pótificé surgũt. Expleto hymno oés sedét in siléti o: ꝛ Pótifex accepta mitra sedés in sede pdicta supra in plano altaris posita: eoꝫ si placet in hác sentétiá alloquitur.

Finito hymn. oés silent ꝛ pótifex sedet in eadé sede cũ mitra ꝛ alloquitur cócilium.

VEnerabiles cósacerdotes: ꝛ fratres nři dilectissimi: Missis dño precibus: oportet vt ea q̃ de diuinis officijs, vel sacris ordinibus, aut etiá de vestris moribus ꝛ necessitatibus ecclesiasticis: a nobis cóferenda sunt: cuꝫ charitate ꝛ benignitate vnusquisqꝫ vestruꝫ suscipiat: summaqꝫ reuerétia quátuꝫ valet dño adiuuáte pficiat: vel q̃ emédatione digna sunt: oí deuotione vnusqsque fideliter studeat emédare: ꝛ is cui forte qd̃ dicetur, aut agetur displiceat: sine aliquo scrupulo cótentionis: palá coram oibus cóferat: quatenus deo mediáte: ꝛ hoc ad optimũ statuꝫ perueniat: ita vt neqꝫ discordans ptétio ad subuersioné iustitię locuꝫ inueniat: neqꝫ iterũ in pquiréda veritate vigor vestri ordinis, vel solicitudo tepescat. Post allocutioné huiusmodi vel prius put magis placuerit pótifici: fit p aliqué virũ doctũ idoneũ: sermo, in quo tractatur de disciplina ecclesiastica.

Fit sermo solennis.



DE diuinis misterijs, ꝛ de correctione morum in clerũ: secundũ ea quę Pontifici videbuntur. Et mox post sermonem: quę relę si quę sint audiuntur. Postremo charitatiue monétur omnes: ꝙ duráte cócilio, seu synodo ipsa honeste se habeant: in domibus ꝛ extra: ità quód eorum conuersatio ceteris sit merito in exemplum. Quo facto surgit Pótifex: ꝛ solénniter omnibus benedicit, dicens. Sit nomé domini benedictũ ꝛc. more ↄsueto: q̃ data discedũt oés.

¶ Secunda die conuenientibus iterum omnibus in ecclesia: finita missa Pontifex paratus: vt supra: pcedit corá altari. Diacono ꝛ subdiacono paratis: vtrõ, ipsum associantib⁹: ꝛ ibi i faldistorio ante mediũ altaris iuxta inferioré gradũ sibi parato genuflex⁹ deposita mitra ichoat schola psequéte añam.

Secunda die pontifex cũ ministris paratus vt in prima die ante mediũ altaris genuflex⁹ sup ante faldistoriũ ichoat añ. Propiti⁹



Póti. A A iij

Finita aña. et incepto psalmo: sedet Pontifex reassumpta mitra: vsque ad finem psalmi. Psalmus.

Adiuua nos Deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus, vbi est deus eorum? et innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachii tui: posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobauerunt tibi domine.

Nos autem Populus tuus: et oues pascue tue: confitebimur tibi in seculum.

In generatione et generationem annuntiabimus laudem tuam.

Gloria patri. Sicut. Deinde finito psalmo: et repetita aña: Pontifex deposita mitra surgit: et stans versus ad altare, dicit. Oremus.

Stando et sine mitra

Mentibus nostris, quesumus domine, spiritum sanctum benignus infunde: quatenus in nomine tuo collecti: sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam: vt hic a te in nullo dissentiat voluntas nostra: sed semper rationabilia meditantes: que tibi sunt placita: et dictis exequamur et factis. Per dominum nostrum etc. ℟. Amen. Alia oratio. Oremus. Et ministri dicunt. Flectamus genua: Leuate.

Deus, qui nos iustitiam loqui: et que recta sunt percipis iudicare: tribue nobis, vt neque iniquitas in ore: neque prauitas inueniatur in mente: vt puro cordi purior sermo consentiat: ostendatur in opere iustitia: neque appareat dolus in lingua: sed ex corde veritas proferatur. Per dominum etc. ℟. Amen.

Post hec Pontifex accepta mitra: ascendit ad planum altaris: sedens in sede, seu faldistorio ibidem sibi parato. Tunc accedit diaconus cum thuriferario: et Pontifex imponit incensum: deinde diacono benedicit: qui procedens ad locum consuetum cantat euangelium: signat et incensat, vt hora Pontifice ante sedem predictam sine mitra versus ad diaconum stante.

Pontifex ascendit ad planum altaris, et ibi sedet in sede ibi parata et benedicit incensum et diaconum qui legit euangelium stante episcopo sine mitra versus euangelium.

Sequentia sancti euangelii secundum Lucam. Cap. 10.

In illo tempore: Designauit dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam: in omnem ciuitatem et locum: quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis: vt mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum: neque peram: neque calciamenta: et neminem per viam salutaueritis. In quamcunque domum intraueritis: primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illum pax vestra. Sin autem: ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete: edentes et bibentes, que apud illos sunt. Dignus est enim ope-

operarius mercede sua. Nolite
transire de domo in domum: ⁊ in
quancunq̃ ciuitaté intraueritis:
⁊ susceperint vos: manducate q̃
apponuntur vobis: ⁊ curate infir
mos, q̃ in illa sunt: ⁊ dicite illis. Ap
propinquabit in vos regnum dei.
Quo finito et per Pontificem li
bro osculato: ⁊ ipso incēsato, Pon
tifex sine mitra ante sedem predi
ctam: versus ad altare: ac alijs om
nibus in suis locis genuflexis: in
cipit schola prosequēte hymnum.



Ueni creator spiritus.

Finito euangelio pōtifex genuflex⁹ cū alijs incipit hymn. Ueni creator. ⁊c. sine mitra.

Et dicit totus: put habet supra in
ordinatione presbyteri. fo. 19. quē
schola prosequitur: vt in primo die.
Finito primo versu, Pōtifex sur
git stans versus ad altare: ⁊ tecto
capite vsq̃ ad finem hymni. Simi
li modo faciunt oēs alij. Expleto
hymno, omnes sedent in silentio.
Tunc Pōtifex sedēs in sede predi
cta cū mitra, Concilium, seu syno
dum his verbis alloquitur si velit.

Finito hym. eius sedēs cum mitra conciliū alloquitur.

Uenerabiles ⁊ dilectissimi fra
tres nostri: oportet: vt sicut
hesterna die admonuimus beni
gnā mansuetudinē vestrā de diui
nis officijs: ⁊ sacris altaris gradi
bus: aut etiā de moribus vestris,
⁊ necessitatibus ecclesiasticis: que
cunq̃ renouanda, vel emēdanda
sunt: charitas oium vestrum: vbi
cunq̃ nouerit aliqua emēdatione
cōdigna: in medium proferre non
ambigat: vt per vestre charitatis
studium diuino largiēte subsidio:
ad optimū perueniat statū: ad lau
dem nois Jesu Christi dñi nostri.
Post allocutione huiusmodi: vel
prius si magis placet Pontifici: fit
sermo per aliquē doctū idoneum:
in quo iterum tractet de discipli
na ecclesiastica: ⁊ alijs quib⁹ Pon
tifici videbitur. Quo finito legun
tur cōstitutiones per conciliū, seu
synodum approbādeq̃: quib⁹ lectis
habito scrutinio: que placēt p pa
tres cōfirmant. His peractis Pō
tifex surgēs bñdicit oibus solēni
ter, vt heri. Deinde oēs discedūt.

Pontifex oibus solēniter benedicit.

¶ Die tertia cōuentione facta in
ecclesia. Finita missa Pontifex pa
ratus: vt heri: assistentib⁹ sibi dia
cono ⁊ subdiacono paratis: genu
flexus in faldistorio iuxta inferio
rem gradum ante medium alta
ris sibi parato: deposita mitra in
cipit schola psequēte antiphonā.

Tertio die oia fiunt sicut in prima.

Exaudi nos domine: quoniā be
nigna est misericordia tua: ⁊ secun
dum multitudinē miserationum
tuarum respice nos domine. ps.
Saluum me fac Deus quoniā
intrauerunt aque: vsque ad
animam meam. Et dicitur totus:
prout habetur supra in primo die.
Deinde repetitur aña. Incepto
psalmo Pontifex sedet ⁊ accipit
mitram: sic manens quousq̃ ps. fi
niatur: ⁊ añ. repetatur: qua repe
tita: deposita mitra surgit: ⁊ stans
versus ad altare, dicit. Oremus.

Stando ⁊ sine mitra

Omnipotens sempiterne de
us: qui sacro verbi tui ora
culo promisisti: vbi duo vel tres in

nomine tuo congregati essent: te mediū fore. Adesto ꝓpitius cętui nostro: ⁊ cor nostrū illumina misericors deus: vt a bono misericordię tuę nullatenus oberremus: sed rectum iustitię tuę tramitē in omnibus teneamus. Per dominum nostrum Jesum Christū filium tuū: Qui tecū. ⁊c. ℟. Amen.

Alia oratio. Oremus. Et ministri dicunt. Flectam⁹ genua: Leuate.

Deus, qui populis indulgentia cōsulis: ⁊ amore dominaris: da eis spiritum sapientię tuę: quibus dedisti regimē disciplinę: vt de profectu sanctarum ouium: fiant gaudia ęterna pastorū. Per dñm nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spūs sancti deus: Per oīa secula seculoꝝ. ℟. Amē.

Post hęc Pōtifex accepta mitra: ascendit ad planum altaris: sedēs in sede, seu faldistorio ibidem sibi parato. Tum accedit diaconus cū thuriferario: ⁊ Pōtifex īponit incensum. Deinde bñdicit diaconū: qui ꝓcedens ad locū cōsuetū: cantat euangeliū signat ⁊ incensat, vt heri. Pontifice ante sedē pdictā sine mitra ꝟsus ad diaconū stāte.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

Cap. 18.

In illo tempore: Respiciens Jesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eum inter te ⁊ ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrē tuū. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si nō audierit eos: dic ecclesię. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Amē dico vobis. Quęcunqꝫ alligaueritis super terram: erunt ligata ⁊ in cęlo. Et quęcunqꝫ solueritis super terram: erunt soluta ⁊ in cęlo. Iterū dico vobis: qꝛ si duo ex vobis consenserint super terram: de omni re quācunqꝫ petierint: fiet illis a patre meo qui in cęlis est. Ubi enim sunt duo vel tres cōgregati in nōmine meo: ibi sum in medio eorū. Tūc accedēs ad eū Petrus dixit. Dñe quoties peccauerit in me frater me⁹: ⁊ dimittā ei: vsqꝫ septies: Dixit illi Jesus. Nō dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ septuagies septies.

Quo finito et per Pontificem libro osculato: ⁊ ipso incēsato. Pontifex sine mitra ante sedem pdictam versus ad altare: ac alijs omnibus in locis suis genuflexis: incipit schola prosequēte hymnum.



Veni creator spiritus.

Et dicit totus: prout habet supra in ordinatione presbyteri. fol. 19. Finito primo versu, Pōtifex surgens stat versus ad altare: detecto capite vsqꝫ ad finem hymni. Similimodo faciunt oēs alij. Expleto hymno oēs sedēt in silentio. Tunc pōtifex sedēs in sede pdicta cū mitra, Cōciliū, seu synodū his verbis alloqui-

alloquitur si velit. Poterit tamen huiusmodi allocutionē omittere: et ꝙ eius loco si placebit: per aliquem doctum idoneū de his, quę in allocutione continentur: & alijs opportunis sermo fiat cōmittere:

Sedendo cū mitra.

Venerabiles & dilectissimi fratres: Conuenit, vt ea quę ecclesiasticis officijs & Sacerdotalibus gradibus: vel etiā canonicis sanctionibus: propter diuersas occupationes: aut (quod negare non possumus) propter nostram aliorumq; desidiam: non tam pleniter, vt oporteret, executa sunt: omnium vestrū vnanimi cōsensu & voluntate requirantur: & humiliter corā charitate vestra recitentur: & quę condigna sunt emendatione: ad meliorē statum auxiliāte dn̄o deducantur: & cui fortasse aliquid displicet: qđ digestū est charitati vestrę: omni benignitate et modestia intimare non differat: quatenus totū quod nostra prouinciali, seu synodali cōuentione, siue cōstitutione statutum fuerit: vel renouatum: absq; omni contrarietate concordia sanctę pacis: ab omnibus ęque custodiatur ac teneatur: ad augmentum ęternę beatitudinis omnium nostrum.

Post hęc leguntur cōstitutiones, si quę sint per concilium, seu synodum approbandę: quibus lectis & per patres si placet cōfirmatis: ac omnibus terminatis: Pōtifex sedens cum mitra: omnium orationibus se commendat. Deinde leguntur nomina omniū: qui concilio, seu synodo interesse debent: & pręsentes ad sua nomina surgunt: et respondent. Adsum. Absentes vero notantur: & per Pontificem debita pęna mulctantur. Demum Pontifex adhuc in sede prędicta cum mitra sedens: si placet congregatos admonet et exhortatur sub huiusmodi verbis.



Sedendo cū mitra.

Fratres charissimi: consacerdotes et cooperatores nostri. Nouit fraternitas vestra nos licet idignos, locū tenere Aaron: vos autem Eleazari & Ithamari. Nos fungi vice. xij. apostolorum: vos autem lxxij. discipulorū. Nos pastores vestros esse: vos autem animarum vobis commissarum. Nos de vobis: vos autem de plebibus vobis cōmendatis: domino nostro Jesu Christo rationeȝ esse reddituros, Ut in die tremendi iudicij: inter bonos dispensatores inueniamur. Et ideo charissimi: videte periculum vestrū. Admonemus itaq; & obsecramus fraternitates vestras: vt quę vobis suggerimus: memorię commēdetis: & opere exercere studeatis. In primis igitur admonemus etiam & obsecramus fraternitatem vestram

stram: vt vita et conuersatio vestra sit irreprehensibilis. In domibus vestris mulieres non cohabitent. Omni nocte ad nocturnas horas surgite. Officium vestrum horis certis decantate. Nullus vestrum nisi ieiunus missam celebret: et non in vestibus communibus: sed sacris. Amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, et casula, vestimentis nitidis: que ad alios vsus non seruiant: parati: deuote et religiose celebrate: et in ea corpus et sanguinem domini nostri Jesu Christi cum omni reuerentia et tremore sumite. Corporalia et palle ex lino fieri debent: et sint mundissima: que et alia lintea ac vasa sacra: proprijs manibus abluite: et extergite diligenter. Nulla femina ad altare domini accedat: nec calicem domini tangat. Altare sit coopertum mundis linteis: saltem tribus diuersis. Et desuper nihil ponatur, nisi reliquie ac res sacre et pro sacrificio opportune. Missalia, Gradualia, Lectionaria et Antiphonaria vestra: sint completa et perfecta. Ecclesie vestre bene sint cooperte et munde. In sacristijs, siue secretarijs, aut iuxta altare maius: sit locus aptus ad infundendum aquam ablutionis corporalium et linteorum, ac vasorum: et aliarum rerum sacrarum: ac manuum: postquam sanctum chrisma, aut oleum cathecumenorum, vel infirmorum tractaueritis. Ibique pendeat vas cum aqua munda: pro lauandis manibus sacerdotum, et aliorum qui rem sanctam: et officium diuinum sunt peracturi: et prope linteum mundum ad illas abstergendum. Atria Ecclesie sint bene munita. Nullus sine scitu et consensu nostro per potestatem secularem: ecclesiam obtineat. Nullus ecclesiam ad quam intitulatus est dimittat: et ad aliam questus gratia se transferat. Nullus plures Ecclesias sine titulo: et contra sacrorum canonum dispositiones nancisci presumat. Nullatenus etiam: vna ecclesia inter plures diuidatur. Nullus extra ecclesiam in locis non consecratis: aut calcaribus indutus: vel cultellis extra pendentibus: celebret. Nullus: alterius parochianum nisi itinerantem: et tunc de rectoris sui licentia: ad communionem recipiat. Nullus in alterius parochia absque proprij sacerdotis licentia: missam celebret. In celebratione: quisque calicem et oblata, non circulo: aut digitorum vacillatione: vt quidam faciunt: sed iunctis et extensis digitis: cruce signet: sicque benedicat. Calix et patena: sint aurei, vel argentei: non erei aut auricalchei: vitrei, vel lignei. Quisque presbyter clericum habeat, vel scholarem: qui cum eo psalmos cantet. Epistolam et lectionem legat: et in missa respondeat. Ipse quoque presbyter infirmos visitet et reconciliet: et iuxta apostolum: propria manu communicet: oleo sancto inungat. Nullus presumat tradere communionem laico: aut femine: ad ferendum infirmo. Nullus: pro baptizandis infantibus: siue adultis: aut infirmis reconc-

conciliãdis: aut mortuis sepeliendis: premium, vel munus exigat. Per negligentiam vestram nullus infans sine baptismo: et adultus sine cõmunione pereat. Nullus vestrum sit ebriosus: aut litigiosus. Nullus arma ferat. Nullus canũ, aut auiũ iocis inseruiat: seu in tabernis bibat. Quisque vestrum: quantum sapit de euangelio dominico et ceteris festiuis diebus suę plebi annunciet. Verbum dñi predicate. Curã pauperum peregrinorũ, viduarum, et orphanorũ habete: ipsosq; peregrinos ad prandium vestrũ vocate. Estote hospitales: alijs exinde bonum exemplũ prebẽtes. Singulis diebus dñicis ante missam: aquã qua populus aspergat bñdicite: ad qđ vas propriũ habetote. Vasa sacra et vestimenta sacerdotalia: nolite negociatori, aut tabernario in pignus dare. Minus digne penitentem: cuiuscunque rei gratia: ad reconciliationem non adducite: nec ei reconciliationis testimonium perhibete. Usuras nõ exigite. Nec facultates vestras post ordinationem vestrã acquisitas, alienate: quoniã ecclesię sunt. Nullus etiam res, possessiones, aut mancipium ecclesię: vendere, commutare: aut quocunq; modo presumat alienare. Nullus decimam alterius recipiat. Nullus penitentem: carnem manducare, aut vinum bibere inuitet: nisi pro eo tunc eleemosynam fecerit. Quisque fontes baptismales lapideos habeat bene mũdos: quos si habere nõ poterit: vas aliud ad hoc opus solum deputatũ teneat. Omnibus parochianis vestris: symbolum et orationem dominicam: et ieiunia quatuor tẽporum: et alia Ecclesię mandata: significate obseruanda. Ante. xl. quarta feria: populum ad cõfessionem admonete: et cõfessis iuxta qualitatẽ criminum penitentiam iniungite. Tribus tẽporibus in anno: idest natalis domini, pasche, et pentecostes, omnes fideles accedere ad cõmunionẽ corporis domini nostri Iesu Christi inuitate, et ne desit quin saltẽ in pascha cõmunicent. Certis tẽporibus: cõiugatos ab vxoribus abstinere exhortamini. Nullus vestrum: rubeis, aut viridibus vestib⁹ vtatur. Diem dominicã et ceteras festiuitates: absq; opere seruili: a vespera ad vesperam celebrari docete. Cantus et choreas mulierũ: in atrio ecclesię fieri prohibete. Incantationes super mortuos: nocturnis temporibus a vulgo fieri cõsuetas: sub obtestatione dei oĩpotẽtis vetate. Cum excõmunicatis nolite communicare. Nec quis vestrum: eis vel in eorũ presentia: celebrare presumat: quod etiã plebi nuntiate. Et q nullus ex plebe vxorem domum ducat: nisi prius nuptię temporib⁹ ab ecclesia permissis: publice fuerint celebrate. Quod nullus ad raptã, vel cõsanguineã accedat: aut alterius sponsam ducat: omnibus prohibete. Porcarios

et

⁊ alios paſtoꝛes: ſaltem dñicá die faciatis vocari ad miſſam. Patrinos, vt filios ſuos ſymbolum et oꝛationem dominicam doceant: aut doceri faciant: exhoꝛtamini. Sacramentum eucharíſtię: ſanctum chꝛiſma: et oleũ cathecumenoꝛum: ac ſanctũ, ſeu infirmoꝛum: in eccleſia in loco mundo: condecenti et ſecuro: ſub ſera et fida cuſtodia diligéter ſeruate. Quiſqꝫ veſtrum: expoſitionem ſymboli ⁊ ⁊ oꝛationiſ dominiceq; iuxta oꝛthodoxoꝛum patrum traditioneq; penes ſe habeat: eaſqꝫ ac oꝛationes miſſarum: ⁊ epiſtolas: euangelia: ⁊ canonem bene intelligat: ex quibus pꝛędicando populũ ſibi commiſſum ſedulo inſtruat: ⁊ maxime non bene credenté. Introitum miſſę, Oꝛationes, Epiſtolaſ: Graduale, Euangelium, Symbolum, ⁊ cętera non ſecreta: alta ⁊ intelligibili voce pferat. Secreta vero ⁊ canoné: moꝛoſe ⁊ diſtincte: ſubmiſſa voce legat. Pſalmoꝛũ verba: ⁊ diſtinctiones: regulariter cũ canticis conſuetis intelligibiliter pꝛonunciet. Symbolum athanaſij: de trinitate ⁊ fide catholica: memoꝛiter teneat. Exoꝛciſmos et oꝛationes ad cathecumenos faciendos: ac reliquas pꝛeces ſuper maſculum ⁊ fęminá: pluraliter vel ſingulariter reſpectiue: diſtincte pꝛoferat. Oꝛdinem baptizandi: ⁊ ad ſuccurrendum infirmiſ: reconciliationis ⁊ commédationis animę: et in agendis exequijs defunctoꝛũ: iuxta modum canonicũ obſeruet. Exoꝛciſmoſ: ⁊ benedictiones ſalis ⁊ aquę: pertinéter legat. Canticum diurnũ ⁊ nocturnum ſciat. Computum etiá minoꝛem: ad inueniendum literá dominicalem: tépus interualli dici paſchę: ⁊ maioꝛum mobiliũ feſtoꝛum: non ignoꝛet: Martyrologiũ integrũ habeat. Ut per hęc: et alia bona opera: vna cũ populo vobis credito: perpetua beatitudine perfruamini: pꝛęſtante domino noſtro Jeſu Chꝛiſto: cui eſt honoꝛ ⁊ gloꝛia: in ſecula ſeculoꝛum.

Tum Pontifex dimiſſa mitra ſurgit: et ſtans verſus ad altare, dicit abſolute. Oremus.

Pontifex ſtans; ſine mitra dicit.

Exaudi, quęſumus domine, ſupplicum pꝛeces: ⁊ confitentium tibi parce peccatiſ: ⁊ quia cõſcientia remoꝛdente tabeſcimus: ne aut ignoꝛantia nos traxerit in erroꝛem: aut pꝛeceps foꝛſitan voluntas impulerit a iuſtitia declinare: ob hoc te poſcimus: te rogam⁹: vt ſiquid offenſionis in hac ſynodi, ſeu cõcilij celebꝛitate contrarimus: remiſſibile facere et condonare digneris: illiuſqꝫ te miſerante indulgentiam ſentiamus: vt in eo qđ ſoluturi ſumus aggregatũ cõciliũ, ſeu agregatá ſynodũ: a cunctis pꝛimũ abſoluamur nřoꝛ neribus delictoꝛum. Et quũ nulla eſt domine humanę cõſcientię virt⁹: qua offenſę tuę voluntatis poſſint iudicia experiri: ⁊ imperfectũ noſtrum vidét oculi tui: perfectioné deputa miſericoꝛs deus: qua perfecto ęquitatis fine: per te ſingula con-

concludi peroptamus: et sicut te in nostris principiis occursorem poposcimus: ita quoque in hoc fine iudiciorum nostrorum excessibus te adesse deprecamur: ut ignorantię parcas: errores corrigas: perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris: et transgressoribus tibi confitentibus: venia et remuneratio subsequatur sempiterna. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Deinde benedicit solenniter omnibus, dicens. Sit nomē domini benedictū &c. Et dat indulgentiam. Quibus peractis: archidiaconus stans iuxta Pontificem: dicit alta voce.

Archidiaconus stans iuxta pontificem dicit alta voce.



Recedamus cum pace.

Et respondent omnes.



In nomine Christi.

Tunc omnes pariter surgentes: pacifice recedunt. Si vero in primo die, vel in secundo: omnia negocia cōcilij, seu synodi expediuntur: approbatis omnibus: et conclusione concilij, seu synodi facta: Pontifex sedens cum mitra: ut supra: commendat se omnium orationibus: et leguntur nomina interesse debentium: admonentur per Pontificem cōgregati: et alia fiunt: prout supra sunt ordinata.

ORDO SVSPENSIONIS. Reconciliationis, Depositionis, Dispensationis, Degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum.

Prenotandum est, quod clericus quandoque suspēditur: quandoque deponitur: quandoque degradatur. Suspenditur quis quandoque ab homine: quandoque a iure: et quandoque ad tempus: quandoque in perpetuum.

Diversę species suspēsionis.

¶ Ab homine: quando prelatus sic in scriptis pronuntiat.

Quia cōstat te tale quod commisisse: ideo ab officio et executione ordinū tuorum: te suspēdimus.

Vel quando sic in genere, dicit.

Quicunque tale quid fecerit, aut non fecerit: ipsum in his scriptis suspendimus. vel in his scriptis noverit se suspensum. Huiusmodi autem suspensionis sententia: taliter revocatur.

Quia de tali negotio propter quod suspensionis sententiā incurreras: emendationē plenā: et pęnitentiā condignā egisti: Ideo sententiam suspēsionis huiusmodi: misericorditer relaxamus.

¶ Illud autē sciendum est: quod simpliciter et sine temporis pręfinitione: ab homine, vel a iure suspēsus: perpetuo intelligitur esse suspensus: ad tempus vero suspensus: ut pote donec pęnituerit: vel a crimine abstinuerit: eo ipso, quod abstinet, vel pęnitet: executionem sui officij recuperat: nec alia est reconciliatio: seu sentētię suspēsionis relaxatio

Suspēsus ab homine vel a iure sine tēporis prefixione perpetuo intelligitur esse suspensus.

ratio necessaria. Et quiuis quilibet sacerdos in mortali peccato occulto cõstitutus: quãtũ ad se sit suspẽsus: tamen peracta penitentia: vel parte ipsius: eo ipso talis sentẽtia est sublata. Ad hec clerici publice delinquẽtes & enormiter: executionem sui ordinis sc͠dm canones perdunt: & etiã post peractã penitentiam ab executione suorũ ordinũ suspensi remanẽt: adeo, q absq; dispensatione & reconciliatione: nõ possũt in illis licite ministrare: nec ad maiores ordines promoueri: precipue si de hoc conuicti fuerint in iudicio: & puniti. Episcopi tamẽ possunt in adulterijs & alijs criminibus, que sunt minora: & generaliter vbicũq; a iure expresse nõ prohibent: post peractã penitentiam, vel partẽ ipsius: cũ talibus dispensare: & eos reconciliare: que reconciliatio & dispensatio fit hoc modo.

Sacerdos in mortali pctõ quo ad deũ est suspensus quantũ ad se tamẽ peracta penitẽtia eo ipso sentẽtia illa est sublata.

In quibus epi possũt dispẽsare.



Quamuis tale enorme crimen publice commiseris: propter quod secundum iuris rigorẽ merueras ab officio & beneficio amoueri: & propterea non vales vlterius secundũ canones in tuis ordinibus licite ministrare: vel de quo conuictus es & in iudicio condemnatus. Quia tamen defectus nostri tẽporis antiquã nõ patitur canonũ manere censurã: eligẽtes potius de misericordia q̃ de seueritate reddere rationem: Iccirco vitam tuã plenius agnoscentes: & meliora & saluti viciniora de te de cetero verisimiliter expectãtes: de misericordia, que superexaltat iudicium: hanc penã auctoritate nobis in hac parte a iure cõcessa: tibi duximus relaxandã: & relaxamus. Indulgentes tibi: vt hoc non obstante: licite possis ad superiores ordines cõscendere: & in susceptis etiam ordinibus licite ministrare. Infamiam insuper canonicã: propterea per te cõtractam: penitus abolentes: & restituentes te in integrum pristino statui atq; fame.

Circa depositionem vero: notandum est: q si agit: vt deponat quis a beneficio: solus eps hoc potest. Sicut potest deponere ab ordine cum capitulo suo: siue ab ipso capitulo deputatis: & etiã solus ex consuetudine. Et similiter episcopus cũ capitulo suo deponit ab ordine clericos prime tonsure: & in minoribus ordinibus cõstitutos: si post huiusmodi verbalẽ depositionem secutura sit actualis degradatio. Et si isto modo agit: in depositione subdiaconi, vel diaconi ab ordine: requirit numerus triũ episcoporũ: vltra pprĩũ episcopũ in examine & in diffinitione: & sex in causa p̃sbyteri: excepta causa heresis. In depositione vero episcopi ab ordinatione: exigit numerus .xij. episco-

De deposi tione q̃ qs potest deponere...

Quot epi requirant in deposi tione ab ordinib9 maioribus.

episcoporũ: preter Metropolitanum: qui debet esse. xiij. qui omnes possunt procedere cõtra episcopum vsqz ad cõclusionem tantũ: diffinitio tam circa condẽnationẽ qz absolutionem reseruatur Pape. Sed in ipsa actuali degradatione nõ requirit numerus episcoporũ. Et premissa de numero episcoporum adhibendo: procedunt si agitur ex potestate ordinaria. Dictabitur autẽ sententia depositionis ab ordine: ñ intẽdatur vt post eam sequatur actualis degradatio: nomine episcopi ordinarii: cũ presentia capituli: siue cũ cõsilio z assensu episcoporum: respectiue: put eam requirit in hunc modũ videlicet.

Depositio epi fit tantũ per papam.

Forma sñtẽtię depositionis.

Quia nobis euidenter z legitime constat vt tale crimen, seu flagitium commisisse: quod nõ solũ graue: verũmetiam damnabile est z damnosuz. Jccirco de talium consilio et assensu: ab omni ordine z priuilegio clericali te sententialiter perpetuo duximus deponendum: et deponimus. Per talem itaqz sententiã: taliter depositus: ab omni ordinũ tam maiorum qz minorũ executione perpetuo est exutus. Uerũ si episcopus deponens: euidẽter agnouerit in posterum emendationẽ vite z morũ depositi: vel forte sententiã suã iniustã fuisse: poterit ei de iure misericorditer restituere gradũm z ordinũ executionẽ: quia priuatus extiterat: quę restitutio debet fieri in ecclesia: in qua episcopus elegerit hoc facere: siue sit cathedralis: siue alia: z coram altari: quia z ibi ordinum gradus distribuuntur: z potest fieri per episcopum solum: cum capitulo suo: non solũ in quatuor temporibus: verumetiam quolibet tempore: z sine misse celebratione: z tam restituẽs qz restituendus: debent esse ieiuni. Depositus ergo qui restitutionem priuilegii clericalis: z executionis quattuor minorũ ordinũ petierit: vestibus suis consuetis indutus: debet genua flectere corã Põtifice parato amictu, stola, pluuiali, tẽpori cõuenientibus et mitra simplici, baculum pastoralẽ in manu tenẽte: z in faldistorio ante mediũ altaris sedente; qui deposita mitra surgit z stans versus ad illũ: coram se genuflexum dicit. ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. ℣. Gloria patri z filio z spiritui sctõ. ℟. Sicut erat in principio et. zč. Et hec secundo, z tertio dicũtur. Deinde subiungit Põtifex. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣sus. Saluum fac seruum tuum domine. ℟. Deus meus sperantẽ in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eum. ℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Clericus p talem sententiã depositus perpetuo censetur depositus.

Epus potest cuz talli emendato dispensare.

Forma restitutionis depositi.

Epus paratus cum amictu alba stola et pluuiali mitra z baculo pastorali sedẽs ante medium altaris, illo ei restituendus coram eo genuflexo surgit et stans sine mitra sup eum dicit.

Deus, qui in sanctis habitas: z pia corda non deseris: susci

pe pro

pe propitius orationem nostram: et hunc famulum tuum N. quē delictorum catena constringit: miseratio tuę pietatis absoluat. Per Christum dñm nostrū. R. Amē.

Tū sedet Pōtifex accepta mitra: et sup caput illius corā eo genuflexi: imponit manū dextram, dicēs.



Pontifex sedet cum mitra et tenet manū dextrā super caput depositi a prima tonsura et quatuor minoribus ordinibus et dicit istā formam verborum.

In nomine domini. Ego licet peccator tamē episcopus: auctoritate a Deo mihi cōcessa: per hanc manus impositionē: restituo tibi charissimo fratri priuilegium clericale: et executionem ordinis et gradus ostiariatus: lectoratus: exorcistatus: atq; acolitatus: qb⁹ fueras iuste priuatus: et ab ea depositus: vt amodo possis digne custodire ostia domus domini: cū omnibus quę intra retinentur: et distincte legere de codice: audiente populo dei: et ab hinc in antea habeas potestatē imponendi man⁹ super energuminos: siue cathecumenos: seu baptizatos: et vt deinceps digne possis accendere luminaria ecclesię: et ante euangelium portare. Pręstāte domino nostro Jesu Christo: Qui viuit et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum.

Deinde Pontifex adhuc cum mitra sedens: benedicit illi, dicens.

Benedictio dei omnipotentis: pa✠tris et fi✠lij et spiritus✠ sancti: descendat super te et maneat semper. R. Amen.

Quo facto: ille osculat manū dextrā Pontificis: surgensq; discedit.

In restitutione priuilegii clericalis: et executionis subdiaconatus: et minorū ordinum: simili modo pcedi debet, sicut supra dictum: vsq; ad manus ipositionē: ad quā Pōti. ex cū mitra sedēs, dicit.

Sedendo cū mitra.

In nomine domini. Ego licet peccator: tamen episcopus: per hanc manus impositionē: restituo tibi charissimo fratri: priuilegium clericale: et executionē ordinum et graduum ostiariatus: lectoratus: exorcistatus: acolitatus: et subdiaconatus: quibus fueras iuste priuatus: et ab eis depositus: vt amodo digne possis custodire ostia domus dñi cū omnibus quę intra retinētur: et distincte legere de codice audiente populo Dei: et ab hinc in anteā habeas potestatem imponēdi manus super energuminos, siue cathecumenos, seu baptizatos: et possis digne accendere luminaria Ecclesię: et ante euāgelium portare: ac dicere prophetias et epistolas ad missas: et ministrare diacono ac presbytero vel episcopo: atq; offerre eis immaculatam hostiā ad altare domini: caste viuendo: quia scriptū est. Mundamini qui fertis vasa dñi.

Restitutio subdiaconi.

Tum benedicit ei: vt supra: quo facto,

cto ille osculatur manum dextram Pontificis: surgensque discedit.

Executionis vero diaconatus: subdiaconatus et minorum ordinum ac privilegij clericalis restitutio: fit similiter per omnia, prout supra: usque ad manus impositionem: ad quam Pontifex sedens cum mitra, dicit.

Restitutio diaconi.

In nomine domini. Ego, licet peccator: tamen episcopus: per hanc manus impositionem restituo tibi charissimo fratri privilegium clericale et executionem ordinum et graduum ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolitatus, Subdiaconatus, et Diaconatus: quibus fueras iuste privatus et ab eis depositus: ut caste vivendo ab hinc in antea possis digne custodire ostia domus domini: cum omnibus, que intra retinentur: et distincte legere de codice: audiente populo dei: et habeas potestatem imponendi manus sup energumenos, sive cathecumenos, seu baptizatos: et possis digne accendere luminaria ecclesie, et ante evangelium portare: ac dicere prophetias et epistolas: ac lectionem evangelicam: ad missas, et in eis ministrare presbytero, vel episcopo: et fundere aquam in eucharistiam sanguinis Christi.

Tum benedicit ei: ut supra. Quo facto ille osculatur manum dextram Pontificis surgensque discedit.

Executionis autem presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus, et minorum ordinum et privilegij clericalis restitutio: fit similiter: prout supra: usque ad manus impositionem: in qua Pontifex cum mitra sedens, dicit.

Restitutio presbyterατus.

In nomine domini. Ego, quamvis peccator: tamen episcopus: per hanc manus impositionem: restituo tibi charissimo fratri: privilegium clericale, et executionem ordinum et graduum ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolitatus, Subdiaconatus, Diaconatus, et Presbyteratus: quibus fueras iuste depositus et privatus: ut amodo possis digne custodire ostia domus domini: cum omnibus que intra retinentur: et distincte legere de codice: audiente populo dei: et ab hinc in antea habeas potestatem imponendi manus sup energumenos, sive cathecumenos, seu baptizatos: et possis digne accendere luminaria ecclesie: et ante evangelium portare: ac dicere prophetias et epistolas, ac lectionem evangelicam ad missas: et in eis ministrare diacono, presbytero, et episcopo, atque offerre eis immaculatam hostiam ad altare domini: caste vivendo: quia scriptum est. Mundamini qui fertis vasa domini: et fundere aquam in eucharistiam sanguinis christi: ac missas celebrare pro vivis atque defunctis: acceptabiles quoque hostias offerre Deo: et ministerium presbyterale devote perficere, prestante domino nostro Jesu Christo: Qui vivit et regnat Deus etc.

Tum benedicit ei: ut supra. Quo facto ille osculatur manum dextram Pontificis: surgensque discedit. Nunc de degradatione subiicimus.

Propter incorrigibilitatem debet quis formaliter degradari

SI clericus s'm primam formã sententialiter depositus: incorrigibilis appareat: debet excõmunicari. Et si postmodũ in profundũ maloꝝ veniens cõtẽpserit: tunc, vt cũ ecclesia non habeat vltra quid faciat: Pontifex debet illũ degradare: ⁊ curię seculari relinquere: q̃ degradatio fit hoc modo.

DEGRADATIONIS FORMA.

DEgradandus: indumẽtis sacerdotalib⁹, si sacerdos sit, indutus: vel diaconalibus si sit diacon⁹: ⁊ sic de reliquis ordinibus ⁊ indumentis: offertur pontifici. Põtifex vero quasi exequendo sententiam depositionis: in illũ dudum prolatã: presente iudice seculari: cui degradãdus debet relinqui: publice abradit cũ vitro, vel cultello, vel alio huiusmodi: leuiter, sine sãguinis effusione: loca manuum illius, quę in collatione ordinum inuncta fuerunt: ⁊ etiam tonsuram, si velit. Et consequẽter seriatim ⁊ sigillatim detrahit illi oia insignia siue sacra ornamẽta, quę in ordinum susceptione recepit: ⁊ demum exuit illũ habitu clericali, ⁊ induit laicali: dicẽs publice iudici seculari presẽti: vt illũ propter scelera sua sic depositũ: degradatum, expoliatũ, ⁊ exauctoratum: in suum si velit forũ recipiat.

Degradatio fieri debet coram iudice seculari.

¶ Et est notandũ ꝙ in hac executione sententię: non est necessaria coepiscopoꝝ presentia: nõ est etiã vis, siue in ecclesia fiat, siue extra in platea, siue Pontifex degradans indutus sit pontificalibus ornamẽtis, siue nõ: ⁊ talis degradatio, solennis depositio vocatur: ppriе tamen loquẽdo: quis a dignitatibus ⁊ honoribus deponitur: sed ab ordinibus degradatur: ⁊ post talem degradationem iuste ⁊ rite factam solus Romanus Põtifex cũ tali dispensat. Episcopus tamẽ ante ipsam insigniũ detractionẽ: ⁊ etiã post sentẽtię depositiõis prolationẽ: dispensare ⁊ restituere solo verbo potest: sicut ⁊ verbaliter depositus fuit: vt premissum est.

¶ Sed si priusquam secularis iudex in illum aiaduerterit: talis depositio et degradatio: iniusta vel nulla inueniatur: tunc non solum verbo, sed etiã facto: s'm ea, q̃ premissa sunt: dispẽsatio et restitutio fiat: ⁊ isignia sibi detracta: seriatim, sigillatim, ⁊ solẽniter, ei corã altari restituant. Et si sit ep̃s: recupabit orariũ, baculũ, anulum, sandalia, mitrã, ⁊ alia isignia põtificalia. Si p̃sbyter: orarium ⁊ planetã. Si diaconus: orariũ ⁊ dalmaticã. Si subdiaconus, tunicellã ⁊ manipulũ. Et reliqui gradus: in restitutione sua recuperant ea, quę cũ ordinarẽtur receperunt; Poterit tñ (q̃ cõuenientius videt) ad alioꝝ terrorẽ: actualis degradatio sic fieri. In primis i publico extra ecclesiã: paraẽ aliquis eminens congruentis spatij locus: p degradatiõe facienda: supra quem ordinatur vna credẽtia: simplici tobalea cooperta: supra quã ponunẽ: ampulla vini: ampulla

Quomodo fiat restitutio solẽniter degradato.

Paratur locus eminẽs extra ecclesiam, vbi paratur credẽtia cũ omnibus paramentis, quę degradãdus accepit i suis ordinatiõnib⁹ ⁊ omnia vasa similiter.

ampulla aquę. Calix cum patena & hostia. Unum vas vini. Unum vas aquę. Liber euangeliorũ. Liber epistolarum. Bacile cũ buccali & mantili. Unum candelabrum cum candela extincta. Liber exorcismorum. Liber lectionum. Claues, Añarium, Forfices, Cultell?, seu petia vitri. Paramẽta pro degradando: videlicet, si degradandus sit archiepiscopus: ordinent̃ sup dictã credentiam: superpelliciũ: sandalia cum caligis: amictus, alba, cingulũ, manipulus, tunicella, stola, dalmatica, chirotecę: alia stola, planeta, mitra, anulus pontificalis, palliũ, baculus pastoralis: & aliqua vestis habitus secularis. Si vero degradandus non sit archiepiscopus: sed ẽps tantũ: omisso pallio: ponunt̃ super credentiã oĩa alia pr̃edicta. Si vero presbyter tantum; omissis pallio et alijs pontificalibus paramentis pr̃edictis: ponunt̃ ibidẽ oĩa alia p̃dicta. Idem in alijs ordinibus: etiam in ordinatione credentię obseruat̃. Itẽ paratur in dicto loco faldistoriũ pro Pontifice degradatore. Sedilia pro officialibus. Vocant̃: & ibidẽ adsint ministri pontificis. Iudex secularis: cui degradatus cõmittit̃. Notarius, qui processũ degradationis legit: si opus erit, vel Põtifici placet: & barbitõsor.

Itẽ paret̃ faldistoriũ p Põtifice & sedilia officialib? & iudici seculari.

Notarius q habet legere p̃ces fum ibi et debet.

Degradãdus ducit̃ super soliũ & ĩduit̃ oĩb? paramentis sui ordinis et põtifex degradator apparat?, sedet ĩ faldistorio et notificat cãusam degradatiõis populo.

¶ Hora congruenti ducitur degradãdus, siue sit archiepiscopus, siue quiuis alius: quotidiano suo habitu indutus: sup dictum locũ ad hoc pr̃eparatum: vbi cũ fuerit, soluitur: & liber ibidẽ manet. Tũ a clericis ĩduitur oĩbus paramentis sui ordinis: vt pr̃emittitur supra credentiã ordine suo positis: incipiendo a superpellicio & continuando vsq; ad vltimũ paramentum sui ordinis. Quo sic induto: Põtifex degradator indut? amictu, alba, cingulo, stola, & pluuiali rubeis, ac mitra simplici: baculũ pastoralem in sinistra tenẽs: ascendit ad locũ pr̃edictũ: & ibidẽ sedet in faldistorio in conuenienti loco sibi parato: versus ad populũ: astante sibi iudice seculari. Tũ degradandũs, siue archiepiscopus fuerit, siue alius omnibus sui ordinis vestibus sacris indutus: & singulis ornamentis ornatus: habens in manibus ornamentum ad ordinem suum spectans: ac si deberet in suo officio ministrare: adducit̃ ante Põtificẽ: corã quo genuflectit. Tũ Põtifex: vt supra sedẽs: populo in vulgari notificat degradationis huiusmodi causam. Deinde contra degradandũ sententiam fert in hęc verba: si sit sacerdos, aut diaconus, aut subdiaconus, vel clericus: & prius huiusmodi sententia lata non sit.



Ehus sententiā fert contra degradandū in hec verba.

IN noīe pa✠tris ⁊ fi✠lij ⁊ spiritus ✠sancti amē. Quia nos N. dei ⁊ apostolicę sedis gratia epūs N. per viā accusationis: vel denuntiationis: aut inqsitionis: cognoscentes de tali crimine: contra talem presbyterum vel diaconum: vel subdiaconum: seu clericum ꝑpter ipsius confessionē aut legitimas probationes: euidenter inuenimus eum ipsum crimen cōmisisse: quod cū nō solum grande: sed etiam damnabile ⁊ damnosum sit: et adeo enorme, ꝙ exinde non tantū diuina maiestas offensa: sed et vniuersa ciuitas cōmota est: ⁊ ob hoc indign⁹ officio ⁊ bñficio ecclesiastico sit redditus. Jccirco nos auctoritate dei oīpotentis: patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti, ⁊ nostra: ipsum omni huiusmodi officio ⁊ beneficio ecclesiastico: sententialiter perpetuo priuamus in his scriptis: ipsumq; ab illis verbo deponimus: ⁊ pronuntiamus realiter ⁊ actualiter secūdum traditionem canonū: deponendū ⁊ degradandum. Qua sentētia sic: vt prefertur, lata. Pontifex degradator aufert ab illo singula ornamēta sibi iuxta ordinem suum tradita: inchoando ab vltimo ornamento: ⁊ descēdendo gradatim: cōtinuans vsq; ad primū: quod in prima tonsura sibi datum fuit hoc ordine.

Pontifex aufert ab eo oīa paramenta ⁊ alia q̄ habuit in susceptione ordinum.

DEGRADATIO AB ordine Pontificali.

SI degradandus sit archiepiscopus: Pōtifex degradator aufert ab eo pallium sic dicendo.

PRerogatiua Pontificalis dignitatis, quę in pallio designatur: te exuimus: qa male vsus es ea.

Forma ablationis pallij ab archiepō.

Deinde: vel si degradandus sit episcopus tantū. Pontifex degradator amouet ei mitram dicendo.

MJtra Pontificalis dignitatis: videlicet ornatu: quia eā male presidendo fędasti: tuum caput denudamus.

Forma ablationis mitrę.

Deinde vnus ex ministris: tradit degradando librū euangeliorum: quē Pontifex degradator aufert de manibus degradandi, dicens.

REdde euangelium: quia predicandi officio: quo spreta dei gratia te indignum fecisti: te iuste priuamus. Deinde Pontifex degradator: amouet anulum de digito degradandi: sic dicens.

Aufert ab epo liber euangeliorum.

ANulum: fidei, scilicet signaculum: tibi digne subtrahim⁹: quia ipsam sponsam dei ecclesiā: temere violasti. Tum vnus ex ministris: tradit degradando in manus: baculum pastoralem: quem mox Pontifex degradator tollit de manibus degradandi, dicens.

Aufertur anulus de digito.

AUferimus a te baculū pastoralem: vt perinde correctionis officiū, quod turbasti, non valeas exercere. Deinde extractis sibi per ministros chirotecis: Pōtifex degradator abradit degradando pollices: ⁊ manus: leuiter cum cultello, aut vitro, dicens.

Aufertur bacul⁹ pastoralis.

SJc spiritualis benedictionis ⁊ delibutionis mystice gratia: quātum in nobis est: te priuamus: vt

Raduntur manus leuiter cum vitro vel cultello.

vt sanctificandi et benedicendi perdas officium et effectum.

Post hec Pontifex degradator cum code cultello, aut vitro abradit leuiter caput degradandi, dicens.

Consecrationem et benedictionem ac vnctionem tibi traditam radendo delemus: et te ab ordine pontificali: quo inhabilis es redditus: abdicamus. Tu degradando per ministros extrahuntur sandalia.

Abradit caput leuiter cum vitro in hac forma.

DEGRADATIO AB ordine presbyteratus.

Ministri tradunt in manus degradandi Calicem cum vino et aqua: ac patena, et hostia: quem Pontifex degradator aufert de manibus degradandi, dicens.

Amouemus a te: quin potius amotam esse ostendimus: potestatem offerendi deo sacrificium: missamque celebrandi: tam pro viuis quam pro defunctis. Deinde Pontifex degradator abradit leuiter cum cultello, vel vitro, pollices et indices vtriusque manus degradandi: dicens.

Aufertur a presbytero potestas celebrandi in hac forma.

Potestatem sacrificandi: consecrandi, et benedicendi: quam in vnctione manuum et pollicum recepisti: tibi tollimus hac rasura. Quo dicto Pontifex degradator accipit casulam siue planetam per posteriorem partem capitis, et degradandum exuit, dicens.

Abraduntur pollices et manus in hac forma.

Veste sacerdotali charitatem signantem te merito expoliamus: quia ipsam et omnem innocentiam exuisti. Tum Pontifex degradator aufert a degradando stolam, dicens.

Aufertur planeta sub hac forma.

Signum domini per hanc stolam signatum: turpiter abiecisti. Ideoque ipsam a te amouemus: quem inhabilem reddimus ad omne sacerdotale officium exercendum.

Aufertur stola sub hac forma

DEGRADATIO AB ordine diaconatus.

Ministri tradunt degradando in manus librum euangeliorum: quem Pontifex degradator tollit de manibus eius, dicens.

Amouemus a te potestatem legendi euangelium in ecclesia dei: quia id non competit nisi dignis. Tum pontifex degradator: exuit degradandum dalmatica, dicens.

Aufertur diacono potestas legendi euangelium.

Leuitico ordine te priuamus: quia tuum in eo ministerium non impleuisti. Deinde Pontifex degradator amouet degradando stolam de humeris: proijciens eam post tergum, dicens.

Aufertur dalmatica sub hac forma.

Stolam candidam, quam acceperas: immaculatam in conspectu domini perferendam: quia non sic cognito mysterio: exemplum conuersationis tue fidelibus prebuisti: vt plebs dicata Christi nomine: posset exinde imitationem acquirere: iuste a te amouemus: omne Diaconatus officium tibi prohibentes.

Aufertur stola sub hac forma

DEGRADATIO AB ordine subdiaconatus.

Ministri tradunt in manus degradandi: librum epistolarum: quem Pontifex degradator de manibus illius accipit, dicens.

Aufertur subdiaconatus potestas legendi epistolam sub hac forma.

Auferimus tibi potestaté legendi eplam in ecclesia dei: qa hoc ministerio indignus es redditus. Tunc Pontifex degradator exuit degradandum tunicella, dicens.

Aufertur tunicella subdiaconalis sub hac forma.

Tunica subdiaconali te exuimus: cuius cor et corpus: timor dñi castus et sanct⁹ in eternum permanens: non constrinxit. Deinde pótifex degradator accipit a degradádo manipulum, dicens.

Aufertur manipul⁹ sub hac forma.

Depone manipulum: qa p fructus bonoꝝ opeꝝ quos designat: non expugnasti spiritales insidias inimici. Tum Pontifex tangens amictum degradandi, dicit.

Aufertur amict⁹ sub hac forma.

Quia vocé tuá non castigasti: ideo amictú a te auferimus. Post hec vnus ex ministris tradit in manus degradando vrceolos cum vino et aqua: ac bacile cum manutergio: ac calicem vacuum cum patena. Tunc archidiaconus tollit de manu degradádi vrceolos cum vino et aqua: ac bacile cú buccali et manutergio. Pontifex vero calicé vacuú et patenam tollit, dicens.

Aufertur potestas tangendi sacra vasa sub hac forma.

Potestatem introeundi sacrarium tangendi pallas: vasa et alia induméta sacra: omneq3 subdiaconatus ministerium exercendi: a te amouemus. Deinde ministri exuunt degradádum cingulum, albam, et amictum.

DEGRADATIO AB ORDINE ACOLITATUS.

Unus ex ministris tradit in manus degradando vrceolum vacuú: qué Pontifex degradator tollit de manibus illius, dicens.

Aufertur potestas ministrandi vinú et aquá etc. lito.

Amunde: vinum et aquam ad Eucharistiam de cetero non ministres. Tú vnus ministrorum tradit in manus degradádo candelabrum cum cereo extincto: quod Pontifex degradator accipit de manibus illius, dicens.

Aufertur potestas portádi lumen sub hac forma.

Omitte pferendi visibile lumé officiú: qui pbere spúale moribus neglexisti: ac vniuersum acolitatus officium hic depone.

DEGRADATIO AB ordine exorcistatus.

Unus ex ministris tradit degradando in manus librum exorcismoꝝ: qué Pontifex degradator tollit de manib⁹ illius, dicés.

Priuat exorcista officio sub hac forma.

Priuamus te potéstate imponendi manum super energuminos: et demones de obsessis corporibus expellédi: omni tibi exorcistatus officio interdicto.

DEGRADATIO AB ordine lectoratus.

Unus ministroꝝ tradit degradádo in manus: librú lectionum: quem Pontifex degradator tollit de manibus illius, dicens.

Lector priuatur officio legendi sub hac forma.

In ecclesia dei non legas vlterius: neq3 cantes: neq3 panes, aut fructus nouos vllatenus benedicas: quia tuum officium non impleuisti fideliter et deuote.

DEGRADATIO AB ordine ostiariatus.

Unus ex ministris tradit degradádo in manus claues ecclesie:

clesie: quas Pontifex degradator tollit de manibus illius, dicens.

Ostiariis priuat officio suo, sub hac forma.

Quia in clauibus errasti: claues dimitte: & qa ostia cordis tui male demonib⁹ obserasti: amouemus a te officium ostiarij: vt nõ percutias cymbalum: nõ aperias ecclesiam: non sacrarium: non librum amplius prędicanti.

DEGRADATIO A PRIMA TONSURA.

Pontifex degradator extrahit degradãdo superpellicium dicens.

Forma degradationis a prima tonsura.

Auctoritate Dei omnipotentis: patris, et filij, et spiritus sancti: ac nostra: tibi auferimus habitum clericalem: et nudamus te religionis ornatu: atque deponimus: degradamus: spoliamus, et exuim⁹ te omni ordine: beneficio & priuilegio clericali: & velut clericalis professionis indignum: redigimus te in seruitutem et ignominiam habitus secularis ac status.

Cum Pontifex degradator: cum forficibus tondere incipit: et per barbitonsorem ibidem pręsentem totaliter tonderi facit caput degradandi, dicens.

Forma degradandi eundẽ.

Te velut ingratũ filium a forte domini ad quam vocatus fueras abijcimus: & coronam tui capitis: regale quidẽ signũ sacerdotij: de tuo capite amouemus: ppter tui regiminis prauitatem.

Deinde si velit Pontifex, dicit.

Psalmista priuatur officio suo sub his verbis.

Quod orẽ cantasti: corde non credidisti: nec opere impleuisti: ideo cãtandi officiũ in ecclesia dei: a te amouemus. Tũ ministri Põtificis exuunt degradatum veste & habitu clericali: & ipsũ induũt habitum secularem. Quo facto: si fuerit talis casus q degradatus iuxta cõstitutiones Innocẽtij Papę tertij: tradi debeat curię seculari. Põtifex degradator: degradatũ amplius non tãgit: sed in hunc modũ cõtra ipsũ pnũtiat, dicens.

Pronunciat eũ a foro ecclesię expriuatũ priuilegio clericali & hac forma.

Pronuntiamus, vt hunc exutum omni ordine ac priuilegio clericali: curia secularis in suũ forum recipiat degradatum.

Cum Pontifex degradator: efficaciter et ex corde: omni instantia: pro miserrimo illo derelicto: intercedit apud iudicem secularem: vt citra mortis periculum: vel mutilationis: contra degradatum sententiam moderetur, dicens.

Rogat eũ iudicẽ secularẽ ne eum interficiat vel mutilet.

Domine iudex: rogam⁹ vos cum omni affectu quo possumus: vt amore dei: pietatis & misericordię intuitu: & nostrorũ interuentu pcaminũ: miserrimo huic: nullum mortis vel mutilationis periculum inferatis. Quo facto ministri curię secularis degradatum sub sua custodia recipiunt, et discedunt.

ORDO EXCOMMVNICANDI & ABSOLVENDI.

Triplex est excõicatio.

Notandum q triplex est excõicatio: videlicet: minor, maior, et anathema. Minor excõmunicatio contrahitur per solã participationem cum

excommunicato: et a tali potest simplex sacerdos absoluere: absq3 iuratoria cautione: aliter autem excommunicatus confiteatur proprio sacerdoti, dicens.

Confiteor Deo: et tibi N. quod sum excommunicatus quia participaui tali excómunicato in oratione vel locutione: vel bibendo: vel comedendo cũ eo. Sacerdos vero absoluẽs eum: dicit huiusmodi, vel equipollentia verba.

Absolutio ab excommunicatione minori.

Auctoritate Dei omnipotentis: et mihi concessa: absoluo te a vinculo huius excommunicationis: quam confessus es: et a qualibet alia simili: si qua teneris: inquantum possum et debeo: ac restituo te Ecclesiasticis sacramentis: In nomine pa✠tris: et fi✠lij: et Spiritus ✠ Sancti.

Maior vero excóicatio: quã Pontifex per sententiã scriptam: legendo pmulgat: hoc modo pfertur.

Forma promulgandi maiorẽ excommunicationem.

Cum ego N. talem primo: secundo: tertio: et quarto: ad malitiam cõuincendam: legitime monuerim: vt tale quid faciat: vel non faciat: ipse vero mandatũ huiusmodi contempserit adimplere: quia nil videretur obediẽtia prodesse humilib9: si cõtemptus contumacibus non obesset. Iccirco: auctoritate dei omnipotentis: patris et filij et spiritus sancti: et beatorum apostolorum Petri et Pauli: et omnium sanctorum: exigente ipsius contumacia: ipsum excommunico in his scriptis: et tandiu ipsũ vitandum denuntio: donec adimpleuerit quod mandatur: vt spiritus ei us in die iudicij saluus fiat.

Circa absolutionem ab excommunicatione maiori tria sũt specialiter seruanda.

¶ Circa absolutionem vero ab hac maiori excõmunicatione: siue a canone: siue ab homine prolata: tria sunt specialiter attendenda. Primum est: vt excóicatus iuret ante oĩa parere mandatis ecclesię: et ipsius absoluẽtis: sup eo ꝓpter quod excõmunicationis vinculo est ligatus: et si propter manifestã offensã excõmunicatus sit: quod ante oĩa satisfaciat competenter. Secundum est: vt recõcilietur, qđ fieri debet hoc modo. Excõmunicatus nanq3 (vbi sic fieri solitũ est) exutus vsq3 ad camisiam: ante fores ecclesię corã Pontifice ipsum absoluere volẽte: q indutus Amictum, stolam, pluuiale violaceũ, et mitrã simplicẽ: sedet sup faldistorium ante principalẽ portã ecclesię sibi paratum: genuflexus: detecto capite humiliter absolutionẽ petit. Pontifex vero primũ accipit ab eo iuramentũ de parẽdo mandatis ecclesię. Deinde accepta in dextra manu virga, dicit, Psalmũ

Pontifex recipit ab eo iuramẽtũ de stando mandatis.

Miserere mei Deus secundũ magnam misericordiã tuã. Totus dicitur cũ Gloria patri. et Sicut erat. fol. 54. Alius psalm9.

Deus misereatur nri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nri. Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Le

Letentur et exultent gentes quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum. Benedicat nos Deus Deus noster: benedicat nos deus, et metuāt eum omnes fines terre. Gloria patri et filio. Sicut erat. Et in quolibet versu Pōtifex cū virga leuiter iter spatulas verberat absoluendum. Finitis ps. deposita mitra surgit Pōtifex, et dicit.



Finitis ps. pontifex stans sine mitra dicit Kyrie ele. etc.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tētationē. ℟. Sed libera. ℣. Saluū fac seruum tuū vel ancillā tuā dñe. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo vel in ea. ℟. Et filius iniquitatis nō nocebit ei. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad veniat. Versus. Dñs vobis. ℟. Et cū. Oremus.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationē nrām: et hunc famulum tuum: vel famulā tuā: quē vel quā excōicationis catena constringit: miseratio tue pietatis absoluat. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. Alia oratio. Oremus.

Presta, qs dñe, huic famulo tuo, vel huic famule tue: dignū penitētie fructum: vt ecclesie tue sancte: a cuius integritate deuiauerat peccādo: amissor veniā consequēdo: reddatur innoxius, vel innoxia. Per christū dominū nostrum. ℟. Amen. Deinde sedet Pontifex: et accepta mitra, dicit.

Pontifex sedēs cum mitra absoluit eum in hac forma.

Auctoritate dei oīpotentis: et beatorum aplorum Petri et Pauli: ac ecclesie sue sācte: et ea qua fungor: absoluo te a vinculo talis excōmunicationis: qua ex tali causa ligatus eras. In nomine patris ✠ et filii ✠ et spiritus ✠ sancti. Deinde surgit Pontifex cum mitra: et apprehendens absolutum per dextram manum: introducit eum in ecclesiam, dicens.

Pontifex surgens cū mitra et absolutum per manum tenens intro ducit in ecclesiam.

Reduco te in gremiū sctē matris ecclesie: et ad consortium et cōmunionē totius christianitatis: a quibus fueras per excōicationis sententiam eliminatus: et restituo te participationi ecclesiasticorum sacramentorum. In noīe patris ✠ et filii: et spūs ✠ sancti.

Tertiū requisitū ad absolutionem excōmūicati: et satisfactio: seu iniunctio penitentie et satisfactionis.

Tertiū est, quod absoluto fieri debēt iusta et rationabilia precepta. Circa quod cōsiderandum est: Utrū ipse fuerit ligatus a canone, vel ab homine. Si a canone satisfacto ei quē lesit iniungendum est sibi, ne vlterius cōtra illum canonē faciat. Quandoque tamen cogendus est de

de iure; sufficienter super hoc cavere. Si vero excōicatus auctoritate apostolica: habeat temporale impedimentū: quo minus ad sedē apostolicam accedere possit: et propterea ab ordinario absoluatur: tunc iniungēdum est absoluto: ut statim impedimento cessante: debeat se summo Pōtifici presentare: vel eius legato: mandatū illius sup hoc impleturus: quod tamen in pueris: et mulieribus: et similibus non servatur: qui sicut perpetuum habent impedimētum perpetuo excusātur. Si vero aliquis ligatus est ab homine: et tunc: aut offensa eius est manifesta: tunc satisfacere debet priusquā absoluatur: aut est dubia: et tunc si post absolutionē apparuerit ipsum iniuste fuisse ligatū: nihil omnino pcipiendū est ei. Si vero apparuerit ipsum iuste fuisse ligatū: precipiendum est ei, q satisfaciat cōpetēter.

Qualiter promulgetur anathema scilicet solēnis excommunicatio q fit cum extinctione candelarum.

¶ Quādo vero anathema, idest solennis excōmunicatio pro gravioribus culpis fieri debet. Pontifex paratus amictu, stola, pluuiali violaceo, et mitra simplici: assistentibus sibi duodecim presbyteris super pellicijs indutis: et tam ipso q presbyteris cādelas ardentes in manibus tenentibus: sedet super faldistorium ante altare maius: aut alio loco publico: vbi magis sibi placebit: et ibi pronuntiat et profert anathema hoc modo.

Forma anathematis.

Quia talis diabolo suadente: christianam promissionem, quā in baptismo professus est: per apostasiam postponens: ecclesiam dei devastare: ecclesiastica bona diripere: atq pauperes Christi violenter opprimere nō veretur. Idcirco soliciti: ne per negligentiam pastoralem pereat: pro quo in tremendo iudicio rationem reddere compellamur. Iuxta quod dominus ipse terribiliter comminatur. dicens: Si non annuntiaueris iniquo iniquitatem suā: sanguinem eius de manu tua requiram. (Eze. 3.) Monuimus cū canonice, Primo, Secundo, Tertio, et etiam Quarto, ad eius malitiam conuincendam: ipsum ad emendationem, satisfactionem: et penitētiam inuitātes: et paterno affectu corripiētes. Ipse vero, proh dolor: monita salutaria spernens ecclesie dei: quā lesit: vel de hoc superbie spiritu inflatus: satisfacere dedignatur. Sane preceptis dominicis atq apostolicis informamur: quid de huiusmodi preuaricatoribus agere nos oporteat. Ait enim dñs. Membrū (Mat. 18) quod a sua cōpage resoluitur: et a iunctura charitatis dissociatur: et omne corpus quod scandalizat: erue ipsum et proijce abs te. Et apostolus inquit. Auferte malum a vobis. Et iterum. Si quis frater (1. Cor. 6.) nominat esse fornicator: aut adulter: aut homicida: aut rapax: cum huiusmodi nec cibū sumere licet. (1. Cor. 5.) Et Iohannes pre ceteris a Christo dilectus: talem nefarium hominem salutare prohibet: dicēs. Nec aue ei dixeris: nec cū in domo tua (2. Io.) receperis. Dominica itaq precepta

pta atqꝫ apostolica adimplentur. Sic membꝛuꝫ putridum ꝛ insana bile: quod medicinę fomenta non recipit: excommunicationis ferro: ab Ecclesię coꝛpoꝛe abscindatur: ne tam pestifero moꝛbo: reliqua coꝛpoꝛis mēbꝛa veluti veneno inficiantur. Igitur quia monita nostra crebꝛasqꝫ exhoꝛtationes contempsit: quia tertio secundum dominicum pꝛęceptum vocatus: ad emendationem ꝛ pęnitentiam venire despexit: quia culpam suam: nec cogitauit: nec cōfessus est: nec missa legatione: executionem aliquam pꝛetēdit: nec veniam postulauit: sed diabolo coꝛ eius indurante: incepta malitia perseuerat. Iuxta quod apostolus dicit. Secundum duritiam suam ꝛ coꝛ impenitens: thesaurizat sibi iram in die irę: Idcirco cum cū vniuersis complicibus: fautoꝛibusqꝫ suis: iudicio dei omnipotentis patris, et filij, ꝛ spiritus sancti: ꝛ beati Petri pꝛincipis apostoloꝛum: ꝛ omnium sanctoꝛum: necnon ꝛ mediocritatis nostrę auctoꝛitate: ꝛ potestate: ligandi ꝛ soluēdi in cęlo ꝛ in terra: nobis diuinitus collata: a pꝛetiosi coꝛpoꝛis ꝛ sanguinis domini perceptione: ꝛ a societate omniū christianoꝛum separamus: ꝛ a liminibus sanctę matris ecclesię: in cęlo ꝛ in terra excludimus: ꝛ excommunicatum: ꝛ anathematizatū esse decernimus: ꝛ damnatū cū diabolo ꝛ angelis eius: ꝛ omnibus repꝛobis: in ignem ęternū iudicamus: donec a diaboli laqueis resipiscat: ꝛ ad emendationē ꝛ pęnitentiam redeat: et ecclesię Dei quam lęsit: satisfaciat: tradentes eum sathanę in interitū carnis: vt spiritus eius saluus fiat in die iudicij.

Ro. 2. — 1. Cor. 5.

Et oēs rñdent. Fiat. Fiat. Fiat.



Quo facto: tam Pontifex q̄ sacerdotes debent pꝛoijcere in terram candelas ardētes: quas in manibus tenebāt. Deinde epistola pꝛesbyteris per parochias: ꝛ etiam vicinis episcopis mittatur: continēs nomē excōicati: ꝛ excommunicationis causam: ne qꝫ p ignorantiā vlteri9 illi cōicet: ꝛ vt excōicationis occasio oībus auferatur.

¶ Si vero anathematizatus: pęnitentia ductus: veniā postulare voluerit: ꝛ emendationē pmittere: Pontifex qui eū excōicauit: paratus: vtsꝫ: ante ianuas ecclesię veniat: sedēs ibidem in faldistoꝛio sibi parato: ꝛ duodecim pꝛesbyteri: cottis induti: eū hinc inde circūstare debent. Adsint etiā illi quibus iniuria, vel damnū est illatum: ꝛ ibidem sm leges diuinas omne damnum cōmissum emendetur. Tum anathematizatus genuflectit coꝛā Pōtifice: quē interrogat Pontifex: si pęnitentiā: put canones pręcipiūt

Forma absoluēdi anathematizatum.

cipiunt: pro perpetratis sceleribus suscipere velit. Ille tūc genuflexus: veniam postulat: culpā cōfitetur: penitentiā implorat: ꝛ de futuris cautelā spondet. Tūc Pontifex sedēs cū mitra: dicit cū ministris septem psalmos penitentiales: quos regre supra sub bn̄dictione Abbatis. f. 53. Quib⁹ dictis: Pontifex deposita mitra surgit, ꝛ dicit.

Pontifex sedēs cum mitra dicit septem ps cū ministris quibus dictis dicit kyrie eleison ꝛc.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Saluum fac seruum tuum: vel ancillā tuā dn̄e. ℟. Deus meus sperantē in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo vel in ea. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄e exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, cui proprium est misereri semper ꝛ parcere: suscipe deprecationem nostram: ꝛ hunc famulum tuum vel famulā tuam: quem vel quā excommunicationis catena constringit: miseratio tuę pietatis absoluat. Per Christum dominū nostrum. ℟. Amē.

Alia oratio. Oremus.

Presta, quęsumus domine, huic famulo tuo: vel famulę tuę: dignum penitentię fructum: vt ecclesię tuę sanctę a cuius integritate deuiauerat peccando: admissorum veniā cōsequendo: reddatur innoxius. Per Christum dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Deinde sedet Pōtifex ꝛ accepta mitra, dicit.

Forma absolutionis.

Auctoritate dei omnipotētis: ꝛ beatorum apostolorū Petri ꝛ Pauli: ac ecclesię suę sanctę: ꝛ ea qua fungor: absoluo te a vinculo talis excōmunicationis, qua ex tali causa ligatus eras. In noīe pa ✠ tris: ꝛ fi ✠ lij: ꝛ spūs ✠ sancti. Tum surgit cum mitra Pontifex: et apprehendens absolutum per dextram manum: introducit eum in ecclesiā vsq; ante gradus maioris altaris: interim, dicens.

Reducit in ecclesia in hac forma.

Reduco te in gremium sanctę matris ecclesię: et ad consortium ꝛ communionem totius christianitatis: a quib⁹ fueras per excommunicationis sententiam eliminatus: et restituo te participationi ecclesiasticorum sacramētorum. In nomine pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spirit⁹ ✠ sancti. Quo dicto ꝛ ipsis ante gradus maioris altaris peruētis. Ille ibidē in inferiori gradu altaris genuflectit. Pontifex vero ascendit ad altare: vbi stās versus ad introductū: deposita mitra: absolute dicit. Oremus.

Pontifex ducit absolutum ad grad⁹ maioris altaris et sup genuflexū stans sine mitra dicit orationem.

Maiestatem tuam, quęsumus domine sancte: pater omnipotēs: ęterne deus: qui non mortem peccatorū: sed penitentiā semper inquiris: respice flentē famulum tuū: attende prostratū: eiusq; planctum in gaudium tua miseratione conuerte: scinde delictorum saccū: indue eum lętitia salutari: vt post longā peregrinationis famem: de sanctis altaribus satiet:

ingressusq́ꝫ cubiculum regis in ipsius aula benedicat nomen glorię tuę semp. Per Christũ dñm nrm. ℟. Amen. Alia oratio. Oremus.

Deus misericors: deus clemẽs: qui secunduꝫ multitudinem miserationum tuarũ peccata penitentium deles: et preteritorum criminum culpas: venia tuę miserationis euacuas. Respice super hunc famulum tuum: & remissionem sibi peccatorum suorum: tota cordis deuotione poscentem: deprecatus exaudi: innoua in eo piissime pater: quicquid terrena fragilitate corruptum: seu diabolica fraude violatum est: & in vnitatem corporis ecclesię tuę membrorum: perfecta remissione restitue. Miserere domine gemituũ: miserere lachrymarum eius: & non habentem fiduciam nisi in tua misericordia: ad tuę sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde Pontifex producit signum crucis super introductum, qui surgit & discedit.

ORDO AD RECONCILiandum apostatam, Schismaticum, vel hereticum.

Pontifex apostatam: schismaticum: vel hereticũ reconciliare volẽs. Paratus amictu, stola, pluuiali albo, et mitra simplici: sedet sup faldistorium ante fores ecclesię sibi paratũ, corã quo genuflectit recõciliãdus: quẽ interrogat Põtifex de fide dicẽs.



Credis duodecim articulos fidei? Ille respõdet Credo. Pontifex interrogat. Credis in deum patrem omnipotentẽ creatorem celi & terrę? Ille respõdet. Credo. Pontifex interrogat. Credis & in Jesum Christũ filiũ eius vnicum dominum nostrum? Ille respondet. Credo. Pontifex interrogat. Credis q conceptus est de spiritu sancto: natusq́ ex Maria virgine? Ille respondet. Credo. Pontifex interrogat. Credis q passus est sub pontio Pilato: crucifixus, mortuus, & sepultus? Ille respondet. Credo. Pontifex interragat. Credis q descendit ad inferos? Ille rñdet. Credo. Pontifex interrogat. Credis q tertia die resurrexit a mortuis? Ille respõdet. Credo. Pontifex interrogat. Credis q ascendit ad celos, & sedet ad dexteram dei patris omnipotentis? Ille rñdet. Credo. Pontifex interrogat. Credis q venturus est iudicare viuos & mortuos? Ille rñdet. Credo. Põtifex iterrogat Credis in spiritum sanctũ? Ille rñdet. Credo. Põtifex iterrogat Credis sanctã ecclesiã catholicã san-

Pontifex parat⁹ cũ mitra ante fores ecclesię sedens examinat apostatam circa articulos fidei.

sanctorum communionem? Ille rńdet. Credo. Pótifex iterrogat Credis remissioné omnium peccatorum? Ille respódet. Credo. Pótifex interrogat. Credis carnis resurrectioné ꝛ vitá eternam? Ille rńdet. Credo. Deinde pótifex surgit cū mitra: ꝛ super illū genuflexū dicit: absolute incipiens.

Pontifex stans cum mitra dicit exorcismum super eū genuflexū.

Exorcizo te immunde spiritus: per deum patrem omnipotenté: et per Iesum Christum filium eius: ꝛ per spiritū sanctum: vt recedas ab hoc famulo dei: qué deus ꝛ dńs noster ab erroribus ꝛ deceptionibus tuis liberare: ꝛ ad ecclesiá sanctá matré catholicam atqꝫ apostolicá reuocare dignat. Ipse tibi imperat maledicte damnate: qui ꝓ salute hominū passus: mortuus: ꝛ sepultus est: ꝛ te ꝛ oés vires tuas superauit: atqꝫ resurgés celos ascédit: inde venturus iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ sclm ꝑ igné. Tunc signat illū cū pollice dextre man⁹ i fronte: signo crucis, dicés.

Pontifex cū pollice signū crucis facit in fronte ei⁹

Accipe signum crucis Christi atqꝫ christianitatis: quod prius acceptum non custodiuisti: sed male deceptus abnegasti. Deinde surgit ille: ꝛ Pontifex retenta mitra: sinistra sua illum apprehendit per manū dextrā dicés.

Ingredere in ecclesiam Dei: a qua incaute oberrasti: ac euasisse te laqueos mortis agnosce: horresce idola: respue omnem prauitatem: siue superstitioné hereticam: vel gétilem: aut iudaicá. Cole deum omnipotentem ꝛ Iesum Christum filium eius ꝛ spiritum sanctum: vnum viuū ꝛ verum deū: sanctá ꝛ indiuiduá trinitaté. Tum introducit illū in ecclesiam per manum: vt eum apprehendit vsqꝫ ad altare maius: coram quo in infimo gradu ille genuflectit. Pontifex vero ascendit ad mediū altaris: vbi deposita mitra stans versus ad illum, dicit absolute.

Pontifex stans ad mediū altaris sine mitra dicit super illum orationé: sūe conuersus ad eum.

Omnipotés sempiterne deus: hanc ouem tuá de faucibus lupi: tua virtute subtractá: paterna recipe pietate: ꝛ gregi tuo reforma pia benignitate: ne de familie tue damno inimicus exultet: sed de conuersione ꝛ liberatione eius: ecclesia tua: vt pia mater de filio reperto: gratuletur. Per Christum dńm nostrū. ℟. Amé. Oremus.

Deus, qui hominem ad imaginem tuam conditum: misericorditer reparas: quem miserabiliter creasti respice propitius super hunc famulum tuum: vt quod huius ignorantie necessitate: hostili ꝛ diabolica fraude surreptum est: indulgentia tue pietatis ignoscat ꝛ absoluat: ꝛ altaribus sacris recepta veritatis tue communione reddatur. Per Christum dńm nostrū. ℟. Amen. Deinde sedet ibidem Pontifex sup faldistorio: ꝛ accepta mitra interrogat illum iterum de fide catholica, dicens.

Pontifex sedet cum mitra et examinat eū de fide catholica.

Credis in deū patré omnipotentem creatoré celi ꝛ terre? Respódet ille. Credo. Interrogatio. Credis ꝛ in Iesum Christū eius filium: vnicū dńm nostrū natum ꝛ passum?

passus? R. Credo. Interrogatio. Credis et in spiritum sanctum: sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum communionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem: et vitam eternam post mortem? Rndet. Credo. Postea interrogat pontifex. Homo: abrenuncias sathane et angelis eius? Rndet. Abrenuncio. Interrogatio. Abrenuncias etiam omni secte gentilitatis: vel heretice pravitatis: sive iudaice superstitionis? Rndet. Abrenuncio. Interrogatio. Vis esse et vivere in unitate sancte fidei catholice? Respondet. Volo. Tunc deposita mitra surgit Pontifex: et reconciliatus accedit ad pedes eius: coram eo genuflectens. Pontifex vero ponit manum dextram super caput illius dicens. Oremus.

Pontifex stans sine mitra tenet manu dextra super caput reconciliati genuflexi ad pedes eius et dicit.

Omine deus omnipotens: pater dni nostri Iesu Christi: qui dignatus es hunc famulum tuum ab errore gentilitatis vel mendacio heretice pravitatis: sive iudaice superstitionis, clementer eruere: et ad ecclesiam tuam sanctam revocare: tu domine emitte in eum spiritum sanctum paracletum de celis. Spiritum sapientie et intellectus. Spiritum consilii et fortitudinis. Spiritum scientie et pietatis. Adimple eum lumine splendoris tui: et in nomine eiusdem domini nostri Iesu Christi signet signo cru✠cis in vitam eternam. R. Amen.

Isa. 11.

Post hec si reconciliatus sit is qui precipuus et notabilis fautor schismatis extitit: genuflexus: ut supra: facit publice professionem et adiurationem: Pontifice cum mitra in faldistorio ante altare sedente dicens.

Ego talis comperto divinis laqueo quo tenebar: diutina mecum deliberatione pertractans: prona et spontanea voluntate: ad unitatem sedis apostolice divina gratia duce reversus sum: ne vero non pura mente: seu simulata reversus existimer: spondeo sub ordinis mei casu: et anathematis obligatione: atque promitto tibi tali episcopo: et per te sancto Petro apostolorum principi: atque sanctissimo in Christo patri: et domino nostro: domino N. Pape N. et successoribus suis: me nunquam quorumlibet suasionibus: vel quocunque alio modo: ad schisma de quo redemptoris nostri gratia liberante ereptus sum: reversurum: sed semper in unitate Ecclesie catholice: et in communione romani Pontificis: per omnia permansurum: unde iurans dico: per deum omnipotentem et sancta dei evangelia: me in unitate et communione premissis: inconcusse mansurum. Et si (quod absit) ab hac me unitate aliqua occasione: vel argumento divisero: periurii reatum incurrens: eterne obligatus pene inveniar: et cum auctore schismatis habeam in futuro seculo portionem.

Reconciliatus publice abiurat et promittit se mansurum in fide catholica.

Deinde super librum evangeliorum quem Pontifex ante se tenet apertum: ponit ambas manus extensas: iunctis digitis, dicens.

Sic me deus adiuvet, et hec sancta dei

Reconciliatus iurat tactis evangeliis servare que promisit.

dei euangelia. Tũ pducto p Pontificem signo crucis sup recõciliatũ: surgit recõciliatus z discedit.

Pontifex bñdicit recõciliatũ.

¶ Si vero recõciliatus fuerat heresiarcha: seu pcipuus auctor alicuius heresis: omissa promissione precedẽte: facit sequentẽ: genuflexus corã Põtifice: cũ mitra in faldistorio ante altare sedẽte, dicens.

Si recõciliatus fuerat heresiarcha ista forma sequens seruetur.

Ego talis cognoscẽs veram catholicam z apostolicam fidem: anathematizo hic publice omnem heresim: precipue illam de qua hacten⁹ extiti infamatus: que astruere conat hoc, vel illud. Consentio autem sancte Romane ecclesie: z apostolice sedi: z ore z corde profiteor me credere sic, vel sic: z eandem fidem tenere: quam sancta Romana ecclesia: auctoritate euangelica z apostolica: tenendã tradit. Jurans hoc per sanctam omousion: idest eiusdem substãtie trinitatem: per sacrosancta euangelia Christi: eos autem qui contra fidem hanc venerint: cũ dogmatibus z sectatoribus suis: eterno anathemate dignos esse pronuncio. Et si ego ipse: quod absit: aliquando cõtra hec aliquid assentire: aut predicare presumpsero: canonum seueritati subiaceam.

Et mox ambas manus extensas: digitis nõ disiunctis: ponit super librum euangeliorũ: quem Pontifex ante se apertum tenet, dicẽs.

Sic me de⁹ adiuuet z hec sancta dei euãgelia. Tũ pducto p Põtifice signo crucis sup reconciliatũ: surgit ipse recõciliatus z discedit.

Reconciliatus iurat.

DE ITINERATIONE PRAELATORUM.

Prelatus incipiẽs iter agere: postquã equum ascendit: inchoat hãc orationẽ.

Ordere cum seruis tuis deus: et emittere dignare sanctum angelum tuum de celis: qui famulum tuum Tobiam durit et redurit: vt cum salute z prosperitate nos ducat et reducat: ac prosperum iter faciat: adsit in nobis concomitator iucũdus: vt nullus nobis aduersetur inimicus: et vt procul a nobis sit spirituum malignorum incursus: comes nobis adesse dignetur spiritus almus.

Postea inchoat antiphonam. In viam pacis. Psalmus.



Benedictus dominus Deus Israel: quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: z de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendã misericordiam cum pa-

patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.

In sanctitate et iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris et in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria patri. Sicut erat. Deinde dicit totam antiphonam, et alia sequentia.

In viam pacis et prosperitatis dirigat nos omnipotens: et misericors dominus: et angelus Raphael comitetur nobiscum in via: vt cum pace et salute ac gaudio: reuertamur ad propria.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Saluos fac seruos tuos domine. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte nobis domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere nos. ℣. Esto nobis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Benedictus dominus die quotidie. ℟. Prosperum iter faciat nobis deus salutarium nostrorum. ℣. Uias tuas demonstra nobis domine. ℟. Et semitas tuas edoce nos. ℣. Utinam dirigantur vie nostre. ℟. Ad custodiendas iustificationes tuas. ℣. Erunt praua in directa. ℟. Et aspera in vias planas. ℣. Angelis suis deus mandauit de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui filios israel per maris medium sicco vestigio ire fecisti: quique tribus magis iter ad te stella duce pandisti: tribue nobis, quesumus, iter prosperum: tempusque tranquillum: vt angelo tuo sancto comite: ad eum quo pergimus locum: ac demum ad eterne salutis portum peruenire feliciter valeamus.

Deus, infinite misericordie et maiestatis immense: quem nec spatia locorum nec interualla temporum ab his quos diligis aliqua separatione disiungunt: adesto nobis famulis tuis in te vbique confidentibus: per omnem viam qua ituri sumus: et intercedente beata dei genitrice Maria: et beato Michaele: et beatis Petro et Paulo, Hieronymo, Nicolao, Juliano, Catherina, Lucia Barbara, et omnibus sanctis: dux et comes nobis esse dignare: vt nihil nobis aduersitatis noceat: nihilque difficultatis obsistat: sed cuncta nobis salubria et prospera succedant: sub ope misericordie tue: vt quicquid

iusto petimus desiderio: celeri et prospero consequamur effectu.

Deus, qui Abraham puerum tuum de ur chaldeorum eductum: per omnes sue peregrinationis vias illesum custodisti: quesumus, ut nos famulos tuos custodire digneris: esto nobis domine in procinctu suffragium: in via solatium: in estu umbraculum: et in pluuia et frigore tegumentum: in lassitudine vehiculum: in aduersitate presidium: in lubrico baculus: in naufragio portus: ut te duce: quo tendimus prospere perueniamus: et demum incolumes ad propria redeamus.

Adesto, quesumus domine, supplicationibus nostris: et viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: ut inter omnes vie et vite huius varietates tuo semper protegamur auxilio.

Presta, quesumus omnipotens deus, ut familia tua per viam salutis incedat: et beati Johannis precursoris hortamenta sectando: ad eum quem predixit secura perueniat: dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Tum dicit Pontifex. ℣. Procedamus cum pace. ℟. In nomine domini. Et discedunt.

ORDO AD RECIPIENDUM PROCESSIONALITER PRELATUM VEL LEGATUM.

Cum Prelatus, vel Legatus ciuitatem aliquam, vel oppidum insigne est ingressurus: processio cleri ex more loci ordinata cum cruce procedit illi obuiam extra portam urbis: et cum Legatus siue Prelatus aduenerit: Prelatus eius loci indutus amictu, stola, pluuiali, et mitra pretiosis: siue primam dignitatem habens indutus superpellicio et pluuiali pretioso: offert venienti crucem osculandam: quam Legatus, seu Prelatus ex equo, vel si maluerit descendens in terram super tapete stratum: genuflexus deuote osculatur. Cum si intrans est episcopus vel maior, aut presbyter vel episcopus cardinalis: Cantores incipiunt et prosequuntur antiphonam.

Processio cleri episcopo vel prelato principali loci exit obuiam legato extra portam urbis et legato aduenienti prelatus maior offert crucem ad osculandum.



Sacerdos et Pontifex et virtutum opifex: pastor bone in populo sic placuisti domino. Uel dicatur ℟.

Cantores cantant antiphonam et ℟.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus


diebus su is placuit de o. Ideo iureiurando fe cit illum domi nus crescere in plebem su am. ℟. Benedictionem omnium gentium dedit il li: et testamentum suum confirmauit su per caput e ius. Ideo. Glori a. Ideo.

Si vero legatus recipiendus: fit diaconus cardinalis: cantatur Resp.


Fidelis namque et prudens dispensator in magni patris familias domo constitutus erat. Et conseruis suis mensuram tri ti ci ero ga ret. ℟. Pro salu te et augmento gregis sibi commissi fi: cu ra peruigili so licitus e rat. Et conseruis.

Si autem duo vel plures reciperent legati: etiam si non essent episcopi vel presbyteri cardinales: cantatur ana.


Uos estis ciues sanctorum et do



mestici dei super ędificati sup:a



fundamētum apo stolo:um et



p:ophe ta rum.

In po:ta autem v:bis: consueuē/runt magistratus illius: obuiare legato, vel p:ęlato p:imo intranti: ac illum benigne suscipere, ⁊ asso/ciare, ac baldachinum sup cum de/ferre. Incepta aīa: processio, quę locum habere debet imediate an/te crucem p:ęlati: nisi intersint ca/nonici cathedralis ecclesię: o:dine suo p̄greditur: ⁊ cātantur post di/ctas aīas, seu R̄ia: alia cantica, vel hymni: p:out magis placebit: vsq3 ad ecclesiā maio:em, seu p:incipa/lem loci. Si vero processioni inter sint canonici ecclesię cathedralis: illi soli possunt ire post crucē lega/ti: imediate ante eū. Equitantes vero oēs: equitare debent ante p̄/cessionem. Togati vero: debent le/gatum, seu p:ęlatū sequi. Cū p:ę/latus, seu legatus descēderit, ⁊ in/trat po:tā maio:is seu p:incipalis ecclesię: p:ęlatus ecclesię, seu maio/rē dignitatē habēs: indutus: vt s̄. detecto capite: offert illi asperso/riū cum aqua benedicta: qd̄ p:ęla/tus seu legatus accipiens: aspgit

Legat⁹ on ci⁹ ad ma/ io:ē eccle/ siam.

Offertur legato asp/ soriū aque benedicte

p:imo seipsum: deinde alios. Tum idem p:ęlatus ecclesię, seu p:imam dignitatē habens offert ei nauicu/lam: aliquo alio sacerdote super/pellicio induto thuribulū po:ri/gente, ⁊ legatus seu p:ęlatus ipo/nit incensum: ⁊ statim p̄latus eccle/sie, seu dignitatē habens: incensat ipsum p̄latum seu legatū: stantem detecto capite: mo:e ɔsueto. Dei/de p̄cedunt ad altare maius eccle/sie: ⁊ ibi super faldisto:io ante infi/mū gradū altaris parato: p:ocū/bit ⁊ o:at P:ęlatus, seu Legatus. Interim vero p̄latus ecclesię, seu dignitatem maio:em habēs: stās i co:nu epistolę altaris: versus ad o:antem: detecto capite, dicit. ℣. P:otecto: noster aspice Deus. ℟. Et respice in facie3 ch:isti tui. Cum omnibus sequentibus: si re/ceptus sit P:ęlatus, aut legatus: episcopus vel p:esbyter cardina/lis. Si vero sit diaconus cardina/lis: omisso. ℣. p:ecedente: dicit se/quentes: tantum. ℣. Saluum fac seruum tuum domine. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. versus. Nihil p:oficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non ap/ponat nocere ei. ℣. Domine ex/audi o:ationem meam. ℟. Et cla/mo: meus ad te veniat. versus. Dominus vobiscum. ℟. Et cu3 spiritu tuo. O:emus.

Omnipotens sempiterne de/us, qui facis mirabilia ma/gna solus: p:otende super hūc fa/mulum

Legat⁹ in cēsum po/nit in thu/ribulo ⁊ p̄/latus ma/io: ipsum incensat.

mulum tuum: et cunctas cōgregationes illi cōmissas: spiritum gratię salutaris: et vt in veritate tibi complaceat: perpetuum ei rorem tuę benedictionis infunde. Per christuꝫ dn̄m nostrum. ℟. Amen.

His dictis: cantores cantant aliquam an̄am eis magis placentē: de sancto patrono ecclesię: cū versiculo de eodem sancto. Et cuꝫ dicit versiculus: surgēs prelatus, vel legatus: ascendit ad altare: osculaturq; illud in medio: deinde pcedit ad cornu epistole, vbi stans ad ipsum altare versus: cātat orationē de dicto sancto: deinde ad mediū altaris reuertit: vbi stās dat benedictionē solennem populo, dicēs. Sit nomen dn̄i benedictum, etc. Qua data: facit promulgari per vnum ex suis, siue ex beneficiatis ecclesię indulgentias, quas ipse interessentibus cōcedit: deinde prelatus ecclesię: et alij dimissis paramentis associant illum, vsq; ad diuersorium suum.

Prelati filius ecclesie dimissis paramētis associant eum ad ei⁹ mansionem.

¶ Cū vero nouus Prelatus primo ad ecclesiam suam veniens recipitur: loco orationis predicte. Omnipotēs sempiterne deus etc. dicitur sequens oratio. Oremus.

Deus omnium fidelium pastor et rector: famulum tuum N. quem ecclesię tuę preesse voluisti: propitius respice: da ei, quesumus, verbo et exēplo quibus preest proficere: vt ad vitam vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

ORDO AD VISITANDĀS PAROCHIAS

Pontifex visitaturus diocesim et parochias suas: cū ad ciuitatem, seu oppida sue diocesis peruenerit: recipitur processionaliter eo ordine: prout supra in receptione prelati, seu legati dictū est. Hoc solo dempto q loco orationis. Omnipotēs sempiterne Deus: qui facis mirabilia magna, etc. seu Deus omnium, etc. ipso Prelato ante altare in faldistorio genua flectente: dicitur sequens oratio. Oremus.

Prelatus procedens ad visitandas parochias recipitur processionaliter ab illis de parochia, et oi super eū ante altare super faldistorio genuflexo oro. Deus humilium.

Deus humilium visitator, qui eos paterna dilectione cōsolaris: pretēde societati nostrę gratiam tuā: vt per eos in quibus habitas: tuum in nobis sentiamus aduentum. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amē. Qua finita Pōtifex surgēs ascēdit ad altare mai⁹: osculaturq; illud i medio et ibidē populo solēniter bn̄dicit

Pontifex surgit et osculat altare, et ibi i ei⁹ medio solenniter benedicit populo.



Deinde versus ad populū sedens ibidem in aliqua sede, seu faldistorio: proponit populo causas aduentus sui: quia sacri canones et ecclesiasticus ordo: hoc fieri precipiunt propter multa.

Prelatus visitator vertit se ad populū et notificat causas sui aduētus.

¶ Primo ad absoluendas animas defunctorum.

¶ Secũdo, vt sciat ⁊ videat qualiter ecclesia ipsa spiritualiter et tẽporaliter guberne͂t. Quomodo se habeat in ornamẽtis. Qualiter ibi ecclesiastica sacramenta ministrãtur: ⁊ diuina officia peragunt. Quale seruitium ibi impenditur. Qualis sit vita ministrorum ⁊ populi: vt ex officio inquisitionis sue ꝑ eum siqua in premissis corrigenda fuerint: corrigãtur et emẽdentur. Et p̃cipit fieri libros et alia necessaria ecclesiastica ornamenta.

¶ Tertio: ad adulteria, fornicationes, fortilegia, diuinationes, et similia publica in populo puniendã: ad qđ interdũ non sufficiunt ecclesiarũ rectores. Ostendẽs diligenter populo: q̃ damnabilia et detestanda sunt crimina ipsa.

¶ Quarto propter casus: qui de iure vel cõsuetudine ad episcopũ dũtaxat pertinere noscuntur, qui in constitutionibus synodalibus ꝯtinentur: in quibus nullus alius se intromittere potest. Protestãs plebi: q̄ siquis vel siqua in aliquo ipsorum casuum, vel in quocunq̄ alio: consilio eius indiguerit, paratus sit benigne audire: et consilium, et absolutionem impendere: ac penitentiam misericorditer iniungere salutarem.

¶ Quinto: ad exhibendũ sacramentũ confirmationis, qđ nullus aliꝰ nisi solus eṗs ex diuina ⁊ apostolica institutione dare potest.

¶ Sexto inducit diligẽter populum ad penitentiam: et instruit in ecclesiasticis sacramentis, ⁊ in articulis fidei, ⁊ qualiter debent declinare a malo ⁊ facere bonũ. Fugere vitia, ⁊ sectari virtutes. Alteri nõ facere, quod sibi fieri nolũt. His expletis: fit populo confessio ⁊ absolutio generalis, ⁊ indulgentia [illegible]tur per Pontificem: prout infra in missa pontificali post euãgeliũ ponetur. Post hec Pontifex deposita cappa: induitur amictu, stola, pluuiali violacei vel nigri coloris, ⁊ mitra simplici: ⁊ stãs cum mitra iuxta altare: versus ad populum: incipit Antiphonam.

Datur indulgentia p pontificẽ.

Si iniquitates. Deinde cũ ministris seu capellanis suis dicit ps.

Pontifex paratur ⁊ incipit an. Si iniquitates. ⁊ ps. De profundis.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meã.

Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legẽ tuã sustinui te dñe.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit aĩa mea in domino.

A custodia matutina vsq̄ ad noctem: speret israel in domino.

Quia apud dñm misericordia: ⁊ copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet israel: ex omnibꝰ iniquitatibus eius.

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis.

Repetit ãn.

Tum dicit totam Antiphonam.

Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?

Qua dicta deposita mitra, dicit.

Kyrie

Epus deposita mitra dicit Kyrie el. et pater nr et cū aspersorio aspergit ter ante se et thurificat paius incēso bñdicto, et dicto Sed libera. dicit ℣. et orationem sequentem.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. quod secrete complet. Et interim accepto aspersorio cū aqua benedicta: tertio aspergit ante se: deinde imposito incenso in thuribulo: et illo benedicto: eodem modo incensat. Quo facto pronuntiat. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. In memoria eterna erunt iusti. ℟. Ab auditione mala nō timebunt. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Requiem eternā dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Deus, q inter apostolicos sacerdotes famulos tuos Pōtificali fecisti dignitate vigere: presta, quesumus: vt eorū quoq; perpetuo aggregētur cōsortio. Per Christum dñm nostrū. ℟. Amē. Deinde aqua benedicta: thurifèrario: duobus ceroferarijs, Cruce: et clero precedentibus et cantantibus Responsorium.

Qui Lazarum resuscitasti a monumēto fetidum, Tu eis domine dona requiē et locū indulgētie. ℣. Qui vēturus es iudicare viuos et mortuos et seculū p ignē. Tu eis. Pontifex cum mitra erit ad cemeterium. Interim dicens cum ministris suis añam. Si iniquitates ps. De profundis. vsq; ad finē cū Requiem eternam. et antiphona

Repetit aña.

Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?

Quibus omnibus dictis: cū fuerint in medio cemeterij firmant se suo ordine: et chorus cātat Rium.

Cum fuerint in medio cemeterij chorus cantat ℟. Libera me etc.

Libera me domine de morte eterna: in die illa tremenda: quando celi mouēdi sunt et terra. Dum veneris iudicare seculū per ignem. ℣. Tremens factus sum ego, et timeo: dum discussio venerit atq; ventura ira. Quando etc. versus. Dies illa dies ire: calamitatis et miserie: dies magna et amara valde. Dum veneris iudicare etc. ℣. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Tum repetitur Responsorium. Libera. vsq; ad primum versuz. Interim dum responsoriū repetitur: offertur per digniorē ecclesie: nauicella et per alium ex ministris thuribulum Pontifici: qui imponit incensum more consueto. Responsorio repetito, Chorus cātat.

Repetitur ℟.

Benedicitur incensum et ponit in thuribulo. Finito ℟io. chorus cantat. kyrie eleison.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Mox Pōtifex mitra deposita cōuenienti voce dicit. Pater noster. Deinde aspergit et incensat: prout fecit in ecclesia. Quo facto dicit. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. In memoria eterna erit iustus. ℟. Ab auditione mala non timebit. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Requiem eternā. Resp. Et lux perpetua. ℣. Dñe exaudi orationē meā. Resp. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Pontifex mitra deposita dicit pr noster: et aspergit ante se et thurificat ter et dic. Et ne nos etc. et orationes sequētes.

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta, quesumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Alia oratio.

Deus venie largitor et humane salutis amator: quesumus clementiam tuam, vt nostre congregationis fratres: propinquos et benefactores: qui ex hoc seculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente: cum omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Alia oratio.

Deus, cuius miseratione animę fidelium requiescunt: famulis et famulabus tuis omnibus: hic et vbique in Christo quiescentibus: da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti: tecum sine fine letentur: Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Requiem ęternam dona eis domine. ℟. Et lux per. Cum duo cantores dicunt. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. Et mox Pontifex eleuata dextera: producit signum crucis ab omni parte super cemeterium. Tum accepta mitra per Pontificem: reuertuntur omnes ad ecclesiam ordine quo venerunt: choro dicente congruenti voce sine nota totum psalmum.

Reuertuntur ad ecclesiam ordine quo venerunt et dicunt psalmum Miserere fol. 54.

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. cum. ℣. Requiem ęternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. Quem etiam Pontifex ipse, dicit voce demissa: cum ministris, seu capellanis suis: quibus dictis: et Pontifice ad chorum ante maius altare peruento.

Pontifex deposita mitra: stans ibidem in medio: versus ad altare dicit. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos indu. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Venientes ad maius altare statim Pontifex dicit Kyrie eleison.

Absolue, quesumus domine, animas famulorum famularumque tuarum: ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria: inter sanctos et electos tuos resuscitati respirent. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. His peractis: depositis stola et pluuiali nigris, seu violaceis: et assumptis albis: poterit Pontifex confirmare pueros: premissa monitione: et aliis seruatis: prout supra in principio de chrismandis in fronte: dictum est. Aut si placeat: poterit Pontifex illud pro alia hora vel die reseruare: et successiue alia facit: que supra proposuit se facturum. Expedita itaque confirmatione: et benedictis ornamentis si qua benedicenda sunt: depositisque indumentis ecclesiasticis: confessiones: et deinde querelas: si que sunt: audit. Tum de conuersatione cleri et populi: ac qualiter spiritualia et temporalia in ipsa ecclesia ministrantur: et de libris ac ornamentis diligenter de plano inquirit.

Pontifex tunc poterit confirmare pueros.

Pontifex debet inquirere de conuersatione cleri et populi et de aliis.

¶ Peracta demum visitatione illius loci: et omnibus expeditis: cum discedere voluerit Pontifex: in suo habitu communi accedit ad ecclesiam: et

⁊ stans ante altare in cornu eplē: versus ad illud, dicit psalmum.

Recessurus pontifex accedit ad altare in habitu cōmuni ⁊ stans ad cornu eplē orat p defunctis.

De profundis. totū cū. Requiē eternam: ⁊ aña. Si iniquitates. Deinde dicit. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a ma. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū spū. Oremus.

Deus, cuius miseratione anime fidelium requiescunt: famulis ⁊ famulabus tuis omnibus hic ⁊ vbiq̃ in Christo quiescentibus: da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine letentur. Per Christum dñm nostrū. ℟. Amē. Post hec discedit quo voluerit.

ORDO AD RECIPIENDUM processionaliter Imperatorem.

Venienti imperatori cler⁹ vrbis illi obuiam exit pcessionaliter vt dictuz est de legato.

Quando Imperator venit ad aliquam vrbē, vel opidū insigne: clerus vrbis obuiam venit ei processionaliter: vt dictū est superius de receptione prelati, vel legati: tamen extra portā aliquantulū magis remote: q̃ prelato ⁊ legato fieri solet. Imperator ex equo vel (qđ magis cōuenit) descendens in terra: super tapetem stratū genuflexus: osculatur ibidē crucem. ⁊ sub baldachino ducit vsq̃ ad ecclesiā: processio precedit immediate Imperatorē: ⁊ is qui gladium Imperatori prefert: equitat immediate post prelatum pcessionis. Si vero legatus apostolicus Imperatorē reciperet: aut cum eo vrbē intraret: vel alias secum iret: vel equitaret: ille qui gladium Imperatori prefert: ⁊ alius crucē legati portans: simul ire debent. Crux legati: qa debetur ei latria: erit a dextris, ⁊ gladi⁹ Imperatoris a sinistris. Interim dū pcedūt ad ecclesiā: cantat aña.

Imperator in porta ciuitatis de equo descendens osculatur crucem et sub baldachino ducitur ad ecclesiam.





Ecce mitto angelū me um qui



preparabit viā tuā ante faciē tuā.

Et post añam predictā: cantātur hymni: vel alia cātica deuota: put magis placebit: Cū Imperator descēderit ⁊ intrat ecclesiā: platus ecclesie accepto aspersorio: aspgit eū: deinde alios in genere: ⁊ procedunt vsq̃ ad altare maius: coram quo Imperator genuflectit super faldistorio ibidē sibi parato. Prelat⁹ vero ecclesie: ascēdit ad cornu epistole altaris: vbi stās versus ad orantē

ozantem: detecto capite, dicit: ℣.

Prelatus maior silēs in cornu epistole dicit ℣. & orationes sequentes stās cōuersus ad eū.

O eus iudicium tuū regi da. ℟. Et iustitiam tuam filio regis. ℣. Saluum fac N. Imperatorē nostrum dñe. ℟. Deus me⁹ sperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliū de sancto. ℟. Et de sion tuere eū. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundātia in turribus tuis. ℣. Dñe exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Deus, in cuius manu sunt corda regū: inclina ad preces humilitatis nrę aures misericordię tuę: & Imperatori nro famulo tuo N. regimen tuę sapientię appone: vt haustis de tuo fonte cōsilijs: & tibi placeat: & sup oīa regna precellat.

Pretende dñe, quęsumus famulo tuo N. Imperatori nostro dexteram cęlestis auxilij: vt te toto corde perquirat: & quę digne postulat: assequi mereatur. Per Christum dñm nostrū. ℟. Amē.

Si platus sit epus solēniter benedicit populo.

Deinde si prelatus sit episcopus, vel maior: stans ante altare: benedicit solenniter populo dicens.

Sit nomen dñi benedictum &c.

Intellige si nō sit psens legatus: q̄r benedicet legatus, si sit presens ibi. Qua benedictione data: depositis sacris vestib⁹: associat Imperatorem vsq; ad eius hospitiū. Si autē platus ipse nō sit epus vel maior: finitis orationib⁹ predictis: depositis vestibus sacris: associat vt s̄.

Data benedictione depositis sacris vestib⁹ ipsum ad hospitiū associant.

ORDO AD RECIPIENdum processionaliter Regem.

Quando Rex: ad aliquam vrbē: aut oppidū insigne venit, Clerus pcessionaliter obuiā vadat ei extra portam: vbi Rex ex equo: vel (qđ magis cōuenit) descēdēs: in terra sup tapetem stratū genuflexus: osculat crucem: quę per prelatū sibi porrigitur. Deinde sub baldachino ducitur vsq; ad ecclesiam ordine supradicto. Interim cantat ℟ium.

In introitu Regis seruās quę supra de imperatore dicta sūt.





Deinde cātant hymni:vel alia cātica magis placētia. Cū rex ecclesiā intrat, prelatus accepto aspsorio aspergit eū: deinde alios in genere,⁊ pcedūt vsq3 ad altare maius: corā quo rex genuflectit sup faldistorio ibidem parato:et orat. Prelatus vero ascendit ad cornu epistole altaris:vbi stās versus ad orantem:detecto capite, dicit. ℣. Deus iudiciū tuum regi da. ℟. Et iustitiam tuam filio regis. ℣. Saluum fac regē nostrū dñe. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus,cui omnis potestas, et dignitas famulatur:da huic famulo tuo regi nostro N. prosperum sue dignitatis effectū: in qua te semper timeat:tibique iugiter placere contendat. Per Christū dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde prelatus si fit episcopus vel maior:accedit ad medium altaris:⁊ ibi populo solēniter bñdicit. Tum sacris dimissis vestibus: regem vsq3 ad hospitiū comitatur.

ORDO AD RECIPIENdum processionaliter Principem.

Quando Princeps:ad aliquam vrbem aut insigne oppidū venit:clerus processionaliter ei obuiā venit extra portam. Ubi Princeps ex equo: vel qd magis cōuenit descēdens: in terra sup tapetē stratū genuflexus:osculat crucē:que per prelatū sibi porrigitur. Deinde sub baldachino ducit vsq3 ad ecclesiā ordine supradicto. Interim cantatur. ℟.

Princeps eodē ritu ducit quo rex ⁊c.





um. Manº. Gloria. Manus.
Deinde cantātur hymni: vel alia cantica magis placētia. Cū Princeps ecclesiā intrat: Prelatus accepto aspersorio aspergit eū: et inde alios in genere: et procedunt: vsq3 ad altare maius: corā quo Princeps genuflectit super faldistorio ibidem sibi parato: et orat. Prelatus vero ascendit ad cornu epistole altaris vbi stās versus ad orantem: detecto capite, dicit. ℣. Saluum fac Principē nostrum dñe. ℟. Deus meº sperantē in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundātia in turribus tuis. ℣. Dñe exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Deus, cui omnis potestas et dignitas famulatur: da huic famulo tuo Principi nostro N. prosperū sue dignitatis effectum: in qua te semper timeat: tibiq3 iugiter placere cōtendat. Per Christum dominum nostrū. ℟. Amē.

Deinde prelatus (si sit episcopus vel maior) accedit ad medium altaris: et ibi populo solenniter benedicit. Cum sacris dimissis vestibus: Principem vsq3 ad hospitium comitatur.

ORDO AD RECIPIENdum processionaliter Imperatricem, vel Reginam.

Quando Imperatrix, vel Regina ad aliqua vrbē, aut īsigne oppidū venit, Clerus pcessionalr obuiā venit ei extra portā. Imperatrix vel regina ex equo: vel qd̄ magis cōuenit descēdēs: in terra sup tapetē stratum genuflexa: osculat crucem: que per prelatū sibi porrigitur. Deinde sub baldachino ducitur vsq3 ad ecclesiam: ordine consueto. Interim cantātur Rium.

Ordo idē qui supra seruatur.






Ista est speciosa inter fi lias



Jerusalem. Sicut vi di stis



eam plenam cha ritate et



dilecti one in cubili bus et

in



Sicut. Gloꝛia. Sicut

Deĩnde cantantur hymni vel aliã cãtica magis placẽtia. Cũ Impatrix vel regina ecclesiã itrat, Pꝛęlatus accepto aspsoꝛio aspgit eã: deinde alios in genere: ꝛ procedũt vsq; ad altare maius: coꝛam quo Impatrix vel regina genuflectit sup faldistoꝛio ibidem sibi parato ꝛ oꝛat. Pꝛęlatus vero ascendit ad coꝛnu epistolę altaris: vbi stãs ver sus ad oꝛantẽ: detecto capite: dicit.

℣. Saluam fac ancillam tuã dñe. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eam. ℣. Nihil pꝛoficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Domine exaudi oꝛationẽ meam. ℟. Et clamoꝛ meus ad te ve. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oꝛemus.

Deus, cuius pꝛouidẽtia in sui dispositione nõ fallitur: ineffabilem clementiam tuã supplices exoꝛamus: vt sicut Esther reginã israelitice plebis: causa salutis ad regis assueri thalamũ: regniq; sui cõsoꝛtium trãsire fecisti: Ita hanc famulam tuã: chꝛistianę plebis salutis gratia: ad gratiã tuã transire facias: vt tibi sup omnia iugiter placere desideret: et te inspirante: quę tibi placita sunt: toto coꝛde perficiat: et dextera tuę potentię illam semp hic ꝛ vbiq; circundet. Per Chꝛistũ dñm nrm. ℟. Amẽ. *Esther. 4*

Deinde pꝛęlatus: si sit episcopus vel maioꝛ: accedit ad medium altaris: ꝛ ibi solenniter populo benedicit. Cum sacris dimissis vestibus: Imperatricem vel Reginaʒ vsq; ad hospitium comitatur.

ORDO AD RECIPIENdum pꝛocessionaliter Pꝛincipissam.

Principissa recipitur pꝛocessionaliter eo modo ꝛ oꝛdine: pꝛut supꝛa de Impatrice vel regia dictũ ẽ: hoc solo excepto, ꝙ loco oꝛonis. Deus, cui⁹ pꝛui. ꝛc̃. dr̃ hęc sequẽs.

Quęsumus omnipotẽs deus: vt hanc famulã tuam vbiq; sapientia tua doceat atq; confoꝛtet: ꝛ eam ecclesia tua fidelem semper agnoscat. Per Chꝛistum dominum nostrum. ℟. Amen.

DE

DE VESPERIS PONTIficalibus: Pontifice in Crastinum celebraturo.

Pontifex in crastinum solenniter in sua ecclesia celebraturus: die precedēti hora vesperarū cōsueta: indutus cappa pontificali: venit ad ecclesiā: et facta oratione sup faldistorio ante mediū altaris posito: ascendit sedem eminētem: in qua sedet. Adsint ibi canonici ecclesie: qui oēs pluuialibus induunt. Archidiaconus autē et alius diaconus canonicus si aderit: alioquin vltimus presbyter canonicus: qui a lateribus Pōtifici assistant: dalmaticis induuntur. Archidiaconus qui a dextris est: semper imponit birretum et mitram: qui vero a sinistris est semper deponit mitrā: et archidiaconus deponit birretū: et cū eo capillos cōplanat. Prior vero canonicorum pluuiali indutus: de libro seruit: ostendēs ei que est dicturus. Adsint etiam aliqui presbyteri cum pluuialibus: quorum vnus seruiat de baculo pastorali: alius autē sustentet librum sup caput: quādo Pōtifex aliquid ex libro dicturus est: et alius seruiat de candela: et duo alij superpelliceis tantū induti sint: quorū vnus tobaleam sericam ad collum habēs de mitra seruit: alter videlicet qui in crastinū cātaturus est epistolā: preintonat aīas et hymnum tempore opportuno: ante Pōtificem et alios ordine suo. His sic paratis: surgit Pōtifex: et deposita per cruciferos sibi cappa: seu mantello magno: si sit religiosus ex mendicantibus: induitur per archidiaconum et aliū ex canonicis: paramentis suis: sup altare ante Pontificis aduentū per sacristā preparatis: videlicet. Amictu, alba, cingulo, cruce pectorali, stola q̄ a collo dependeat, et pluuiali, ac pectorali: quod in cōiunctura pluuiali ante pectus sibi imponitur. Deinde sedens accipit mitrā et anulum Pontificalē: que omnia per capellanos ordine suo cū debitis reuerentijs ad Pontificē portantur: et sic paratus aliquantulū quiescit.

Si vero Pōtifex in aliena ecclesia sit solēniter celebraturus: faldistoriū nō longe a cornu sinistro altaris: vz. epistole: put in missa fieri solet sibi paretur: ac oīa paramēta predicta supra mediū altaris ordinentur: quibus Pontifex ipse ante dictū faldistoriū induit. Adsint ad minus sex capellani cū superpelliceis: q in oibus: vt supra dictū est: inseruiant Pontifici: qui indutus predictis paramētis Pontificalibus: sedet versus ad populum: et aliquantulū quiescit: tum deposita sibi mitra surgit: et stās versa facie ad altare: competēti voce dicit. Pater noster quod secreto complet: quo finito: stans eodem modo: signans se more solito: cantat.



Deus in adiutoriū meū intende.

Respondet chorus. Domine ad adiuuandum me festina. Continuans. ℣. Gloria patri et filio etc. Que cū chorus ipse cantat: Pontifex inclinat caput omnipotenti deo: usque ad versum. Sicut erat. Quo finito: preintonatur Pontifici aña per subdiaconum, vel cui incumbit tale officiū: et statim accedunt duo capellani: qui de libro et candela seruiunt: et assistens, qui ostēdit que dicturus est. Cū Pontifex modesta voce intonat añam: quā chorus prosequitur. Tunc auferť liber: et finita a choro añ. cū incipit psalmus sedet Pontifex: imponitur ei mitra: et pariter ministri oēs sedent: quousque incipiatur capitulum. Quando autē in psalmis dicitur. Gloria patri. Pontifex cū mitra caput oipotēti deo iclinat: usque ad Sicut erat. Cum incipit capitulum: quod cantari debet: et s̄m consuetudinem Romane ecclesie: per subdiaconum: cui etiam incumbit preintonare añas. Pontifex surgit cū mitra: stans in sede sua versus ad altare: finito capitulo preintonatur ei hymnus: tunc extracta mitra: incipit hymnum: quem chorus prosequitur: et Pontifex stans sine mitra: permanet usque ad finē hymni. Si vero fuerit hymnus. Aue maris stella siue Veni creator spiritus. Pontifex illū quidē intonat: stās in sede sua sine mitra: deinde accepta mitra vadit ante mediū altaris: et in parato faldistorio: sine mitra genuflectit: neque prius chorus hymnū prosequitur q̄ Pontifex sit genuflexus. Finito primo versu surgit pōtifex: et accepta mitra redit ad locū suū: et ibi rursus deposita sibi mitra: stat sine ea usque ad cantatum versiculū cū. ℟: post hymnū: tunc preintonatur ei aña ad Magnificat. quā Pontifex librū ante se habēs: stās sine mitra intonat: et chorus prosequitur. Interim Pōtifex sedet: accipit mitrā: offertur ei thuribulū per thuriferariū: qui sinistra manu thuribulū: et dextra naviculā cū incēso et cochleari defert: ac naviculā assistenti offert: Deinde ipse thuriferarius per catenulas: superiorē partē thuribuli dextra manu eleuās: et superiore parte illius catenule sup brachiū sinistrum posita: per alias catenulas inter aperturā: eadē manu tenens thuribulū: et sinistra anulū catenularū: genuflexus offert illud Pōtifici: Assistēs vero stās ad dextrā pōtificis: capite inclinatus: offert ei naviculā: prius osculādo cochlear dicēs. Benedicite pater reuerende. Pōtifex accipiēs coclear ex navicula: īponit incēsū in ignē thuribuli: ter. Interī dicēs. Ab illo benedicaris: in cuius honore cremaberis. In noie pa✠tris: et fi✠lii: et spūs ✠ scti. Reponit coclear in naviculam et assistēs Pōtificis manū osculatur: et statim sup incēsum thuribulo impositū signū crucis producit. Assistens tūc naviculā thuriferario restituit: et surgens claudit thuribulum: et vadit ad cornu epl'e altaris. Cū incipit a choro. Magnificat. sur-

Qualiter se habere debet pōtifex dū incipit hymnus Aue maris stella, et Veni creator spiritus.

Pontifex sedēs cum mitra incensatus benedictum ponit in thuribulo.

Benedictio incensi.

Qualiter pōtifex incensat altare dū Magnificat.

ſurgit Pontifex cũ mitra: ⁊ vadit ad altare, ante cuius infimum gradum deponitur ei mitra: qua ſibi depoſita: Põtifex facit reuerẽtiã altari. Deinde aſcendit ad mediũ altaris: vbi de manu aſſiſtentis accipit thuribulũ: qđ ille a thuriferario acceperat: hoc modo. Thuriferarius anulos catenularũ, quos in ſiniſtra habet: in dextra aſſiſtentis: ⁊ catenulas quas in dextra habet: in ſiniſtra aſſiſtẽtis ponit, qui aſſiſtens anulos catenularũ quos in dextra habet: in ſiniſtrã Pontificis: ⁊ catenulas quas in ſiniſtra habet: in dextram manum Pontificis ponit. Pontifex accepto ſic thuribulo: ⁊ archidiacono a dextris: ⁊ alio a ſiniſtris aſſiſtentibus: pluuialis fimbrias a latere Pontificis eleuantibus: incenſat altare hoc modo. Primum facit cruci vel imagini in medio altaris poſite reuerentiã: deinde ipſam crucẽ: aut imaginẽ incenſat: ter illi thuribulũ ducens: tũ proximiorẽ imaginẽ vel reliquias a dextris illius medie poſitas incẽſat: bis illis ducens thuribulum, ⁊ facta cruci vel imagini in medio poſite reuerentia: eodẽmodo incẽſat imaginem vel reliquias ad ſiniſtrã medie poſitas. Tum pſequit ad cornu eple reliquias ſeu imagines ſup ipſum altare v̈ſus cornu epiſtole poſitas incẽſando: ter tantũ ducẽs thuribulũ p totã illius altaris partẽ: deinde manus inclinãs: incẽſat poſterius cornu epiſtole: bis ibidẽ thuribulum ducẽs. Tum eleuãs thuribulũ: reuertit verſus cornu euãgelij: icẽſando ɔtinue ſupiorẽ partem altaris vſq; ad medium: vbi facta iterum cruci vel imagini in medio poſite reuerentia: incenſat reliquias, ſeu imagines ſuper altare verſus cornu euangelij poſitas: eodẽ modo: ter ducens thuribulum: deinde etiã manus iclinãs: poſterius cornu euangelij bis idẽ thuribulum ducens incẽſat. Rurſus manus eleuans: reuertitur ad cornu epiſtole: anteriorem partẽ altaris incenſando: ⁊ pertrãſeundo crucẽ ſeu imaginem in medio poſitã: illi reuerentiam facit. Cũ fuerit ĩ cornu epiſtole: reddit thuribulũ aſſiſtẽti. Et reaſſumpta mitra redit ad mediũ altaris: vbi facta illi reuerẽtia cũ mitra: reuertitur ad ſedẽ ſuã: in qua Pontifex ſtans cum mitra: ab aſſiſtente predicto: ter ei thuribulũ ducente: incẽſatur. Deinde amouetur mitra Pontifici, qui ſtat ſine ea vſq; ad finem cantici. Interim a dicto aſſiſtente incenſantur oẽs prelati ⁊ canonici: ac alij de gremio Eccleſie exiſtentes. Incipiẽdo ab his qui Põtifici aſſiſtunt: niſi alius Pontifex vel illuſtris dñs officio intereſſet: qui prior poſt celebrantẽ eſſet incenſandus. Cũ añã a choro replicat: ſedet Põtifex ⁊ capit mitrã. Finita añ. depoſita mitra ſurgit: ⁊ ad altare ſe cõuertit: ac duo ceroferarij cũ luminaribus hinc et inde: ante eius faciẽ cõgruẽti ſpacio locãtur: Tũ accedit ad Pontificem capellanus cũ libro pro oratione

tione dicenda: et alius cum candela: et Pontifex sic ad altare versus iunctis et eleuatis manibus ante pectus dicit. Dominus vobiscū. deinde. Oremus. et orationé opportunam: et replicato per eū post orationé. Dominus vobiscum. Capellani et ceroferarij: facta Pontifici reuerentia: ad loca sua redeunt. Dicto a duobus cantoribus. Benedicamus dño. chorus rñdet. Deo grās. Pontifex accipit mitrā: et eo dicto: stās in sede sua: si ibidem a pplo cōmode videri possit. Sin aūt accepto baculo pastorali i sinistrā: ascēdit ad mediū altaris: et populo solénniter bñdicit: dicēs. Sit nomen dñi benedictum etc. Et non dantūr indulgentię: sed benedictione data: Pontifex retento in sinistra baculo pastorali: reuertitur ad locū vbi paramenta acceperat: restituit baculū pastoralem capellano de eo seruiēti.

Epus pplo bñdicit.

Notandū. ¶ Si vero Pontifex vtitur cruce: illā ante se habens: sine mitra dat benedictioné: qua data accipiens mitram: descēdit ad faldistorium: super quo orat: tūm vadit ad deponendū paraméta ad locum vbi illa acceperat: et exuit se: accipitq; cappam (seu mantellū magnum: si Pontifex est religiosus ex mendicantibus tantum) et vadit in pace.

¶ Si anté Pontifex celebraturus nō fuerit in sua ecclesia: ad faldistorium vbi paraméta acceperat: illa deponit: et vt supra: vadit in pace.

¶ De his quę Pontifex debet cantare in vesperis solennibus.

DE VESPE. SOLENNIBVS.

In vigilia natiui. dñi ad vesp. aña.



Rex pa cifi cus. Hymnus.



Xpe redēptor oium. Ad mag. añ.



Dum ortus fuerit. Oratio.

Concede, quęsumus omnipotens deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet: Per eundem.

In die natalis dñi ad vespas aña.



Tecū principi um. Hy' vts. Ad mag. añ.



In vigilia octauarum natiuitatis dñi aña.

Hodie Christus.



Hymn' vts. Ad magt. añ.

O admirabile.



Propter nimiam. Oratio.

Deus, qui salutis ęternę beatę Marię virginitate fecūda humano generi pręmia pręstitisti: tribue, quęsumus, vt ipsam pro no-

bis intercedere sentiamus: p quã meruimus auctorem vitę suscipere: dñm nostrũ Jesum christum filium tuum. Qui tecum. In die ad scdas vespe. ad Magnificat. añã.



Reliqua oia vts. in pmis vesperis.

Ma gnum.

In vigilia Epiphanię dñi. añã.



Ante luci ferũ genit⁹. Hymn⁹.



Hostis herodes ipie. ad mag. añ.



Magi videntes. Oratio.

Deus, qui hodierna die vnigenitũ tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propitius: vt qui iam te ex fide cognouimus: vsq ad contemplandam speciem tuę celsitudinis pducamur. Per eundem. In die ad Magñat. añã.



Reliqua oia vts. i vigilia.

Trib⁹ mira culis.

Sabbatho sancto cõpleta, epła põtifex intonat. Et ter decantet illud semper exaltando vocem.



Alle lu iah.

Ad Magnificat. Antiphona.



Vespere autem. Oratio.

Spiritũ nobis dñe tuę charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua faciãs pietate concordes. Per dñm nřm iesum chrm filiũ tuũ: Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spũs sancti deus. ¶ In festo resurrectionis dñi. Ad vesper. añ.



Angelus autem. Ad magn. añ.



Et respi ci entes. Oratio.

Deus, q hodierna die per vnigenitũ tuum ęternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nřa q̃ pueniẽdo aspiras: etiã adiuuãdo psequere: Per eũdem. In vigil. ascẽsiõis dñi. ad vesp. añ.



Viri galilę i. Hymnus.



Jesu nřa redẽptio. Ad mag. añ.




Pater. Oratio.

Con

Concede,q̃s oĩpotẽs deus,vt q hodierna die vnigenitum tuũ redẽptorẽ nr̃m ad celos ascendisse credim⁹: ipsi quoq; mente in celestibus habitemus. Per eũdẽ.

In die ascensionis dñi. Ad vesperas. Ad Magnificat antiphona.



O rex glo ri e.

Reliqua omnia vt in vigilia.

In vigilia pẽtecostes. ad vesp. añ.



Dũ complerentur. Hymn⁹.



Veni creator spũs. Ad mag. añ.



Non vos relinquam. Oratio.

Deus,q hodierna die corda fidelium sancti spũs illustratione docuisti: da nobis in eodem spũ recta sapere: et de eius semp cõsolatione gaudere. Per dñm nostrum Jesum christum filium tuum: qui tecũ viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

In die scto Pẽtec. Ad Mag. aña.



Hodie completi sunt.

Reliqua omnia: vt in vigilia.

In vigil. festi corpis christi. ad vs añ.



Sacerdos in eternum. Hymn⁹.




Pange lingua gloriosi.

Ad Magnificat. Antiphona.



O quam sua uis. Oro.

Deus,q nobis sub sacramẽto mirabili passionis tue memoriã reliquisti: tribue q̃s: ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructũ in nobis iugiter sentiam⁹. Qui vi. In scdis vesp. ad mag. añ.



O sa crux. Reliq̃ oia vt i.j. vesp.

In vigilia Purificationis beate Marie. Ad vesperas. antiphona.



O admirabile. Hymnus.



Aue maris stellla. Ad Mag. añ.



Senex puerum. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus

maiestaté tuá supplices exoram⁹: vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cũ nrę carnis substátia in templo est p̃sentatus:ita nos facias purificatis tibi mẽtibus p̃sentari:Per eũdé. Ad scdas vesp. Añ.



Simeon iustus. Ad Mag. Añ.



Hodie be ata virgo Maria.
Reliqua oia vt i primis vesperis.
In annuntiatione beatę Marię.
Ad primas vesperas. Antiphóa.




Missus est. Hymnus.
Aue maris stella. vt in purificatione. Ad Magnificat. Aña.



Spiritus sanctus. Oratio.
Deus,q de btẽ Marię vgĩnis vtero verbũ tuũ angelo nũtiáte carné suscipere voluisti:p̃sta supplicibus tuis:vt q vere eá genitricé dei credim⁹:ei⁹apud te intercessionib⁹adiuuemur. Per eũdé. Ad scdas vesp. Ad Mag. Aña.



Gabriel angelus. Reliq̃ oia vt s.
In vigilia natiuitatis Johannis Baptistę. Ad vesperas. Aña.




Ipse pręibit. Hymnus.




Ut queãt laxis resonare fibris.

Ad mag.


Aña. Ingresso zacharia. Oro.
Deus,q p̃senté diẽ honorabilẽ nobis in bti Johãnis natiuitate fecisti:da populis tuis spiritualiũ grãm gaudiorũ:7 oium fideliũ mẽtes dirige in viá salutis ęternę. Per dñm. Ad scdas vespe. Añ.




Elisabet Zacharię. Ad mag. añ.




Puer qui natus est. Reliqua omnia vt supra in primis vesperis.
In festo aplorũ petri 7 pau. ad vs.



Añ. Petrus 7 Johannes. Hym.



Aurea luce 7 decore roseo.

Ad mag.
Aña.


Tu es pastor ouiũ. Oro.
Deus,

DEus, q̄ hodiernā diē aplorū tuorū Petri ⁊ Pauli martyrio ɔsecrasti: da ecclesię tuę eor͂ in oībus sequi pręceptū: p quos religionis sumpsit exordiū. Per do.
In secundis vesperis antiphona.



Iurauit dñs. hy⁹ vtš. ad mag. aň.



Hodie Simon petr⁹. Oro vtš.
In vigilia assumptionis beatę marię virginis in vesper. antiphona.



Assumpta est Maria. Hymnus. Aue maris stella. vtš. in purificatione. Ad magnificat antiphona.




Virgo prudentissima. Oratio.
Famulor͂ tuorũ, q̄s dñe, delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nr̄is nō valemus: genitricis filij tui dñi nr̄i iesu chr̄i intercessione saluemur. Per eūdē.
Ad scdas vespas. Ad Mag. Aña.



Reliqua oia vts in pmis vš.
Hodie Ma ria vgo.

In vigilia natiuitatis btē marię.



Ad vš. aň. Natiuitas gloriosę.

Hymnus. Aue maris stella. vt in purificatione eiusdē. Ad mag. aň.



Glorio sę. Oratio.
Famulis tuis, quęsumus domine, cęlestis gratię mun⁹ impertire: vt quibus beatę virginis partus extitit salutis exordiū: natiuitatis eius votiua solennitas: pacis tribuat incrementum. Per dominum nostrum. Ad secūdas vesperas. Ad Magnificat. Aña.



Nati uitas tua. Reliq oia vtš.
In festo sancti Michaelis archangeli. Ad primas vesperas. Aña.



Stetit angelus. Hymnus.



Tibi chriſte splendor patris.
Ad Magnificat. Antiphona.



Dum sacrum. Oratio.
Deus, qui miro ordine angelorum ministeria, hominūq; dispensas: concede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in cęlo semper assistitur: ab his, ī terra, vita nostra muniatur. Per dñm.
Ad secūdas vespe. Ad Mag. Aň.



Princeps gloriosissime.
Reliqua oia vts in primis vespis.
¶ In festo omnium sanctorum ad primas vesperas antiphona.



Vidi turbam magnam. Hym.



Christe redēptor oiu3. Ad mag. aū.



Angeli archangeli. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, qui nos omnium sanctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quesumus: vt desideratā nobis tue propitiationis abundantiā: multiplicatis intercessorib⁹ largiaris. Per dominū.

Ad secūdas vespas ad Magt aū.



O quam gloriosum.
Reliqua oia vts in primis vespis.
In anniuersario dedica. eccle ad primas vesp. aū.



Domum tuam. Hymnus.



Urbs beata Jerusalem.

Ad Magnificat antiphona.



Sanctificauit. Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos huius sancti tēpli tui consecrationis reparas diem: et sacris semper mysterijs representas incolumes: exaudi preces populi tui: et presta: vt quisquis hoc templū beneficia petiturus ingredit: cūcta se impetrasse letet. p d.

Ad scdas vesperas ad Magt aū.



O quam metuendus.
Reliqua oia vts in primis vespis.

DE MATVTINIS IN nocte Natiuitatis Jesu Christi.

Officium matutinarū in nocte natiuitatis domini nostri Jesu Christi peragitur hoc ordine: Pontifex hora competenti accepta sua cappa Pōtificali: capellano eius caudam deferente: vadit ad ecclesiam: orat genuflexus super faldistorio ante medium altaris posito: deinde surgens cooperto capite ascendit sedē Pontificalem: in qua aliquantulum quiescit: tum surgens versus ad altare: competenti voce dicit. Pater noster. quod secrete complet: deinde cantando: et sibi os cum pollice dextre man⁹ signo crucis signādo: dicit.

Do



DOmine labia mea aperies.
Et respondetur a choro.



Et os meũ anũtiabit laudẽ tuã.
Signans se a fronte ad pectus: ⁊ in modum crucis dicit.



DEus in adiutoriũ meũ itẽde.
Et stat quousq; dicãtur inuitatorium: hymnus ⁊ aña primi psalmi. Incepto psalmo sedet ⁊ cooperit sibi caput. Cũ dicitur tertius ps. primi nocturni: ponit pulpitũ cũ libro pro lectionibus cantãdis in loco solito: Finito versu Põtifex surgit detecto sibi capite dicens.



Pater noster. qđ secrete dicit.
Deinde dicit competenti voce.



Et ne nos inducas in tẽtationẽ.




℟. Sed libera nos a malo.
Et duo capellani cum libro ⁊ candela accẽsa accedũt ad Pontificẽ: qui ex libro dicit absolutionẽ vz.
Prima absolutio.



Exaudi dñe Jesu chr̃e p̃ces seruo



rũ tuoꝝ: ⁊ miserere nobis: q cũ



p̃re ⁊ spũ sctõ viuis ⁊ regnas in



secula seculorum. ℟. Amen.
Interim q dicitur⁹ est lectionẽ: factis reuerẽtijs altari ⁊ põtifici: vadit ad pulpitũ: ⁊ finita absolutione: genuflex⁹ versus põtificẽ dicit.



Iube domne benedicere. ℟.



Bñdictione perpetua: benedi-




cat nos pater eternus. ℟. Amẽ.
Nõ tamẽ facit signũ crucis sup cũ. Cum sedet: ⁊ sibi ipsi tegit caput: ille autẽ q lectionẽ cãtat: dñ dicit.
Tu autem domine miserere nostri: genuflectit versa facie ad altare. Surgit deinde: ⁊ factis reuerẽtijs altari ⁊ Pontifici: ascendit ad Pontificẽ: ⁊ eius manũ genuflexus

rus osculatur: ⁊ reuertitur ad locum suum. Si vero qui cantant lectiones sint canonici cathedralis ecclesie: (quod conueniens est) illi non genuflexi: sed inclinati osculantur manũ: ⁊ similiter dñ dicũt. Iube Domine benedicere. Et Tu autem domine. circa finẽ responsorij, accedit eodẽ modo q̃ secundã lectionẽ dicturus est: ad pulpitum, ⁊ dicit, ⁊ facit vt s. Pōtifex vero ad scdam bñdictionẽ: sedens cooperto capite benedicit, dicẽs.




Unigenit⁹ dei filius: nos bñdice-



re: ⁊ adiuuare dignet. ℟. Amẽ.
Et eodẽ modo respõdet dum dĩ vel cãtatur tertia lectio videlicet.



Spirit⁹ sancti gratia: illuminet



sensus ⁊ corda nostra. ℟. Amẽ.

Post versiculum scdi nocturni, ad absolutionẽ: Pōtifex surgit detecto capite: ⁊ cõpetenti voce dicit Pater noster. qđ secrete ꝓsequitur vt s. deinde alte pronuntiat. Et ne nos inducas in tentationẽ ⁊c. Tũ accedunt duo capellani cum libro ⁊ candela accensa: ⁊ ex libro dicit absolutionẽ.

Absolutio secunda.



Ipsius pietas ⁊ misericordia



nos adiuuet: qui cum patre et



spiritu sancto viuit ⁊ regnat in



secula seculorum. ℟. Amen.
Et sic stans dicit quartam benedictionem videlicet.



Deus pater omnipotens: sit no-



bis ꝓpitius ⁊ clemẽs. ℟. Amẽ.
Et his dictis: sedet: Quintã vero et Sextam benedictionem sedẽs cooperto capite dicit.



Christus perpetue: det nobis



gaudia vite. ℟. Amen.



Ignē sui amoris: accendat deus



in cordibus nostris. ℟. Amen.

Post ℣siculū tertij nocturni: surgit Pōtifex detecto capite: ꝯuersus ad altare, dicit eodem modo: et ex libro absolutionem.

Absolutio tertia.



A vinculis peccatorum nostrorum:




absoluat nos omnipotēs ꝛ mi-



sericors dominus. ℟. Amen.

Et stans dicit septimam benedictionem: videlicet.



Euangelica lectio: sit nobis sa-



lus ꝛ protectio. ℟. Amen.

Et sic stat vsque ad inceptam Omeliam: tum sedet Pontifex ꝛ alij omnes: postea octauam benedictionem dicit sedendo: videlicet.



Per euangelica dicta: deleātur



nostra delicta. ℟. Amen.

Surgit deinde ad euangelium: et dum dicit: Et reliqua sedēt oēs. Nonam lectionē dicit ipse Pontifex stans in sede sua: ꝛ propterea dum replicatur a choro ℣. post Gloria patri ꝛc. Archidiaconus: ꝛ alius a dextris: ꝛ a sinistris Pontificis assistentes: ac archipresbyter, seu prior capituli accēdunt ad Pontificem: accedunt etiam duo capellani qui seruiunt de libro et candela: et ex libro pontifex, dicit. Iube domine benedicere. ꝛ non domne sicut inferiores dicunt: et nullus dicit benedictionem: sed facta aliquali morula chorus respondet. Amen. Dum autē dicit.



Tu autē dn̄e miserere nr̄i. ℟. Amē. inclinat caput versus ad altare.

Finita lectione subdiaconus seu alius cui incumbit: factis reuerentijs altari ꝛ Pontifici: stans ante illū: sibi preintonat submissa voce Te deum laudamus. quod Pōtifex cōpetenti voce dicit: ꝛ chorus prosequit vsq ad finem: ad quod Pōtifex stat detecto capite: ad ℣. Te ergo quesumus ꝛc. Pōtifex in sua sede: alij oēs in locis suis genuflec-

nufleciũt. Finito dicto versu oēs surgunt: ⁊ stāt vsqȝ ad finem: tum accedunt duo ceroferarij cum luminaribus: ⁊ duo capellani cum libro ⁊ candela: et Pontifex dicit Dñs vobiscū. ⁊ orōnem ex libro: eaqȝ finita replicat Dñs vobiscū. et capellani: ac ceroferarij discedūt: ⁊ pōtifex descēdit ad gradus altaris: ⁊ cū celebrāte facit cōfessionem: ⁊ pcedit in missa more solito. Dat bñdictio solēnis post finem missę: sed nō publicant indulgētię. ¶ Sex primas lectiones cantant canonici ecclesię: septimā assistens qui a sinistris: octauam archidiaconus qui a dextris Pōtifici assistere solet: nonam ipse Pontifex dicit: vt sȝ dictū est. Et hic modus cantandi in alijs matutinis oia: de quibus mentio facta est: seruabit.

DE MISSA PONTIFICALI: Pontifice solenniter celebrante.

Ministri q assistere debet epo celebraturo.

Pontifici missas solenniter celebraturo: hos ministros adesse oportet. Primum archidiaconum a dextris: ⁊ alium a sinistris diaconaliter paratos: Item diaconū ⁊ subdiaconum: ⁊ assistentē qui esse debet dignior capituli: si sit in ecclesia sua Pōtifex: si nō: vnus ex dignioribus suę familię: qui assistēs vocatur. Hic expertus esse debet in celebratione missarū: ⁊ indutus superpellicio ⁊ pluuiali: ministrare debet missalē librū: inuenire orationes: ⁊ alia que sunt opportuna: ostendendo semper pontifici digito suo quid sit dicturus: vel ipsum clam secreta voce monendo. Aliū capellanum: qui cum Pontifex in sede stans aliqd dictur⁹ erit: librū supra caput sustinet: ⁊ alios de cādela ⁊ baculo pastorali cū pluuialibus: put dictū est supra in vesperis. Cū aūt Pōtifex erit apud altare: assistens stat apud eū semp in exteriori parte altaris: officium suum vt pręfert adimplēs. Adsint etiā quatuor aut sex alij capellani: superpelliceis induti: q seruiāt in rebus opportunis. Sit pręterea prope altare: mensa vna prō crędētia: supra quā sit mappa mūda: ⁊ duo candelabra cum luminaribus ardētibus: mitra: sandalia cū caligis: ⁊ baculo pastorali: si Pōtifex sit in sua ciuitate, vel diocesi.

A sinistro cornu altaris idest epistolę ponatur sedes pro epo ⁊ credentia ibi pnore cū necessariis ad missam.

Calix cū corporali ⁊ palla ⁊ mappulis suis. Hostiaria cū hostijs. Ampullę cum vino ⁊ aqua. Thuribulum cum nauicella: incenso ⁊ coclcari. Vasa duo argētea in cornibus mensę: vasa ad abluendum manus cum mantilibus: ⁊ tres ex honorabilioribus familiarib⁹ laicis ministrāt in credentia: semper stātes: nisi quādo est genuflectēdū. Si vero Pontifex nō sit in sua ecclesia seu diocesi: paret faldistoriū in cornu eplę: nō procul ab altari: sup altari vero: In medio: ordinantur suo ordine: Amictus: alba: cingulū: crux pectoralis: stola: tunicella, dalmatica, chirothecę, planeta, manipulū, ⁊ anulus pontificalis: ⁊ palliū si sit archiepūs aut

maior

maior,vel alias pallio vtat:et in sua ecclesia seu pauincia:et in dextro pdiacono:et sinistro cornibus altaris p subdiacono:paramēta cōsueta. Hora cōpetēti: pontifex cappa lanea pōtificial,qua plati in romana curia i capella papę vti psueuerunt,indutus:capellano caudam illius post eum deferēte: venit ad ecclesiam:et accedens ante altare: genuflexus ibidem orans dicit.

Epūs venit ad ecclesiā cū cappa lanea cuius caudā capellanus defert et genuflexus ante altare oratio dicit.

Introibo in domū tuam: in holocaustis reddā tibi vota mea: quę distinxerunt labia mea. Deinde vadit ad locū vbi psueuit accipere paramenta:et ibi sedēs in parata sibi sede:aliquantulū quiescit. Interim vel ante: diaconus et subdiaconus accipiunt paramenta sua oia: pter manipulum, quem sumunt postq̄ est paratus pontifex: cui(si sit in ecclesia sua) canonici et aliqui sacerdotes:pluuialibus temporis cōgruentibus induti:debent assistere. Capellani oēs tūc adsint cū superpellicijs:et assistēs ac alius de baculo pastorali seruiēs cū pluuialibus:quibus indutis:si est in ecclesia sua surgit pontifex:et ad altare versus:stās detecto capite:dicit secrete. Pater nr̄. deinde competēti voce cantādo et a fronte ad pectus signū crucis pducēdo: dicit. Deus in adiutoriū meū intende. Chorus respondet. Domine ad adiuuandum me festina. et dicunt Tertia, vel alię horę tēpori conuenientes. Interim parat Pontifex oibus ornamētis p missa:vt moris est: dicto versiculo horarū ipsarū:

Pontifex sedet in sede sua et ministri parantur.

Epūs stās sine mitra incipit tertiam.

Pontifex parat omnibus paramentis excepta planeta i cuius loco accipit pluuiale et dicit orationē tertie. versus ad altare.

Pontifex indutus omnibus paramētis dempta planeta:cuius loco pluuiale accipit tēpori cōueniens: assistentibus sibi duobus ceroferarijs:stās versus ad altare, dicit. Dn̄s vobiscum. et orationem horis congruentē: et in fine replicat. Dn̄s vobiscum. tū dicto. Benedicamus dn̄o. deposito pluuiali accipit planetā: et accedit ad altare. Incepto autē psalmo horarū prędictarū: sedet Pōtifex:et subdiaconus paratus ambabus manibus vsq̄ ad faciem eleuatis: caligas et sandalia velo tecta portat ad Pontificē. Tunc capellani omnes genuflexi:fimbrias cappę Pōtificis circumcirca tenēt: et subtus genuflectit vnus ex cubicularijs Pontificis:qui quotidiana calciamenta Pontifici exuit:et adiuuāte subdiacono, q caligas et sandalia portauit:Pōtifici caligas et sandalia induit: Pōtifex interim sedēs: cū duobus assistētibus suis simul alternatim legentibus:dicit sequentē añam: vno ex capellanis librū supra caput: et alio candelam tenēte. Ne reminiscaris dn̄e delictā nostra,vel parentū nostrorum: neq̄ vindictā sumas de peccatis nr̄is. Deinde psequit sequētes psalmos.

Ordo parandi episcopum in sacristia vel alibi.

Caligę et sandalia pōtifici imponuntur

Quā dilecta tabernacula tua domine virtutū: concupiscit et deficit anima mea in atria dn̄i. Cor meum et caro mea:exultauerunt in deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domum: et turtur nidum vbi reponat pullos suos.

Alta

Altaria tua domine virtutū: rex meus ꝛ deus meus.

Beati qui habitant in domo tua dñe: in secula seculoꝝ laudabūt te.

Beatus vir cuius est auxiliū abs te ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum: in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorū in sion.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus Jacob.

Protector noster aspice deus: et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super millia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magisquā habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam ꝛ veritatē diligit Deus: gratiam, et gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocētia: domine virtutum, beatus homo q̃ sperat in te.

Gloria pñi. Sicut erat. Alius ps.

Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuę: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuā: auertisti ab ira indignationis tuę.

Conuerte nos deus salutaris noster: ꝛ auerte iram tuam a nobis.

Nunquid in ęternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu conuersus viuificabis nos: ꝛ plebs tua lętabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuā: ꝛ salutare tuū da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eū salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia ꝛ veritas obuiauerūt sibi: iustitia, ꝛ pax osculatę sūt.

Veritas de terra orta est: ꝛ iustitia de cęlo prospexit.

Etenim dñs dabit benignitatē: ꝛ terra nostra dabit fructū suum.

Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos.

Gloria pñi. Sicut erat. Alius ps.

Inclina domine aurem tuam ꝛ exaudi me: quoniam inops ꝛ pauper sum ego.

Custodi animam meā quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.

Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die: lętifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.

Quoniā tu domine suauis ꝛ mitis: ꝛ multę misericordię omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe orationē meā: ꝛ intende voci deprecationis meę.

In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in dijs domine: ꝛ non est secundum opera tua.

Om-

Omnes gentes quascunq; fecisti, venient: ⁊ adorabunt coram te dñe: ⁊ glorificabunt nomē tuum.
Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me domine in via tua et ingrediar in veritate tua: letetur cor meū vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est super me: ⁊ eruisti animā meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerunt super me: ⁊ synagoga potentiū quesierunt animam meam: ⁊ nō proposuerunt te in conspectu suo.
Et tu domine deus miserator et misericors: patiens ⁊ multe misericordie ⁊ verax.
Respice in me ⁊ miserere mei: da imperium tuum puero tuo: ⁊ saluum fac filium ancille tue.
Fac mecum signum in bonum: vt videant qui oderunt me, ⁊ confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me ⁊ consolatus es me.
Gloria pri. Sicut erat. Aliud ps.
Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuā domino: pro omnibus que retribuit mihi?
Calicē salutaris accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.
Uota mea domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.
O dñe quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, ⁊ filius ancille tue.
Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen domini inuocabo.
Uota mea dño reddā, in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus dñi, in medio tui Jerusalē.
Gloria pri. Sicut erat. Aliud ps.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuā sustinui te dñe.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in dño.
A custodia matutina vsq; ad noctem: speret Israel in domino.
Quia apud dominum misericordia: ⁊ copiosa apud eū redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria pri. Sicut erat. Deinde repetit añā.
Ne reminiscaris dñe delicta nostra vel parentū nostrorum: neq; vindictā sumas de peccatis nris.
Finitis ps. ⁊ aña pdictis: ⁊ caligis cum sandalijs sibi indutis: surgit Pontifex: ⁊ detecto capite: stans versus ad altare, dicit. Kyrie eleison. Christe eleisō. Kyrie eleisō.
Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ego dixi dñe miserere mei.

Pontifex acceptis caligis et sandalijs surgit ⁊ dicit. Kyrie eleison ⁊c. stans versus ad altare capite detecto.

℟. Sa

℟. Sana animam meã quia peccaui tibi. ℣. Conuertere dñe aliquantulum. ℟. Et deprecare sup seruos tuos. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodũ sperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiam. ℟. Et sancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me dñe. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus.

Aures tuę pietatis mitissime Deus inclina precibus nostris: et gratia sancti spiritus illumina cor nostrum: vt tuis mysterijs digne ministrare: teq; ęterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet: et omnis voluntas loquitur: et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere: et digne laudare mereamur. Alia oratio.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrũ dñe: vt tibi casto corpore seruiamus: et mũdo corde placeamus. Alia oõ.

Mentes nostras, quęsumus domine, paraclitus: qui a te procedit illuminet: et inducat in omnem, sicut tuus promisit filius veritatem. Alia oratio.

Adsit nobis, quęsumus dñe, virtus spũs sancti, quę et corda nostra clemẽter expurget: et ab oibus tueatur aduersis. Alia oõ.

Deus, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Alia oratio.

Conscientias nostras, quęsumus domine, visitando purifica: vt veniens dominus noster Jesus Christus filius tuus: paratam sibi in nobis inueniat mansionem: Qui tecum viuit et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Tum, dicit Pontifex.

Calcia me domine caligas iucunditatis: et corrobora genua meę debilitatis: vt indefessus valeam per semitam mãdatorum tuorũ ad te peruenire. Alia oõ.

Calcia dñe pedes meos in pręparationem euangelij pacis: et protege me in velamento alarũ tuarum. Deinde, dicit Pontifex.

Exue me domine veterẽ hominem cum moribus et actibus suis: et indue me nouũ hominem: qui secundũ deũ creatus est: in iustitia et sanctitate veritatis.

Tum exuitur a scutiferis cappa: deinde orans, dicit.

AD MANVS.

Da dñe virtutẽ manibus meis: ad abstergendũ omnẽ maculam immundã: vt sine pollutione mentis et corporis valeam tibi seruire. Inde leuiens lauat manus: quas cum loturus est: dignior ex ministris laicis portat in dextra manu Buccale aquę cum Mantili desuper plicato: et sinistra manu peluim:

peluim: ⁊ archidiaconus extrahit anulos Pontifici si sit opus: atq; eos seruat. Ille autẽ qui aquam portauit corã Pontifice genuflectit: ⁊ primũ infundit aliquantulũ aque sup labiũ peluis ⁊ eã pregustat. Interim duo ex capellanis in superpelliceis hinc ⁊ inde genuflexi mãtile, quod ille apportauit, accipientes: extensum tenent ante genua Pontificis: Tum ille infundit aquam: capellano assistẽte manus ad peluim apponẽte: ⁊ lauat manus: ac abstergit. Quo facto: surgit Pontifex: ⁊ orans dicit.

AD AMICTVM.

Pone domine galeam salutis in capite meo: ad expugnandas omnes diabolicas fraudes: inimicorum omniũ versutias superando.

Pontifex sibi parantur omnes paramenta.

Interim capellani portant paramẽta: hoc ordine. Amictũ, albam, cingulum, crucẽ, pectoralem, stolam, tunicellam, dalmaticam, chirothecas, planetam, pallium, spinulas, si pallio vti possit ⁊ vtendũ sit, mitram, anulum Pontificalem ⁊ gremiale. Ex omnibus his paramentis Põtifex osculatur tantum amictum, crucẽ pectoralem, stolam, et pallium quando induitur: ⁊ quãdo exuitur: archidiacono vero ad dextram, ⁊ alio: vt supra: ad sinistram Põtificis stantibus ⁊ adiuuantibus: Diaconus euangelium dicturus: accipiant successiue paramẽta: de manibus capellanorum ea apportantium, ⁊ Pontificem induũt: ⁊ primũ: amictum accipiẽtes vnusquisq; a parte sua eũ osculandũ Pontifici tradunt. Tum supra caput Põtificis imponunt. Deinde illũ declinant ad collũ: diligenterq; obturãt collaria vestium: circũcirca honeste aptãtes: ⁊ cordulas post tergũ ducentes: eas ad corpus reducunt ⁊ ligãt. Quo facto dicit Pontifex.

AD ALBAM.

Dealba me dñe: ⁊ a delicto meo munda me: vt cum his qui stolas suas dealbauerũt in sãguine agni: gaudijs perfruar sempiternis.

Deinde accipientes albam imponunt Pontifici: ⁊ diligenter eam aptant circa collum ⁊ manicas ac humeros. Tum dicit Pontifex.

AD CINGVLVM.

Precinge me dñe cingulo fidei: ⁊ virtute castitatis lumbos meos: ⁊ extingue in eis humorẽ libidinis: vt iugiter maneat in me vigor totius castitatis. Accipiunt deinde cingulũ: ⁊ a tergo incipiẽtes cingunt: ⁊ ante corpus ligãt: eleuãtq; albã circũcirca: ita vt honeste dependeat: tegat vestes ⁊ equaliter fluat. Quo facto: dicit Pontifex.

AD CRVCEM.

Munire digneris me dñe Iesu Christe ab omnibus insidijs inimicorum omniũ: signo sanctissime crucis tue: ac concedere digneris mihi indigno seruo tuo: vt sicut hanc crucem sanctorum tuorum reliquijs refertã ante pectus meũ teneo: sic semper mente retineam et memoriam passionis: et sanctorum victorias martyrum.

Dia-

Diaconus deinde crucē pectoralem accipit: et eā prius osculandam Pontifice offert: Tum imponit eius collo: ita vt ante pectus dependeat. Deinde, dicit Pontifex.

AD STOLAM.

Redde mihi dñe, obsecro, stolam immortalitatis: quam perdidi in preuaricatione primi parentis: et quamuis indignus accedere presumo ad tuum sacrum mysterium cum hoc ornamēto: presta, vt in eodem in perpetuum merear letari. Stolā deinde accipiunt diaconus et subdiaconus: quisqȝ a latere suo et porrigunt Pontifici osculandā. Tum eius collo imponūt: vt fluat ante pectus: non tamē eam transuerset in modum crucis: sed recte pēdere sinat: neqȝ permittat eam collū tangere: sed pars que in medio est: aliquantulum fluat retro. Quo facto: dicit Pontifex.

AD TVNICELLAM.

Tunica iucunditatis: et indumento letitie: induat me dominus. Tunicellam deinde Pontifici imponūt circa collum et manus: diligenter aptātes. Tum orās: dicit.

AD DALMATICAM.

Indue me dñe indumento salutis: et vestimento letitie: et dalmatica iustitie circunda me semper. Eodē modo induitur dalmatica et aptatur. Tum dicit Pontifex.

AD CHIROTHECAS.

Circunda domine manus meas mūditia noui hominis, qui de celo descēdit: vt quemadmodū Jacob (Gen. 28.) dilectus tuus: pelliculis hedorum opertis manibus paternā benedictionem oblato patri cibo potuqȝ gratissimo impetrauit, sic et oblata per manus nostras salutari hostia: gratie tue benedictionem merear. Per dominū nostrū Jesum Christum filiū tuum: qui in similitudinem carnis peccati pro nobis obtulit semetipsum. Sedet deinde pōtifex: et diaconus dextrā: subdiaconus sinistrā chirothecas: et imittunt: manus primo exosculātes. Tum surgit Pōtifex: et orās, dicit.

AD PLANETAM.

Domine qui dixisti: Jugū meum suaue est, et onus meum leue: presta, vt illud portare sic valeam: quod possim consequi tuam gratiam. Planetam deinde imponunt diaconus et subdiaconus: et quisqȝ a latere suo a brachijs ad humeros reducit et diligenter aptat, ne impediat aliquo modo brachia.

(Modo imponendi pallium archiepiscopo vel patriarche.) ¶ Si Pontifex pallio vti possit: et ipso secūdum priuilegia eo die sit vtendum: postquā indutus est planeta: portatur pallium ab vno ex capellanis ambabus manibus eleuatū: cōplicatum simul et coopertū velo. Diaconus illud accipiens: sinistrā manum ad dextrā pallij crucē: dextram vero manū ad sinistrā crucem pallij habēs: et crucem, que in medio est osculandā porrigit Pōtifici, adiuuante subdiacono: qui sinistram pallij partem accipit: diaconus partem que a tergo dependere debet: sinistra manu eleuans: illud sup humeros Pontifici imponit:

ponit: ita vt pars pallij dupla sup sinistrum humerum locetur: et aptetur pallium diligẽter: vt humeros equaliter ambiat: et eleuationem brachiorum non impediat. Inde alius capellanus portat spinulas tres gẽmatas: quarum pulchriorem diaconus accipiens infigit cruci anteriori in pectore existenti: aliam in cruce sinistri humeri: tertiam alius, vel ipse diaconus in cruce posteriori. Spinule autem ita sunt infigende: vt queli bet tertio transeat per crucem: tamen nõ perforet pallium: et nullo modo acumen tãgat planetam: et gemma que in capite, spinule est: sit a dextra parte infigẽtis. Aptato pallio: aptat rursus planeta circa brachia: et circa collum extrahitur ante et retro. Tum dicit Pontifex.

AD MITRAM.

Mitram domine et salutis galeã impone capiti meo: vt contra antiqui hostis: omniumque inimicorũ meorũ insidias: inoffensus euadã. Sedet Pontifex post hec: et diaconus accipiens mitrã de manu capellani, qui illam cum mappa seruat: imponit capiti Põtificis: subdiacono qui a sinistris est: pendentes vittas eleuante.

Tum sedens cum mitra: dicit.

AD ANVLVM.

Cordis et corporis mei dñe digitos virtute decora: et septiformis spiritus sanctificatione circunda. Portatur deinde anulus Pontificalis: quem assistens manu dextra Pontificis prius osculata: et digito anulari imponit.

¶ Postremo ponitur gremiale super gremium pontificis: qui dicit pro manipulo quem postea accipit ad altare.

AD MANIPVLVM.

Merear, precor domine, manipulum portare mente flebili: vt cum exultatione portionem accipiam cum iustis. Pontifice sic parato Diaconus et Subdiaconus accipiunt manipulos suos. Si pontifex non fuerit in sua ecclesia: Archidiaconus et alius qui a dextris et a sinistris: vt supra dictum est assistunt: non aderunt: sed Diaconus et subdiaconus illorum vices: et seruitia supplebunt. Accedit deinde ad pontificem thuriferarius cum thuribulo: et nauicula incensi: et ministrante assistente nauiculam: pontifex imponit incensum: prout supra in vesperis dictũ est: deinde processionaliter accedit ad altare hoc ordine: Primum procedit ipse thuriferarius cum thuribulo fumigante: quem sequuntur duo ceroferarij cum candelabris et luminaribus medium habentes illum qui defert crucem. Si põtifex celebraturus archiepiscopus sit, vel maior: aliter crux non portatur: hos sequitur subdiaconus portans ante pectus librum euãgeliorum clausum: et intus manipulum pontificis: deinde diaconus cum assistente: deinde Pontifex si in sua ciuitate, vel

Pontifex benedicto incenso et posito in thuribulo vadit ad altare.

Ordo processionis.

dioceſi ſit: baculum ipſum in ſiniſtra manu portat medius inter archidiaconum: ⁊ alium ſibi cum dalmaticis aſſiſtentes. Qui autem ſeruat mitram: pontificem ſequitur cũ alijs capellanis ⁊ clericis: ⁊ ſic perueniunt ad altare. Si vero pontifex non ſit in ſua Eccleſia vel dioceſi: paratur prope altare in faldiſtorio: ⁊ huiuſmodi proceſſio dimittit. Cũ peruenerit pontifex ad gradus altaris: firmat ſe: et extrahitur ei mitra a diacono: qui dat eam capellano: ad quem ſpectat eam ſeruare: ⁊ complanantur capilli pontificis cum birreto ſuo a diacono ſi ſit opus: ⁊ omnes pro confeſſione cum pontifice dicenda ſe ordinãt hoc modo. A dextris Pontificis erit aſſiſtens: a ſiniſtris diaconus: et ad ſiniſtram diaconi ſubdiaconus, qui aliquantulum poſt diaconum genuflectit ad confeſſionẽ. Archidiaconus vero ⁊ alius aſſiſtentes ſtant poſt pontificem: tum pontifex facta reuerentia altari cum profunda capitis inclinatione: erigens ſe facit confeſſionem cum miniſtris prędictis: Interim a choro cantatur **Introitus** ſubdiaconus vero cũ pontifex dixerit **Indulgentiam.** extrahit ex libro manipulũ: ⁊ oſculata ſiniſtra manu pontificis: illuꝫ ſibi imponit: deinde pręaſcẽdens ad altare in dextro cornu cũ aperto libro: expectat pontificem, qui dictis orationibus cõſuetis aſcendit ad altare: ⁊ illud in medio oſculatur: tum verſus ad ſubdiaconũ

Pontifex ante altare perueniẽti extrahitur mitra qui facta reuerentia altari incipit cõfeſſionem.

Cum põtifex dixerit Indulgẽtiã ſubdiaconus imponit illi manipulũ in ſiniſtra manu prius ipſa oſculata. Pontifex aſcẽdit ad altare et oſculatur ipſum ⁊ poſtea librũ euangeliorum apertum.

oſculatur librum euangeliorum: quẽ deinde ſubdiaconus claudit: et tradit vni ex miniſtris. Venit ſic deinde pontifex ad cornu epiſtolę, vbi per diaconum euangelii offertur ei thuribuluꝫ: ⁊ imponit incenſum: vt ſuperius in veſperis dictum eſt, in altari ſemper, diaconus miniſtrat nauiculam: et non aſſiſtens. Impoſito incenſo, diaconus reddit nauiculam thuriferario: ⁊ accipiens ab eo thuribuluꝫ: illud dat pontifici: qui incenſat altare eo ordine: prout ſupra in veſperis dictum eſt. Altari incẽſato, Pontifex ſtãs in cornu epiſtolę altaris, reddit thuribulũ diacono: ⁊ archidiaconus ipomit pontifici mitrã. Si pontifex non ſit in ſua eccleſia: vnus ex capellanis hęc faciat: tuꝫ diaconus profunde ſe inclinat: ⁊ erigens ſe: incenſat pontificem ter ei ducẽs thuribulũ: deinde tradit illud thuriferario: tũ archidiaconus capit pontificẽ per dextrum brachiũ modeſte: ⁊ alius a ſiniſtris per ſiniſtrum: ſic ducentes cuꝫ: qui primo redit ad mediũ altaris: et ibi, illi cum mitra caput inclinando: reuerẽtiam facit: tum vadit ad ſedem pontificalẽ vel ad faldiſtorium. (Si pontifex non ſit in ſua eccleſia) vbi cum fuerit pontifex depoſita ſibi mitra legit **Introitũ.** cum miniſtris ex libro quẽ vnus ex capellanis ſupra caput: et alius candelã accẽſaꝫ tenet aſſiſtẽte inueniente: ⁊ pontifici demonſtrante: deinde dicit. **Kyrie eleiſon** ⁊c. Quo dicto ſedet pontifex: ⁊ ar-

Pontifex incẽſat altare.

Imponitur pontifici mitra poſt quã altare incenſauit: ⁊ Diaconus pontificẽ incenſat.

et archidiaconus cum alio a sinistris imponit ei mitram et gremiale super gremium: ministri etiam oes sedent: assistes prope pontificem ad dexteram: tamen diaconus et subdiaconus ad altare remanet: et ibi quando tepus est: Diaconus in superiori: Subdiaconus vo in secundo inferiori gradibus sedent.

Finito a choro Kyrie eleison. surgit primum diaconus, qui a sinistris sedet: et auferes gremiale a gremio pontificis: illud dat vni ex ministris: Tum deponit mitram pontifici: et seruanti illam reddit: q semp prope pontificem esse debet: surgunt interim oes: et archidiaconus deposito birreto: et coplanatis capillis: dextra pontificis manu: et alius a sinistris sinistra apprehendentes: illum semper iuuat cu surgit. Pontifex vero stas versus ad altare eleuatis manib⁹ iuxta altitudinem humerorum: ita vt dextra manus dextrum humeru: sinistra vero sinistrum non transcendat: sed omnino equet extesis digitis: sed non sciuctis: dicit: si sit dicedu. Gloria in excelsis deo. In tono tempori conuenienti. Cum dicit Deo. iungit manus ante pectus: deinde legedo cum ministris prosequitur totum ipsum angelicum hymnum: tum sedet et imponitur sibi mitra et gremiale: et sedet oes. Catato a choro hymno predicto: diaconus qui a sinistris gremiale ac mitra aufert pontifici: vt supra: qui surgit: et stans versus ad populum eleuatis manibus: vt diximus supra dicit. Pax vobis. Et in fine iungit manus ante pectus: deinde respondetur. Et cum spiritu tuo. tum versus ad crucem in altari positam dicit. Oremus. Iungendo manus: rursus illis separatis et eleuatis: vt supra psequitur orationes: placide et distincte cantando: et cum ventum est ad Per dominum nostru Iesum chrm etc. Iungit manus tenens eas iunctas vsque ad finem: deinde sedet: et accipit mitra et gremiale: et sedet etiam alij omnes: vt supra. In fine orationu. vel ad Per dnm nostru Iesum christu etc. Subdiaconus accipiens librum epistolarum ante pectus suum: ambabus manibus ab inferiori eius parte illum tenet: et facta reuerētia altari et pontifici: genu terra tangendo: vadit ad locum cosuetum: vno ex acolitis cu deducente: tum libru sibiipsi tenes: si ita sit consuetum pulpitum cantat epistolam: qua finita: rursus genuflectit versus ad altare: et clauso libro: illu reportat pari modo vt venit. Cu peruenit ad pontificem: genuflectit ante cu: et ponit librum ad eius genua: supra que Potifex manum dextra ponit: qua subdiaconus osculatur: et statim Pontifex eum benedicit: tum surgens subdiacon⁹ redit ad altare: et ibi expectat donec fuerit tepus eundi ad dicendum euangelium. Interim accedunt duo capellani cum libro et cadela ante pontifice: qui sedes cum mitra ex eo legit eplam: gradualia. et cetera vsque ad euagelium.

Pontifex residet cu mitra et epistola cantatur.

Cantata epla subdiacon⁹ genuflectit coram pontifice et ponit librum super gremium pontificis et osculatur manum eius.

incluſiue: dicẽs etiã ſecrete ante ip ſuz euãgeliũ. Munda cor meũ ⁊c. Si Pontifex nõ ſit in ſua eccleſia: ſubdiaconus oſculata manu pontificis tenet ante eũ librũ apertũ: ex quo Pontifex legit vtrũ. ⁊ interim omnes ſedent: cum cantatur. Halãh. vel Tractus. Diaconus opportuno tẽpore ſurgit ⁊ accipit librum euangeliorũ: ⁊ cum ante pectus tenet: vt fecerat ſubdiaconus de epiſtolario: ⁊ ꝓfunde ſe inclinans ante Pontificẽ: accedit ad altare: inclinat ſe ante ipſum: tum aſcendens ad ſupremum planum librum ponit ſup altare in medio.

Diaconus accepto libro de altari ⁊ habita benedictione a pontifice cãtat euangeliũ.

Deinde miſſo libro ſuper altare, facta illi reuerẽtia: vadit ad Pontificem: cuius manum reuerenter oſculatur: tũ reuerſus ad altare: in eius inferiori gradu genuflexus dicit ſecrete. Munda cor meũ ⁊c. Capit deinde librũ ⁊ portat ante pectus: et ad altare in cornu epl'ę expectat. Interim accedit acolitus ad Põtificem cũ thuribulo ⁊ nauicula: ⁊ miniſtrãte illam aſſiſtente: Põtifex imponit incẽſum. Acolitus recepta nauicula de manu Aſſiſtẽtis redit ad altare: ⁊ illã ⁊ thuribulũ dat vni ex capellanis ad altare cũ ceroferarijs expectãti: dum dicit a choro vltimus verſus circa finem: thuriferarius, ceroſararij, ſubdiacon⁹, ⁊ diaconus portans librum euangeliorũ clauſuz ante pectus: altari primo reuerentiam faciunt genuflectẽtes. Diaconus vero canonicus ꝓfunde ſe iclinat: deinde eodẽ modo reuerentiã faciũt pontifici: ⁊ firmãt ſe ad partẽ: ⁊ diaconus comitatus ab vno acolito: venit ad gradus ſedis Pontificis: ⁊ ibidẽ ante eum inclinatus: petit benedictionẽ, dicens. Iube domne benedicere. ⁊ Põtifex dicit. Dñs ſit in corde tuo ⁊c. Et in fine Pontifex producit ſuper eum ſignum crucis. Surgẽs deinde diaconus ꝓcedit ad locũ vbi cãtaturus eſt euangeliũ: hoc ordine. Primo pręcedit thuriferarius: quẽ ceroferarij ſequuntur: tũ ſubdiaconus: vltimo diaconus librum ante pectus ſibi portans: Cum peruenerint ad locum: ſi ibi non eſt pulpitum: ſubdiaconus tenet librum euãgeliorum ante pectus ſuum: ſi vero eſt pulpitum ⁊ cõmoditas: ſubdiaconus ſtat poſt pulpitũ: ⁊ illud amplectens librum vtriſq; manibus attingit. Si vero nõ eſſet talis cõmoditas: vt plerunque accidit in pulpitis lapideis: tunc ſubdiaconus poterit aſſiſtere eo meliori modo quo poterit: vt librum tenere videatur: diaconus cum tempus eſt: iunctis manibus ante pectus dicit. Dñs vobiſcum. deinde Sequẽtia ſancti euãgelij ⁊c. Qđ cum dicit: facit ſignũ crucis cũ pollice dextrę manus. primo ſupra principium euangelij. deinde in fronte: ore ⁊ pectore: et dũ rñdet. Glia tibi dñe. Accipiẽs thuribulũ incenſat librum ter. primũ in medio: tũ a dextris: deinde a ſiniſtris libri: ⁊ reddit thuribulum ei a quo illud accepit. Tum iũctis manibus euãgeliũ

Pontifex cu3 incipit euãge. stat sine mitra iũctis manib⁹ ante pectus.

gelium prosequitur. Põtifex vero cũ incipitur euangelium: depositis sibi gremiale ꝛ mitra: surgit: ꝛ iunctis manibus ante pectus stat v̈sus ad euangeliũ. Si vero Pontifex non sit in sua ecclesia: diaconus dimisso euangelistario super altare: venit ad pontificez: ꝛ eo ministrante naviculaz, Pontifex imponit incensum: tum redit ad altare, ꝛ dicit Munda cor meum ꝛc. capit librum ꝛ vadit ad Pontificẽ corã quo genuflex⁹ dicit. Iube dõne benedicere. ponens librum super eius genua: ꝛ Põtifex dicit. Dñs sit in corde tuo ꝛc. ꝛ producto super eum signo crucis, ponit eius dextraz super librum, quam diaconus osculatur: tum surgit: ꝛ omnes predicti vadunt ad locum vbi dr̃ euangeliũ. Dicto euãgelio subdiaconus accipit librũ: ꝛ illum ad Pontificez defert ordine quo venerat.

Cõpleto Euãgelio Pontifex osculat᷑ librũ ꝛ diacon⁹ ipsuz incensat.

Cũ puenerit ad põtificẽ: librum apertum in loco euangelij osculanduz pontifici offert. Deinde assistens accepto thuribulo a thuriferario: incensat Pontificẽ adhuc sine mitra stantem.

¶ Si non sit in sua ecclesia osculato libro euangeliorũ incensatur a diacono: non aũt ab assistẽte: tum Pontifex dicit Credo vel Dñs vobiscũ.

Finito Euãgelio Pontifex icipit Credo vel Dominus vobiscum.

Si aũt post euãgeliuz: vt plerũq; fit i curia, fit p̃dicãdũ, Põtifex osc'lato libro ꝛ accepto icẽso: sedet, ꝛ accipit mitraz ꝛ gremiale: Tũ ille q̃ ẽ p̃dicatur⁹ accedit añ cũ ꝛ corã eo genuflex⁹ osculat᷑ manũ põtificis: Tũ dicit Iube dõne bñ-dicere. Et põtifex bñdicẽs ei dicit. Dominus sit in corde tuo: ꝛ in labijs tuis: vt digne et fructuose annunties v̈ba sancta sua. In noie patris ꝛ filij, ꝛ spũs sancti. Producẽs sup eũ signum crucis: ꝛ Deinde p̃dicator petit ab eo quãtum indulgentiarum debeat populo annuntiare: tum surgit: accedit ad pulpitum ꝛ exequit᷑ officiũ suũ. Finita predicatione: expectat in pulpito predicator: ꝛ Pontifex cum mitra: ac oẽs alij surgũt. Diaconus vero stans inclinato capite ante Põtificẽ cũ mitra stãtẽ, dicit.



Finito sermone expectat p̃dicator i pulpito ꝛ ep̃s surgit sfiio cuz mitra. Diaconus iclinato capite coraz pontifice, dicit. Confiteor.

Confiteor deo oipotẽti: beate Marie semper v̈gini: beato Michaeli archãgelo: beato Johãni baptiste: sanctis apostolis Petro




tro ⁊ Paulo: omnibus sanctis ⁊



Ad dñi dicit se inclinat corã põtifice. Tũ surgit ⁊ cõtinuat.


tibi pater.



Quia peccaui nimis: cogitatio-



ne verbo ⁊ opere: mea culpa



mea culpa mea maxima culpa.




Ideo precor beatã Mariã sem-



per virginem: beatũ Michaelẽ




archangelum: beatũ Iohan-



nem baptistam: sanctos apostolos-



los Petrũ ⁊ Paulum: omnes




sanctos: ⁊ te pater.

Quod dum dicit se inclinat iterũ corã põtifice: tũ surgit ⁊ cõtinuat



Orare pro me ad dominum



deum nostrum.

Tum predicator stans in pulpito predicto: annunciat indulgentias populo, dicens.

Reuerẽdus in Christo pater ⁊ dominus: dñs N. dat ⁊ concedit omnibus hic presentibus .xl. dies de vera indulgẽtia in forma ecclesie consueta: orate deũ pro felici statu sancte matris Ecclesie.

Predicator pronunciat indulgentiam.

Deinde redit ad locũ suũ: ⁊ si põtifex, archiepiscopus, vel alias cruce uti possit: capellanus cuius est officiũ portat crucẽ: ⁊ spatio cõgruenti ante, ⁊ versus ipsum Pontificẽ genuflexus: crucem ipsam tenet: ⁊ Pontifex deposita sibi mitra: etiã si cruce non vtatur: stans versus ad populum dicit in tono orationis.

Precibus ⁊ meritis btẽ Marie semp virginis: beati Michaelis archãgeli: beati Iohãnis Baptiste: sanctorũ Apostolorum Petri Pauli: ⁊ omniũ sanctorum misereatur vestri omnipotens deus: ⁊ dimissis peccatis vestris: perducat vos ad vitã eternã. R. Amen.

Indulgentiam: absolutionē & remissionem peccatorum vestrorum: tribuat vobis omnipotens & misericors dñs. ℟. Amen. Deinde benedicēs populo more cōsueto dicit. Et benedictio Dei omnipotentis: pa✠tris: & fi✠lii: & spiritus ✠ sancti: descendat sup vos: & maneat semper. ℟. Amen. Tū capellanus librum ad suū locū reportat. Si vero sermo nō fiat: Pōtifex osculato libro euangelii: incēsatur per assistentē, & cōuersus ad altare, dicit Credo. quod cum ministris submissa voce complet. Cum peruenerit ad versiculum. Et incarnatus est inclinat se, & finito per eū Credo. sedet ipse Pontifex: accipit mitram & gremiale: & ministri oēs sedēt. Cū vero a choro dicitur. ℣. Et incarnatus est. Ministri omnes: et alii in ecclesia existentes: genuflectunt. Pōtifex vero cū mitra aliquantulum declinat de sede: profunde inclinando caput: ita vt nō oino genuflectat: neque omnino sedeat: & sic permanet quoad dictū fit. Et homo factus est. Post hęc oēs sedent in loco suo. Dicto a choro. Et homo factus est. Diaconus statim accipiens de credentia corporale cum bursa: sine palla: quam reliquit supra calicem: eleuatis manibus vsque ad oculos: facit primo reuerentiā pontifici: tum vadit ad altare: cui se inclinando facit etiam reuerentiā: postea ascēdit: extrahit de bursa: & explicat corporalia: bursam vero reponit in loco competenti super

Pontifex benedicit populo.

Diaconus dicto & homo factus est surgit & explicat corporale.

altare: deinde facta rursus reuerentia altari: redit ad locū suū & sedet. Finito Credo. deponit gremiale & mitram Pontifici: qui surgit: & stans versus ad populum: eleuatis manibus vt supra diximus dicit. Dñs vobiscū. Deinde versus ad altare, dicit. Oremus. Et legit offertorium. Tum sedet & imponitur ei mitra: et deinde extrahuntur ei anuli & chirotecę: & accedens vnus ex ministris credentię: affert buccale cum aqua & mantili ac peluim: et Pontifex lauat manus: illis ceremoniis quib⁹ dictum est supra: deīde abstergit pontifex.

Interim capellanus seruiēs de libro: cum primum Pontifex legerit offertorium: accipiens librum missalem ante pectus suū: & supra illum tenens cussinum: associatus ab aliis capellanis: vadit cum modestia & reuerentia versus altare: & cum est ante medium altaris genuflectit: tum vadit ad dextrum cornu altaris: videlicet euangelii: & ibidem ponit super altare cussinum: & super eum librum: quē aperit: & inuenit quę sunt dicenda: deinde retrahit se ad posterius cornu: & expectat quo ad Pōtifex veniat. Subdiaconus vero dū pontifex abstergit manus: vadit ad credentiam: et ibi ponitur ei velum circa collum: cuius pars longior superabundet a dextra manu: tum ponit super patenā duas hostias mundas & pulchras: & accepto calice cum patena: manu sua dextra tegit eū palla: tum cooperit illum

Portatur missale ad altare i cornu euangelium.

Subdiaconus solenniter portat calicem ad altare.

velo:quod superabũdat ab ea manu,⁊ sinistrã tenet supra calicem:⁊ sic proficiscit̃ ad altare post Pontificẽ:⁊ post cũ vnus acolitus ampullas vini ⁊ aque portans pro sacramento:ex quibus anteq̃ȝ acolitus illas ad manuſ accipit:dat credẽtiarijs ad pregustandũ. Pontifex vero abstersis manibuſ:resumit anulum pontificalẽ:⁊ siquos alios vult:⁊ surgens cũ mitra medius inter archidiaconũ a dextris, ⁊ aliũ a sinistris:procedit ad altare.Cuȝ est ante gradus in medio: abstrahitur ei mitra per diaconũ euãgelij,⁊ facit reuerentiaȝ altari: deinde ascẽdit ad altare:subleuante illum archidiacono a dextris,⁊ alio a sinistris: et osculatur altare in medio: Interim Assistẽs accedit ad librum:et que dicenda sunt Pontifici digito demonstrat.

Acolitus portat vrceolos cuȝ aqua ⁊ vino facta prius credẽtia a credentiarijs

¶ Si Pontifex nõ sit in sua ecclesia:lotis manibus,⁊ abstersis:adiuuante diacono:procedit ad altare:⁊ deposita mitra illud osculat̃: deinde diaconus accipiens vnam ex hostijs:cũ ea tangit aliã:⁊ patenã atq̃ȝ calicẽ intus ⁊ extra:eamq̃ȝ dat pregustãdam subdiacono,vel sacriste si adsit. Tum patenã cum hostia offert pontifici:⁊ Pontifex illã suscipiẽs ambab[9] manibus:tenẽsq̃ȝ eã eleuatã ante pectus dicit. Suscipe sancte pater ⁊c. Et in fine faciẽs signũ crucis cũ ea: locat hostiaȝ super corporale versus mediũ:magis tamen ad se.Patenã vero ponit ad dextrã suam extra corporale.Diaconus interim accipit de manu subdiaconi ampullã vini:quaȝ illi acolitus ministrat:⁊ imponit vinum in calice quantuȝ satis sit:et id ostendit Pontifici. Tũ subdiaconuſ ampullam aque manu dextra preferens:ad Pontificẽ versus:capite inclinato,dicit. Bñdicite pater reuereñ. Et pontifex facto solus eam signo crucis, dicit orationẽ. Deus, qui humane substantie ⁊c. Et subdiaconus miscet paululum aque in calice:tũ diaconus accipiens calicem:illuȝ prebet pontifici:queȝ simul ambo Pontifex cum diacono tenentes ⁊ offerentes:dicunt orationem. Offerim[9] tibi ⁊c. Et in fine Põtifex facit cum eo signũ crucis:et eum collocat supra corporale:versus mediũ post hostiam:ita q̃ hostia sit inter ipsum celebrantem et calicem:⁊ diaconus accipienſ pallam tegit calicem. Tũ patena traditur subdiacono,qui stans post pontificem ⁊ diaconũ spatio congruẽti:extremitate illa veli,que a dextra dependet:tectã manu dextra eleuatã tenet:q̃si vsq̃ȝ ad fineȝ. Pater noster. Interim Põtifex prosequitur orationes. In spiritu humilitatis ⁊c. Et alias:vt in ordinario. Cum autem dixerit. Benedic hoc sacrificium tuo sancto nomini preparatuȝ. Offert ei thuribulũ:⁊ diacono ministrante naniculã põtifex iponit incẽsuȝ:vt supra:pro cuius bñdictione, dicit. Per intercessionẽ beati Michaelis ⁊c. Ut in ordinario:⁊ accipienſ thuribulum de manu diaconi:ter

Fit credẽtia de hostia.

Pontifex offert hostiam sup patenã dicens Suscipe ⁊c.⁊ ponit sup corporale.

Diaconus pparat calicẽ in oculis epi.

Subdiaconus petit benedictionẽ aq̃.

Incensuȝ benedicit ⁊ altare incensatur.

facit

facit signum crucis cum eo super oblata dicendo. Incensum istud a te benedictũ ⁊c. Deide circũfert ter ipsum thuribulũ: gyrãs illud supra oblata: primo ⁊ secũdo: incipiẽdo a dextra: ⁊ tertio a sinistra: semper pficiendo circulum: tũ incensat altare: vt dictũ est supra in vesperis: prosequens versiculos. Dirigatur domine orõ mea ⁊c. Incensato altari: pontifex in cornu epistolę reddit thuribulũ diacono dicens. Accendat dñs in nobis ⁊c. Ubi imposita sibi mitra p archidiaconũ: diaconus eum incensat: deinde Pontifex in eodem loco stans cum mitra abluit manus. Interim diaconus incensat alios prelatos si adsint: ⁊ magistratus: ac digniores: ⁊ canonicos: ac alios beneficiatos ecclesię. Cum absterfus fuerit Pontifex: extrahitur ei mitra ab archidiacono: ⁊ ponitur ad medium supra sinistrum cornu altaris videlicet euangelij: et procedens Pontifex ad medium altaris: inclinat se, ⁊ dicit orationẽ. Suscipe sancta trinitas. Et ea dicta osculat altare ppe hostiã: ⁊ vertens se ad sinistrã manũ: hoc est ad latus dextrum ad populum, dicit. Orate fratres ⁊c. ⁊ reuersus ad altare circulo pfecto: eleuatis manibus: vt in primis orationib⁹: dicit Secretas cõpetẽtes. Si vero altare taliter est locatũ, q celebrãs dum est in eo populum respiciat: non se vertit: ⁊ similiter cum dicit Dñs vobiscum. ad orationes. Finitis secretis: Põtifex manus supra altare hinc inde ponẽs: extra corporale: incipit in tono cõuenienti. Per oĩa secula seculorũ ⁊c. Cum dicit. Sursum corda. Eleuat manus. Cum autem dicit. Gratias agamus dño deo nostro. Jungit manus ⁊ caput deo inclinattum rursus eleuatis manibus prosequitur prefationem: ⁊ in fine iungit manus: ⁊ submissa voce dicit cum ministris. Sanctus ⁊c. Interim intorticia pro sacramento accẽduntur: quę capellani portant: et iuxta subdiaconum se collocãt: ipsum subdiaconũ medium inter se recipientes: et Pontifex prosequitur canonẽ in quo, dicit vna cũ famulo tuo Papa nostro N. ⁊ me indigno famulo tuo: ⁊ omnibus ⁊c. vt in ordinario: quem attente et deuote legit: cum dicit. Qui pridie ⁊c. tergit paululum super corporale pollices ⁊ indices: ⁊ cum ipsis digitis accipit hostiã: paululumq eam eleuat: ⁊ cũ dicit. Eleuatis oculis in cęlum. attollit ⁊ ipse oculos. Tũ benedicit: ⁊ verba cõsecrationis distincte: ⁊ reuerenter pfert: mox ipse inclinatus: consecratã hostiã deuote adorat. Deinde eã modeste eleuat ambabus manibus: ostenditq populo adorandã. Tum reuerenter eam deponit in loco suo: illi reuerentiã facit: genu terram tangens: neq amplius disiungit pollicem et indicem: quousq communicauerit: neq quicquã aliud tangit preter hostiam: ⁊ prosequitur: vt in ordinario. Sacramentum in eleuatione

Diaconus incensat epum stãtem cũ mitra ⁊ ei manus abluuntur.

Finitis secretis dicit pfationem ⁊ procedit more solito vsq ad finẽ missę.

ne vnus acolitorum in cornu epistolę genuflexus incensat: qui ipse prius in thuribulum imponit incensum. Cum autē peruenerit ad Per omnia secula seculorū ante Pater nr̄. deponit manus hinc et inde sup altare: et competēti voce et tono: illud dicit. Cū vero incipit Pater noster. eleuat manus ad altitudinem brachiorum: easque sic tenet vsq3 ad finem: cum dicit. Sicut et nos. Subdiaconus modeste accedit ad diaconum: qui accipit de eius manu patenā: et cum Pōtifex finiuerit Pater noster. Diaconus eā reuerēter illi tradit. Ille vero eam inter indicem et medium dextrę manus accipiens: digitis tamen non disiunctis.

¶ Cum in oratione. Libera nos quam secrete dicit: peruenerit ad Da propitius pacem. signat se cum patena: et facit: vt in ordinario ponitur: cum vero dicit orationem.

Domine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis etc. assistēs relinquens librū: et eius curā: de eo seruiēti: vadit ad sinistrum cornu altaris: et illic genuflexus expectat quousq3 Pōtifex osculatus fuerit altare: tunc reuerenter accedit ad Pontificis dextrā: et primo osculatur altare: deinde suscipit pacem a Pontifice dicēte. Pax tecum. cui ipse respondet. Et cū spiritu tuo. Tum assistēs dat pacē primatibus: deinde diacono qui eam dat subdiacono. Tum assistēs dat vni ex ministris: qui eā defert alijs oibus: et reuertit ipse ad ministeriū suum: interim Pontifex missam prosequitur ordine suo. Facta communione et purificatione: accipit mitram ex altari ille ad quē spectat: et eā offert diacono: qui eā imponit Pontifici: et Pontifex stans in sinistro cornu altaris lauat manus: vt supra. Interim assistens portat librum a dextro cornu in sinistrū: et subdiaconus plicat corporalia: mūdat et aptat calicem: et eā reportat ad credentiam. Pontifex abstersis manibus mitram deponit: et dicit postcommunionē: qua dicta vadit ad mediū altaris: et illud deosculatur: deinde vertit se, si vertendum est ad dextrū latus: ad populum et dicit. Dn̄s vobiscum. et conuersus deinde ad librū dicit. Oremus et orationes opportunas: quibus totaliter completis: postq3 finiuerit Per dn̄m. vltimę oōnis: reuertit ad mediū altaris: osculat illud: et vertit se ad populū vt prius (si vertendum est) et dicit. Dominus vobiscum: et deinde cum diaconus dixerit. Ite missa est. conuertit se ad altare ad manum dexteram: vel si dicendum sit Benedicamus: q3 primū dixerit Dn̄s vobiscū. Pōtifex cōuertit se ad altare. Et cū a choro responsum fuerit. Deo gratias. Pōtifex inclinatus in medio altaris, dicit. Placeat tibi sancta Trinitas etc. Quo dicto: si pontifex non sit archiepiscopus vel maior: accepta ibidē mitra versus ad altare in medio: formans sibi signū crucis cum pollice dextrę manus in pectore: con-

Pontifex dat solennem bndictionem si non est archiepus vel maior in hac forma

cōpetenti voce dicit. Sit nomen dñi &c. Tum signās se signo crucis a fronte ad pectus: et a sinistro ad dextrum humerū eadē voce dicit.
Adiutoriū nostrū in nomine dñi.
Deinde eleuat manus, et dicit.
Benedicat vos omnipotēs deus.
e cū dicit deus iungit manus ante faciem suā: tunc porrigit ei ad sinistram manū bacul⁹ pastoralis: cū quo vertēs se ad dextrū latus: benedicit populū signās ter et dicēs: pa ✠ tris: et fi ✠ lii: et spūs ✠ sctūs

Forma quam seruat archiepus in danda bndictione.

Si autē Pōtifex est archiepiscopus: vel maior: nō accipit mitram quādo daturus est bñdictionē: sed portat crux sua ante altare spatio congruenti: ipse vero stās detecto capite versus ad crucē ipsam dicit.
Sit nomen dñi benedictum. &c.
Et alia: ac signat: put supra dictū est. Conuersus deinde ad altare: deosculatur illud: et faciens cū pollice dextre manus sup altare signū crucis dicit. Dominus vobiscū.
℞. Et cum spiritu tuo. Initium sancti euāgelij secundū Johannē.
Ut in ordinario: Quo dicto: diaconus deponit sibi palliū: qd extendit super altare: et discedit processionaliter, vt venerat: Si locus est remotus in quo paramēta depositurus est: si autem prope altare illa deponit: Pōtifex data benedictione: signās crucē super altare: deinde frontē: os: et pectus suū: incipit euangeliū sancti Johānis: et interim cū euangeliū ipsum dicit, vadit ad locū vbi paramenta acceperat: et ibi deponit paramenta: que p capellanos sup altare reponuntur.
¶ Quamprimum autem Pontifex populo benedixerit: si nō fuit sermo: Assistens stans in medio altaris versus ad populum: publicat indulgentias per Pontificem concessas: prout supra post sermonem dictum est. Finito euangelio sancti Johānis pōtifex dicit añā:
Trium puerorū cantemus hymnum: quē cantabāt sancti in camino ignis benedicentes dñm. ps.

Oratio dicēda post missam.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula.
Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.
Benedicite aquē omnes: quē super celos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino:
Benedicite sol et luna domino: benedicite stellē celi domino.
Benedicite imber et ros domino: benedicite omnis spirit⁹ dei dño.
Benedicite ignis et ēstus domino: benedicite frigus et ēstas domino.
Benedicite rores et pruina domino: benedicite gelu et frigus dño.
Benedicite glacies et niues domino: benedicite noctes et dies dño.
Benedicite lux et tenebrē dño: benedicite fulgura et nubes domino.
Benedicat terra dominum: laudet et superexaltet eum in secula.
Benedicite montes et colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra domino.
Benedicite fontes domino: benedicite maria et flumina domino.
Benedicite cete et omnia quē mouentur

uentur in aquis domino: benedicite omnes volucres cęli domino.
Benedicite omnes bestię et pecora domino: benedicite filij hominum domino.
Benedicat Israel dominum: laudet et superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes dñi domino: benedicite serui dñi domino.
Benedicite spiritus et animę iustorum domino: benedicite sancti et humiles corde domino.
Benedicite Anania Azaria Misael domino: laudate et superexaltate eum in secula.
Benedicamus patrē et filium cum sancto spiritu: laudemus et superexaltemus eum in secula.
Benedictus es dñe in firmamēto cęli: et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Alius ps.
Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubę: laudate eum in psalterio et cithara.
Laudate eū in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominū. Gloria pri.
Sicut erat. Deinde repetit añ. Trium puerorū cantemus hymnum: quem cantabāt sancti in camino ignis benedicētes dominū. Qua repetita Pontifex stans detecto capite: versus ad altare si sit prope illud, dicit. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater nr̄. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a ma. ℣. Confiteātur tibi domine omnia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabunt scti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilibus suis. ℣. Non nobis domine nō nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Dñe exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas igniū: cōcede propitius: vt nos famulos tuos nō exurat flamma vitiorū. Alia ora.

Actiones nostras, quęsumus domine, aspirando preueni: et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat: et per te cępta finiatur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

DE VESPERIS SOLENnibus quę in presentia Pontificis celebrantur.

Pontifex vesperas solennes auditurus: cappa sua Pontificali indutus: ad ecclesiā veniēs: Capellano suo eius caudā post ipsum deferente: ante altare genuflexus: detecto capite orat deuote. Deinde ascēdit ad sedē suā vbi sedet: et aliquantulum quiescit. Tum surgit detecto capite: et stans versus ad al-

altare dicit secrete Pater noster. quo cõpleto: dicit voce cõpetenti. Deus in adiutorium meum intẽde. &c. Incepto psalmo sedet pontifex & tegit se: sic manẽs quousq; incipiatur capitulũ: quo incepto surgit: capite cooperto. Incepto hymno caput detegit: manens sic quousq; añ. ad Magnificat incipiatur: qua incepta sedens caput cooperit: & oblato sibi thuribulo p̄ acolitũ: archipresbytero, seu alio ex principalioribus canonicis naviculã ministrante: imponit incẽsum more consueto dicens Ab illo benedicaris &c. Incepto Magnificat &c. Põtifex accedit ad altare: & illud in medio osculatur: tũ accepto e manibus eiusdem archipresbyteri, seu canonici thuribulo: illud incensat more consueto. Deinde ad sedem suã revertitur: in quo ipse stans cooperto capite: incensatur ab eodem archipresbytero, seu canonico: tum caput detegit: sic manens vsq; ad finem psalmi. Interim alij digniores per acolytum incensantur more consueto. Finito psalmo sedet pontifex quousq; antiphona compleatur. Interim accedunt duo acoliti cum candelabris & candelis ardẽtibus, qui ante pontificem cõgruenti spatio se locant: & capellani vnus cum libro: alius cum candela accensa, & ex eo libro Pontifex finita aña surgens detecto capite: iuxta loci dispositionem, dicit Dominus vobiscum. & orationẽ opportunam. Qua finita, & dicto

Pontifex incẽsũ benedicit et dũ dicitur Magnificat altare incensat.

Pontifex dicit orõnem & postea benedicit pp̄lo

Benedicamus domino. Deo gratias. Põtifex ipse in sede sua: si in ea possit a populo commode videri: sin autem ante medium altaris: stans coopto capite ad altare versus: si cruce non vtatur, vel si vtatur cruce: detecto capite, ad populum & crucem suã versus, quę per capellanum ad hoc deputatũ genuflexum coram eo ibidem spatio cõgruenti tenetur: populo solenniter bñdicit, more consueto, & non dantur indulgentię.

DE MISSA SOLENNI quę in presentia pontificis celebratur.

Pontifex missã solennẽ auditurus, cappa sua pontificali indutus ad ecclesiam veniens: capellano suo eius caudam post ipsum deferente: primum ante altare genuflexus, detecto capite orat devote. Interim accedit ad eius sinistrã presbyter celebraturus: quẽ sequuntur diaconus & subdiaconus parati: facta oratione surgit pontifex: & stans ante medium altaris: detecto capite cum sacerdote celebraturo parato: astante sibi a sinistra manu dicit Introibo ad altare dei. perficiens confessionem more solito. Interim chorus cantat Introitum. diaconus, et subdiaconus ad sinistrã sacerdotis genuflectunt: et simul cõfessionem dicunt: Finita confessione: pontifex facta reverentia altari, vadit ad sedem suam episcopalẽ: et sa-

Pontifex dicit confessionem cũ sacerdote celebraturo stãte ipso sacerdote ad sinistrã eius.

z sacerdos cum ministris ascendit ad altare: Hec seruantur si sedes Pontificis sit prope altare: que si procul esset: vt puta in capite in introitu chori: ne Pontifex discurrere videatur sursum z deorsum: poterit facere cōfessionē in sede sua: cum illis q sunt apud eū: nisi Pontifice ante altare orante celebraturus adesset paratus: tūc enim oratione Pontificis finita: facerent simul confessionē: anteq̃ Pontifex sedē suā ascenderet: modo p̄dicto. Cum autē sacerdos ascēdit ad altare: vnus acolitorum portat thuribulum cum nauicella incensi ad Pontificem: et archipresbytero vel aliquo alio ex canonicis (non tamē ex duob⁹ assistētibus) Pontifici nauiculam porrigente: z coclear deosculāte: ac dicente. Benedicite pater reuereñ. Pontifex imponit incēsuz in thuribulo, dicēs.

Pontifex incēsuz benedicit.

AB illo benedicaris in cuius honore cremaberis. In noie pa ✠ tris: z fi ✠ lii: z spūs ✠ scti. Producens his dictis: signū crucis super incensum thuribulo impositum: z cū pontifex cochlear in nauicula reponit: ille canonicus eius manū deosculatur. Tum acolitus reportat thuribulū ad altare: z illud diacono tradit: z diaconus sacerdoti: q more solito incensat altare: deinde ipse solus incēsatur: tum legit Introitū: z Kyrie eleison. Interim vero duo capellani cū libro z cādela accedunt ad Pontificē corā quo tunc canonici faciūt circulū: z Pōtifex legit etiā Introitum: et cū illis dicit Kyrie eleison. Deinde cū sacerdos dicit. Gloria in excelsis deo. Pontifex cū canonicis p̄sequit. Et in terra pax hominib⁹ bone volūtatis zc. Et in fine eos benedicit.

Canonici faciūt circulū ante pontificez dum dicit Gloria in excelsis.

¶ Si aūt nō esset ecclesia sua: aut ibi non essent canonici: Pontifex illud dicit cum sibi assistentibus: quo per eū dicto sedet: dū a choro cantat. Deinde cū sacerdos dicit. Dñs vobiscum. Surgit pontifex detecto capite: sic manens vsq̃ ad finem vltime orationis. Tum sedet: z subdiaconus facta reuerētia altari z pontifici: cātat epistolā, qua cantata vadit ad pontificē: et genuflexus ante illū: tangens cum libro pontificis genua: eius manū super librum ponentis osculatur: cui pontifex benedicit signū crucis sup illū producēs nil dicendo. Tum ille ad altare reuertit: z pontifex ex libro: quē tunc capellanus de eo seruiens: z alius candelā accensam portātes ante ipsum: legit Epistolam, Graduale, et Allel'a, vsque ad Euangelium inclusiue. Diaconus autē cū tempus erit: cū euāgelistario ante pectus: facta reuerētia altari z pontifici: ponit librum sup altare in medio: z vadit ad pontificem: z eius manū osculatus reuertitur ad altare, in cui⁹ inferiori gradu genuflexus, dicit

Eps bñdictionē dat diacono lecturo euāgelium.

Munda cor meum. Tum surgēs accipit librū z redit ad celebrantē. Interim acolitus cū thuribulo z nauicula vadit ad Pontificē: qui more solito imponit incensum in thu-

Quandocunq; Pōtifex siue in missa: siue alio officio diuino: aut alias in cuiuis rei consecratione: aut benedictione mitra vtit: habere debet capellanum superpellicio indutū: qui tobaleam sericā longam tenet a collo ante pectus hinc et inde dependentē: et retro Pontificē stās: cum tempus sit mitram recipit ab assistēte: vel diacono ipsam Pontifici deponente: et eā per extremitates dicte tobalee tenēs: conseruat: quousq; sit Pontifici reimponenda. Tunc eam diacono, aut capellano assistenti prebet: vt per eū Pontifici imponat. Subdiacono autem alias impedito: ipse vittas mitre tenet: vt Pōtifici cōmodius imponatur. In missa post offertorium: Pontifice incēsato ac manibus lotis: mitrā ponit sup altare in cornu eple: quousq; Pontifex cōmunicatus post purificationē sit loturus. Tunc iterū eam reaccipit: vt Pontifici imponatur. In vesperis vero: capellano assistēte alias impedito: aut etiam extra diuina: ac in rerū cōsecrationibus: vel benedictionibus: in quib⁹ assistens ac diaconus et subdiaconus non intersunt: ipse capellanus tēpore opportuno stans ante Pontificē: ei mitrā imponit et deponit.

Capellanus de mitrā cū superpellicio indut⁹ tobaleā sericā in collo tenens mitram tenet et eam diacono dat epo deponendā et quando deponitur eam recipit et alia vt habentur in textu facit.

DE SCRVTINIO SEROTINO: quo antiqui vtebantur: antequam electus in episcopum consecraretur.

Et quoniā in nostra ordinatione episcopali: diximus scrutinium serotinū: quo antiquitus ecclesie vtebātur: non

nō esse amplius in vsu: atq; ideo ne cōsecratoribus impedimēto esset: illud tanq; superfluū preterimisimus: Tamē q: pleraq; ibi sunt cognitu digna: et q sanctā vetustatē redolēt: noluimus omittere vt nostra culpa oino perijsse viderent. Proinde scrutiniū ipsum et instructionem: quam edictum vocabāt: et quam Metropolitanus consecrato in scriptis dabat: huic nostro operi: post cōsecrationem interferenda putauimus: non tam ad necessitatem: q; ad voluptatē: atq; etiam vtilitatem lectoris.

¶ Scrutinij igit serotini ordo hic erat. Sabbatho ante dñicam ad consecrandū illum statutam: hora vespertina: Metropolitanus residebat sup faldistorium in atrio ecclesie: vel in alio solito: vel quo malucrat loco paratū. Et suffraganei episcopi duo ad minus ad hoc specialiter cōuocati: a dextris et sinistris ei⁹: sup faldistoria similiter residebāt: parati supra rochetum: amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali, mitra, baculū pastoralem in sinistra: et libros Pontificales ante se tenētes. Tunc archipresbyter vel archidiaconus ecclesie ad quā in crastino cōsecrandus erat electus: vel alius iuxta morē ecclesie paratus amictu, alba, cingulo, et pluuiali vel casula: si moris erat: deductus medi⁹ inter duos canonicos eiusdē ecclesie: veniebat corā Metropolitano: et flexis a remoto genibus: a metropolitano bñdictionē petebat: dicens in tono lectionis: Iube domne benedicere. Respōdebat Metropolitanus sedēs eodē tono: voce minori. Uos regat et saluet: celestis conditor aule. Deinde idem archipresbyter, vel archidiaconus appropinquabat se paululum: iterū genuflectēs: benedictionem simili modo petebat dicēs. Iube domne benedicere. Et Metropolitan⁹ respōdebat. Uos dominus conseruet: custodiat atq; gubernet. Tertio propinquius Metropolitano: genuflexus coram illo: tertiam benedictionem petebat, dicens. Iube domne benedicere. Respondebat Metropolitan⁹. Gaudia celorum: det nobis rector eorum. Benedictione itaq; cōpleta: interrogabat eū Metropolitan⁹ corā se genuflexū. Fili mi qd postulas? Respondebat archidiaconus. Ut deus et dñs noster: concedat nobis pastorem. Interrogatio. Sit de ipsa Ecclesia: vel de alia? Respondebat. De ipsa. Interrogatio. Quid vobis placuit in illo? Respondebat. Sanctitas, castitas, humilitas, benignitas, et omnia que Deo placita sunt. Interrogatio. Habetis decretū? Respondebat. Habemus. Metropolitanus dicebat. Legatur. Tunc proferebatur et legebatur decretum hoc modo.

Forma decreti electionis epi scopi.

Reuerendissimo in Christo patri domino N. Metropolitice sedis dignitate cōspicuo. Capitulum talis Ecclesie totius deuotionis famulatum. Credimus nō latere

latere vestram celsitudinē: q̄ nostra ecclesia suo sit viduata pastore. Que siquidem solatio proprij destituta rectoris:ne grex dominicus perfidorū luporum morsibus pateret:⁊ ne improbi fieret preda reptoris:communi voto atq̄ consensu elegimus nobis in Pontificem N. presbyterū nostre ecclesie. vel talis Ecclesie si non sit de ipsa: virū vtiq̄ prudentē: hospitalem, moribus ornatum:castū,sobrium ⁊ mansuetum: Deo ⁊ hominibus per omnia placētem: quem ad reuerentie vestre dignitatem deducere curauimus: vnanimiter postulantes et obsecrantes: a vestra reuerenda paternitate nobis illū Pontificē ordinari:quatenus auctore domino nobis velut idone⁹ pastor preesse valeat et prodesse: nosq̄ sub eius sacro regimine:domino semp militare cōdigne possimus. Ut autē omnium nostrum vota in hanc electionē conuenire noscatis: huic canonico decreto proprijs manibus roborādo nos subscripsimus: et quilibet scribēs dicebat sic. Ego talis scripsi ⁊ subscripsi. et sic de alijs. Lecto decreto: prosequebatur Metropolitanus ⁊ dicebat. Uidete ne aliqua promissionem vobis fecerit: quia simoniacum ⁊ cōtra canones est. Respondebat. Absit. Et Metropolitanus dicebat. Introducatur. Tunc archidiaconus vel archipresbyter exhibito dicto decreto ipsi Metropolitano: reuertebatur cum canonicis sicut venerant ad vestiarium: ⁊ ibi deponebant vestes. Accensis autē cereis electus adhuc ieiunus: pluuiali supra superpellicium paratus: ducebatur processionaliter coram Metropolitano: precedētibus eūm canonicis ecclesie: ad quam erat electus: archidiacono et archipresbytero ecclesie Metropolitane hinc ⁊ inde ipsum deducentibus: qui stans conuenienter remotus a Metropolitano: flexis genib⁹ petebat intelligibili voce bn̄dictionē dicens.

Elect⁹ ieiunus ad metropolitanū ducebatur.



Iube domne benedicere. Metropolitanus sedens, in eodem tono voce minori dicebat. Spiritus sancti gratia illuminare dignetur sensus ⁊ corda nostra. Deinde surgens ⁊ procedens paululum: iterū genua flectebat dicens. Iube domne benedicere. Metropolitanus rn̄debat. Ignem sui amoris: accendat deus in cordibus nostris. Rursum surgens adhuc paululū appropinquans: ⁊ genuflectēs dicebat tertio. Iube domne benedicere. Metropolitanus respōdebat. Dn̄s custodiat introitum tuum: ⁊ exitum tuū. R. Amē. Tunc interrogabat eū corā se genuflexum Metropolitanus.

Pōti. G G Fili

Fili mi quid postulas? Rñdebat electus. Reuerendissime pater: confratres mei elegerunt me (licet indignum) sibi esse pastorem. ¶ Interrogatio. Quo honore fungeris? Respōdebat. Presbyteratus vel talis. Interrogatio. Quot annos habes in presbyteratu? Respōdebat. Decem vel tot Si vero forsan ipsa die, vel infra breue tempus fuerat ab eo in presbyterum ordinatus: respondebat. Tu scis domine. Interrogatio. Habuisti coniugium? Respondebat Minime. Si forte habuerat: et per ipsum consecratorē eius electio examinata et cōfirmata fuerat: tunc respondebat. Tu scis domine. Interrogatio. Disposuisti domui tuę. Rx. Disposui. Interrogatio. Qui libri leguntur in ecclesia tua? Rx. Penta theucus: prophetarum: euangeliuȝ: apocalypsis: Epistolę Pauli: et reliqui? Interrogatio. Nosti canones. Rx. Doce me domine. Metropolitanus tunc dicebat. Vide ordinationes si feceris: vt certis temporibus facias. Ieiunio primi, quarti, septimi, et decimi mensis. Bigamos: aut curiales: aut de seruili cōditione ad sacros ordines non promoueas. A simoniaca vero heresi te omnino custodias. Dabitur tamen tibi edictū de scrinio nostro: qualiter debeas cōuersari. Uide autem ne aliquam promissionē ppterea feceris: quia simoniacū et cōtra canones est. Rx. Absit. Metropolitanus dicebat. Tu videris. Quia ergo omniū in te vota cōueniunt: hodie abstinebis: et cras deo annuente cōsecraberis. Rx. Precepisti dñe. Sed si expediebat. Metropolitanus dispensabat cū illo: vt comederet: et deputabat ei aliquē discretum de sua ecclesia cōfessorē: cui cōsecrandus peccata sua cōfitebatur: et mox consecrando ad terram prostrato Metropolitanus sedēs cum mitra: incipiebat: schola prosequente Antiphonam.

Metropolitanus sedens cum mitra incipiebat schola prosequente añam. Cōfirma.



Confirma hoc deus qd operatus es in nobis a tēplo sctō tuo





qd est i Ierusalē: E v o v a e. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eū a facie eius: totus dicebat cū Gloria patri. Sicut erat. Deinde repetebat añ. Qua dicta Metropolitanus deposita mitra surgebat: et stans versus ad consecrandum prostratum dicebat. ꝟ. Saluum fac seruum tuum dñe. Rx. Deus meus sperantem in te. ꝟ. Esto ei domine turris fortitudinis. Rx. A facie inimici. ꝟ. Nihil pficiat inimicus in eo. Rx. Et filius iniquitatis non nocebit ei. ꝟ.

ps. Exurgat totus dicebatur et repetebatur añ. post Glā.

Metropolitan⁹ stās sine mitra dicebat ꝟ et orationes sequētes.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: miserere huic famulo tuo N. et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis eterne: vt te donante tibi placita cupiat: et tota virtute proficiat. Alia oratio.

Actiones nostras, quesumus domine aspirando preueni: et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat: et per te cepta finiatur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde metropolitanus detecto capite crucem ante se habens benedicebat populo dicens. Sit nomen domini etc. fol. 35. Qua data singuli ad propria reuertebantur.

Die dominica qua consecratio fieri debebat: parabantur ecclesia et capelle, credentia: paramenta: et omnia alia supra in principio consecrationis electi posita. Deinde veniebant Metropolitanus, electus, et episcopi assistentes ad ecclesiam: et in capellis suis se induebant: vt supra: quibus paratis: et metropolitano in faldistorio ante altare sedente: adducebatur electus medius inter assistentes episcopos: et facta reuerentia metropolitano, Senior assistentium episcoporum stans deposita mitra dicebat.

Reuerendissime pater: postulat sancta mater ecclesia catholica: vt hunc presentem presbyterum ad onus episcopatus subleuetis. Metropolitanus dicebat. Scitis illum esse dignum? Respondebat episcopus. Quantum humana fragilitas nosse sinit: scimus et credimus illum dignum esse. Metropolitanus respondebat, Deo gratias. Tunc omnibus sedentibus: vt supra dictum est: metropolitanus intelligibili voce: et assistentes episcopi submissa voce faciebant examinationem suprascriptam: videlicet. Antiqua sanctorum etc. et omnia alia suo ordine: prout supra sunt ordinata, vsque ad finem examinis. Quo completo et manu metropolitani per electum osculata: idem electus ante metropolitanum genuflexus: ante se habens cedulam scriptam: iurabat: et prestabat fidelitatis debite solitum iuramentum metropolitano in hunc modum.

Ego N. talis ecclesie vocatus Episcopus: promitto in conspectu omnipotentis dei: atque totius ecclesie: quod ab hac hora in antea fidelis et obediens ero perpetuo: more predecessorum meorum: beato N. sancteque ecclesie tali, nominando ecclesiam Metropolitanam et vobis domino meo N. dei gratia eiusdem ecclesie Archiepiscopo: vestrisque successoribus canonice intrantibus: prout est a sanctis patribus institutum: et ecclesiastica, ac romanorum Pontificum commendat auctoritas. Non ero in consilio aut consensu: vel in facto vt vitam perdatis aut membrum: aut capiamini mala captione. Consilium quod mihi per vos:

aut per literas: vel per nuntium crediturí estis: ad damnum ve strum me sciente nulli pandã: Uocatus ad synodum veniã: nisi prępeditus fuero canonica pręspeditione. Uos quoque ꝛ nuntios vestros: ac ecclesię talis nominando ecclesiam metropolitanã. Quos certos esse cognouero, in eundo, stãdo, ꝛ redeundo, honorifice tractabo: ꝛ in suis necessitatibus adiuuabo: possessiones vero ad mensam mei episcopatus pertinentes non vendã: neqȝ donabo: neqȝ de nouo infeudabo: vel aliquo modo contra ius: vel consuetudinem ecclesię meę alienabo: vobisq́ vel vestris successoribus inconsultis.



Deinde librum euangeliorũ quem Metropolitanus coram se apertum sup genibus tenebat: electus ambabus manibꝰ supra scripturam tangebat dicẽs. Sic me deus adiuuet et hęc sancta Dei euangelia. Quo facto sigillum suũ literę iuramenti huiusmodi pro maiori illius robore appendebat: seu appendi faciebat: ꝛ eam Metropolitano tradebat.

Electꝰ positis manibus sup librũ euangeliorum apertũ tactis libris iurabat.

¶ Tunc deposita mitra surgebat Metropolitanus et faciebat confessionem: ꝛ procedebatur in omnibus: et per omnia: prout supra ordinatum est vsque Ad multos annos inclusiue. Quo per consecratum dicto: Metropolitanus tradebat consecrato edictum scriptum huiusmodi tenoris.

Procedebatꝰ ad cõsecrationẽ p oĩa sicut supra ordinatum est

Forma edicti metropolitani qđ tradebat consecrato episcopo.

Dilecto nobis fratri ꝛ coepiscopo t.n. Salutem in dño sempiternam. Quoniam vt credimus: diuino te nutu vocãte: Capitulũ talis ecclesię vnanimiter elegerunt rectorẽ: ꝛ ad nos vsqȝ perducente: petierunt episcopũ consecrari. Et ideo adiuuãte deo: per manus nostrę impositionẽ episcopus cõsecratus es. Amodo frater charissime sciasq́ te maximum pondus suscepisse laboris: qđ est sarcina regiminis animarũ: ꝛ commodis deseruire multorũ: omniumqȝ fieri minimum: atque ministrum: ꝛ pro credito tibi talento: in die diuini examinis rationem redditurum. Nam si saluator noster dicit. Non veni ministrari sed ministrare: ꝛ animam suam posuit pro ouibus suis: quanto magis nos inutiles serui summi patrisfamilias: debemus maximo cum sudore incumbere: oues dominicas a summo nobis pastore consignatas: ad ouile dominicum: suffragante diuina gratia: absque morbo vel macula perducere. Exhortamur ergo dominationem tuam: vt fidem, quam in exordio tuę consecrationis breuiter lucideqȝ digessimus: illibatam ꝛ inuiolabilẽ custodias. Quia fides: omnium virtutũ

Matt. 20.

Joh. 10.

tutum fundamentum est. Scimus
aūt q ab infantia sacris es literis
erudit⁹: & canonicis institutis edo
ctus. Attamen ad te dirigēdus est
breuiter sermo noster: Ordina-
tiones ergo si quas feceris: ſm ca-
nones atq; apostolicam ecclesiaž
aptis tēporibus fac: idest mensis
primi, quarti, septimi, & decimi. Ui
(i. Ti. 5.) de, vt nemini manus cito iponas,
& ne cōmunices peccatis alienis:
bigamos, aut curiales, aut seruuž
cuiuslibet ad sacrum ordinem ne-
quaq̄ promoueas, nec neophitū,
(i. Ti. 3.) ne ſm apostoli sententiā: in super-
biam elatus: in laqueum vel vora-
ginež incidat diaboli. Sed eos in
sacrosancta ecclesia ordinare stu-
de, q etatem habeāt maturitatis:
apud deuž & apud hoīes fideliter
vixerint: et deinceps viuere stu-
deant. Et hoc cauendū tibi est: et
quasi venenū pestiferum reijcien-
duž: ne auaritia surripiat cor tuū:
vt per quodlibet munus acceptū:
manus impositionem alicui tri-
buas: & per simoniacam heresim:
quam saluator noster omnimode
detestatur: in preceps ruas. Me-
mēto quia gratis accepisti: gratis
& da. Secundum enim vatis elo-
quium. Qui eijcit auaritiam & ex-
cutit manus suas ab omni mune-
re: hic in excelsis habitabit: & mu-
nimenta saxorū sublimitas eius.
Panis ei datus est: aque etiam ip-
sius fideles sunt. Regē in decore
videbūt oculi eius. Temetipsum
mitem: castumque custodias. In
habitaculum tuum aut raro: aut
nunquam mulierū sit ingressus.
Omnes puellas & virgines Chri
sti: aut equanimiter ignora: aut
equanimiter dilige: neq; de pre-
terita castitate cōfidas: quia neq;
Sansone fortior: neq; Dauid san-
ctior: neq; Salomone poteris esse
sapientior. Quando autē ob ani-
marum lucrum: visitationis causa
in collegiū vel infra septa ingres-
sus fueris ancillarum dei: non so-
lus introeas: sed tecum adhibe so-
cios tales: quorū contubernio nō
diffameris. Quia oportet episco-
pum irreprehensibilem esse: & testi
monium habere bonū ad omnes:
nequis ex eo scandalum sumat.
Scandalizanti enim vnum ex pu-
sillis: scimus quanta animaduer-
sio a dño cōparatur. Predicatio-
ni insta: verbum dei plebi sue tibi
cōmisse, affluēter, & melliflue, atq;
distincte, inquantū rore celesti per
fusus fueris: predicare nō desinas.
Scripturas diuinas sepius lege.
Immo (si potest fieri) lectio sancta
in manibus tuis maximeq; in pe-
ctore semper inhereat: ipsaž vero
lectionē oratio interrumpat. Ad
instar nanq; speculi anima tua in
ipsam sedulo respiciat: vel que in-
correcta sunt corrigat: vel que pul
chra sunt amplius exornet. Disce
qđ sapienter doceas: cum qui ſm
doctrinam est fidelem sermonem:
vt possis exhortari in doctrina sa
cra: et contradicentes reuincere.
Permane in his que didicisti: et
credita sunt tibi eloquia diuine di
spensationis. Paratus semp esto:

seniés: sequacesq́ue illius: adhuc in carne vitam agentes: huc illucq́ꝫ debacchantes: et animas innocentium laniare cupiẽtes: in ouile dominicum ingrediendi ad perdendas animas locum non habeant. Nullus te fauor extollat: nulla aduersitas atterat: idest: vt neque in prosperis cor tuũ eleuetur: neqꝫ in aduersis in aliquo deijciatur: sed omnia et in omnibus caute et cum discretione agere te volumus: vt absqꝫ reprehensione: ab omnibus viuere comproberis. Sancta trinitas: fraternitatem tuã: sua protectione icolumem custodiat: vt dũ tali moderamine: in Deo nostro: onus quod suscepisti peregeris: in die eterne retributionis: eo dicente audire merearis. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam: intra in gaudium dñi tui. Quod ipse tibi prestare dignetur: qui cũ patre et spiritu sancto: viuit et regnat Deus: in secula seculorũ. Quo tradito ibunt omnes: quilibet ad locum suũ ad se exuẽdum.



DE EXPVLSIONE PVblice penitentium ab Ecclesiã: in feria quarta cinerum.

In capite ieiuniorum: solenniter penitentes: ex institutione cõcilij Agathensis: de ecclesia eijciuntur hoc modo.

¶ Penitentes enim quib⁹ secundum ius vel cõsuetudinẽ pro grauioribus criminibus solennis penitentia est imponẽda: hac die hora quasi tertia conueniunt ad ecclesiam cathedralem: in vilib⁹ vestimentis: nudis pedibus: et vultibus ad terram demissis: quorum nomina scribi debent: accipientes penitentiam iuxta modũ culpe ab episcopi penitentiario: vel ab his quibus hoc officium commissum est: et postea omnes emittuntur: et ma-

manent ante fores ecclesie. Pontifex interim dicta sexta: si non sit celebraturus: paratur supra rochetum (vel si sit religiosus supra suppellicium) amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali violaceis, mitra simplici, et baculo pastorali. Si autem Pontifex est celebraturus: dum dicit tertia, seu sexta: more solito accipit sandalia et cetera paramenta pontificalia: vsque ad dalmaticā inclusiue: et desuper pluuiale coloris violacei, et mitram simplicem, et benedicit Cineres: ac distribuit eo ordine: vt supra dictū est de officio faciēdo in fer. iiij. ciner. f. 171. Quibus peractis: Pontifex cum ministris: schola precedente et toto clero cruce aqua benedicta et duobus cereis precedentibus: egreditur chorum circa medium ecclesie, vbi parata sit sedes. Tunc clerus diuiditur per duos choros: hinc inde versus valuas ecclesie. Penitentes vero omnes ingressi prosternunt se cum lachrymis in ecclesie pauimento coram epō inter vtrunque chorum. Tunc Pontifex sedens cum mitra, vel archipresbyter stans: ponit cineres super capita singulorum dicens.

Memento fili, quia cinis es, et in cinerem reuerteris: age penitentiam, vt habeas vitam eternam.

Et vnus ex canonicis aspergit eos aqua benedicta. Postea Pōtifex stans deposita mitra: benedicit cilicia in hunc modum. ℣. Adiutorium. etc. Dñe exaudi orationem. Dñs vobiscū. Oremus. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, qui peccatoribus pietatis tue misericordiā querentibus hoc indumento vestitis misericordiam et veniā tribuisti: obsecramus clementiā tuā: vt hoc indumētū, quod vocatur ciliciū, bene ✠ dicere et sancticare digneris: vt quicunque eo pro peccatis suis indutus fuerit: et misericordiam implorauerit: veniā et indulgentiā tue misericordie consequatur. Per christū. ℟. Amen. Aspergatur aqua benedicta. Benedictis ciliciis: episcopus capita eorum cooperit cum eis, dicens.



Apud dñm misericordia est: et apud deum redemptio: ita enim lapsis hominibus subuenit non solum per baptismi et confirmationis gratiam: sed etiam per penitentie medicinam: vt spiritus humanus vita reparetur eterna. ℟. Deo gratias. Quo facto pontifex incipit añ. Ne reminiscaris. et super faldistorium accumbit: et ministri et totus populus et penitentes prosternunt se in terram: et pro ipsorum penitentium absolutione: dicunt septē psalmos penitentiales: alternatim: deinde dicitur añ. Ne reminiscaris. quere supra in bene-

benedictione abbatis. folio. 53. Postea dicatur Litania. Qua finita: Pontifex dicit super ipsos penitentes. Pater nr. Et ne nos. ℣. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus meus. etc. ℣. Mitte eis dñe auxiliũ de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Nihil proficiat inimicus in eis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. ℣. Esto eis dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe deus virtutũ conuerte nos. ℟. Et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine exaudi. Dñs vobis. Oremus. Oratio.

Exaudi domine preces nr̃as et confitentiũ tibi parce peccatis: vt quos conscientie reatus accusat: indulgẽtia tue miserationis absoluat. Per christum dñm nr̃m. ℟. Amẽ. Oremus. Oratio.

Preueniat hos famulos tuos, et has famulas tuas, quesumus domine, misericordia tua: vt omnes iniquitates eorũ celeri indulgentia deleantur. Per Chrm. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: nec sit ab his famulis et famulabus tuis clementie tue longinqua miseratio: sana vulnera: eorũq; remitte peccata: vt ab omnibus iniquitatibus expiati: tibi domine semper valeant adherere. Per chrm dominũ nostrũ. ℟. Amẽ. Oremus. Oratio.

Domine deus noster, qui offensione nostra nõ vinceris: sed satisfactione placaris: respice, quesumus, ad hos famulos tuos et famulas tuas: qui se tibi peccasse grauiter cõfitenť: tuũ est enim absolutionẽ criminum dare: et veniã prestare peccãtibus: qui dixisti te penitẽtiam malle peccatoris, quam mortem: concede ergo domine: vt tibi penitẽtie excubias celebrẽt: et correctis actibus suis: conferri sibi a te sempiterna gaudia gratulentur. Per christum. ℟. Amen.

His pmissis surgunt penitentes: et facit eis põtifex sermonẽ: ostendens qualiter Adam propter peccatũ eiectus est de paradiso: et mulra maledicta in eum congesta: et qualiter eius exemplo: ipsi de ecclesia ad tempus eiiciendi sunt.



Quo facto: accipiat vnũ ex eis per dexteram manum: et omnes alii similiter se manibus tenẽtes: candelas accẽsas in manibus habentes: subsequantur eum: et ita eos eiiciat de ecclesia cũ lachrymis dicẽs. Ecce eiicimus vos hodie a liminibus sancte matris ecclesie: propter peccata et scelera vestra: omnipotens deus faciat vos reuerti cũ fructu penitentie. ℟. Amen. Et interim schola in sequente cantat Responsorium.

I n sudore vultus tui ve sce
ris pane tuo dicit dominus
ad Adam donec reuertaris ad
terram de qua assumptus es.
Quia puluis es et in puluerem
reuerteris. Pro eo quod audisti
vocem vxoris tue plusquam me: ma
ledicta terra in o pere tuo in
laboribus comedes panem
ex ea. Quia. ℟. Ecce Adam quasi
vnus e nobis fa ctus est sciens
bo num et malum. Videte ne
forte sumat de ligno vite et vi
uat in eternum. ℣. Fecitque
dominus Ade tunicam pellice
am et induit eum et ait. Videte.

Gloria patri. Videte.

Et sic eis extra eiectis: et ante val
uas ecclesie genibus flexis gemen
do manentibus: Pontifex in limi
ne ostij stans: moneat eos quod de do
mini misericordia non desperent:
sed ieiunijs, orationibus, peregri
nationibus, elemosynis, et alijs
bonis operibus inuigilent: et do
minus ad fructum vere penitentie
eos perducet: quodque feria quinta
in cena domini redeant: quoniam
tunc in sanctam ecclesiam reducentur:
quam

quam vsq3 tunc ingredi non pre- sumant. Et mox Pontifice cum processione ad chorum redeunte: value ecclesie ante oculos eorum clauduntur: et incipitur missa: et proceditur ordine suo.

DE RECONCILIATIONE penitentium: que fit in quinta feria in cena domini.

Feria quinta in cena domini: expleta lotione pedum pauperum: reconciliantur penitetes: quibus ab ecclesia solenne agere penitentiam iniunctum est: qui in capite ieiuniorum de ipsa eiecti fuerunt. Ait enim Innocentius Papa. De penitentibus qui siue ex gravioribus: siue ex levioribus commissis penitentiam gerunt: si nulla interueniat egritudo: quinta feria ante pascha eis remittendum Romane ecclesie consuetudo demonstrat. Si vero quis in egritudine vixerit: atq3 vsq3 ad desperationem deuenerit: ei ante tempus pasche relaxandum: ne de seculo absq3 communione decedat. Vigiliis quoq3 Papa ait. Penitentium reconciliatio fit nō per illam manum impositionem, que inuocatione sancti spiritus operatur: sed per illam, que dignos penitentie fructus acquirit: et sancte communionis restitutione perficitur. Sane penitentibus in quibusdā ecclesiis mane iussu episcopi ante fores Ecclesie exterius humiliter constitutis: vnus sacerdos in altari quo altari eisdem foribus propriori celebrat missam: cuius Introitus est. Misereris omnium. feria quarta cinerum. ℟. Miserere. ℣. Misit de celo feria quarta ante dominicam de passione. Epistola. Lauamini. Euangelium. Erant appropinquantes. dominica quarta post Pentecostes. Offertoriū. Sicut i holocaustū. Communio. Amen dico vobis. Dñica vigesimaquarta post pent.



Missa igitur (si dicatur) expleta: mox sacerdotes quibus impositum est penitētium confessiones audire: audiant illas: vel in ecclesia vel in aliquo loco ad hoc deputato: et qualiter in transacta quadragesima se gesserint: qualiterue iniunctas sibi penitētias observauerint: diligēter inquirant: et notata fideliter nomina habeāt: et annos penitentie: ac delicta et circunstantias singulorū: vt cum hora requisitionis aduenerit: qd de singulis Pontificalis censeat auctoritas clarescat: et vniuersorum causas et liberius et expeditius decernere possit. Auditis itaque confessionibus: episcopus ante horam sextam examinat cum sa-

sacerdotibus ipsis diligenter qui digni sunt reconciliari ⁊ qui non. Deinde paratus cum amictu, alba, stola, pluuiali, mitra simplici et baculo pastorali, sine manipulo ministris etiam paratis. Et insup quatuor subdiaconis paratis: et vno diacono de antiquioribus induto solenniter: ac etiam vno archidiacono cum amictu, alba, et stola sine dalmatica: prosternit se super faldistorium coram altari dicens cum prefatis ministris ⁊ clero septem psalmos penitentiales supra fo. 53. ⁊ Litaniā supra. fo. 10. penitentes vero tunc ante fores ecclesie nudis pedibus ad terram prostrati manent tenentes in manibus cereos extinctos. Cumqȝ in Litania dictum fuerit.

Omnes sancti patriarche ⁊ prophete orate pro nobis. et idem a choro fuerit respōsum: paulisper subsistitur: et tunc Pontifex mittit ad penitentes duos subdiaconos, candelas accensas in manibus ferentes. Qui cum ad portam peruenerint stantes in limine ostij: eleuatis manibus ostendunt illis candelas accensas: dicentes Antiphonam.





Qua finita extingunt mox ipsas candelas corā illis, ⁊ reuertuntur ad locum suum. Et proceditur in Litania. Cumque dictum fuerit.

Omnes sancti martyres orate pro nobis. ⁊ idem a choro responsum extiterit: tunc etiam subsistitur a Litania. ⁊ episcopus mittit ad illos duos alios subdiaconos simili modo cū candelis accensis: qui in limine ostij cōstituti cātant añam.



Et mox extinctis cādelis, vt prius: reuertuntur ad locum suum. Et proceditur in Litania vsque ad **A**gnus dei. tunc Pontifex mittit

tit ad illos vnum senem Diaconum indutum, vt supra, cum magno cereo illuminato. Ille igitur in limine ostij constitutus cantat antiphonam.



Leuate capita vestra: ecce ap-



propinquabit redẽptio vestra.

Et tunc accenduntur candele penitentium ex illo cereo. Cereus autem ille nõ extinguitur: sed diaconus cum eo accenso reuertitur.

Et tunc dicitur in Litania.

Agnus dei q tollis peccata mundi parce nobis domine: ⁊ alia vsq; in finem. Quo dicto Pontifex ab accubitu surgens cũ ministris et clero cruce thuribulo: cereis et omni apparatu precedẽtib⁹ egreditur extra chorum ecclesie. Et parato sibi quasi in medio ecclesie faldistorio sedet respiciẽs ad ostiũ Ecclesie clero per choros versus ipsum ostium ab vtroq; latere disposito seriatim. Tunc vnus archidiaconus paratus, vt premissum est, stans in limine ostij: excelsa voce in tono lectionis dicit ad illos ante ostium foris stantes:

State in silẽtio: audiẽtes audite. Indicto itaq; silentio vertens se ad Pontificem, dicit similiter in tono lectionis.




Adest o venerabilis Põtifex tempus acceptum: dies propitiationis diuine: ⁊ salutis humane: quo mors interitu; ⁊ vita eterna accipit principium: quando in vinea domini sabaoth: sic nouorũ plantatio faciẽda est: vt purgetur execratio vetustatis. Quamuis enim ad vicẽ bonitatis Dei; nihil temporis vacet: nunc tamen ⁊ largior per indulgẽtiam est remissio peccatorum: et copiosior per gratiam assumptio renascentium: augemur regenerandis: crescamus reuersis. Lauant aque: lauant ⁊ lachryme. Inde est gaudium vocatorum. Hinc letitia de absolutione penitentiũ: Inde est, q supplices tui: posteaquam in varias formas criminũ: neglectu mandatorum celestium: ⁊ morũ probabiliũ transgressione ceciderunt: humiliati atq; prostrati prophetica ad deum voce clamant dicẽtes. Peccauimus cum patrib⁹ nostris: impie egimus: iniquitatem fecimus. Miserere nostri domine miserere nostri. Et euangelicã vocẽ nõ frustratoria aure capientes: beati qui lugent quoniã ipsi cõsolabuntur.

Põti. M M Man-

Manducauerunt sicut scriptū est panem doloris: lachrymis stratū rigauerūt: cor suū luctu: ⁊ corpus suū afflixerunt ieiunijs, vt animarum recuperarēt quā perdiderāt sanitatē. Unicū itaqꝫ est penitenti suffragium: qđ in singulis prodest, ⁊ omnibus in cōmune succurrit. ¶ His dictis, Pontifex surgens accedit cum ministris ad ostium Ecclesię: clericorum choro se non mouente. Et stans in medio ostij facit eis breuem exhortationē de clementia diuina et de venię promissione: dicens eis qualiter mox in ecclesiā reducent: ⁊ qualiter viuere debēt. Quo facto cātat añaꝫ.



Ve nite veni te venite



fi li j audite me timorem do



mini docebo vos.

Qua dicta diaconus ex parte penitentium stās: dicit pro eis. Flectamus genua. Et episcopus secundo dicit dictam añ. Uenite venite. Et diaconus idē iterū dicit. Flectamus genua. Et mox episcopus tertio repetit prefatā añaꝫ. Uenite venite. Deinde ingreditur ecclesiam stans infra ostium: distans ab illo: spatio conuenienti: ⁊ tunc archidiaconus inchoat ⁊ schola prosequitur. Antiphonā.



Accedite ad eum et illumina



mini et facies vestrę non con



fundentur. Ps. Benedicam. Qua incepta: mox penitentes ingredientes infra ostium Ecclesię corruunt ad pedes Pontificis: sicqꝫ prostrati ⁊ flentes iacent donec premissa antiphona ⁊ ps compleantur. Quibus expletis: vnus archipresbyter dicit in tono lectionis id quod sequitur.

Redintegra in eis Apostolice Pontifex: quicquid diabolo suadente corruptum est: et orationum tuarum patrocinātibus meritis: per diuinę reconciliationis gratiam: fac homines proximos deo. Ut qui antea in suis sibi peruersitatibus displicebant: nunc iam placere se deo in regione viuorum: deuicto mortis suę gratulentur auctore. Et Pontifex interrogat. Scis illos recōciliatione fore dignos? Et ille respondet. Scio ⁊ testificor fore dignos. Et tunc alter diaconus dicit. Leuate. Quib⁹



Quibus surgentibus: Pontifex accipit vnum ex illis per manum, omnibus alijs similiter se ad manus tenentibus. Tunc archipresbyter dicit alta voce. ℣. Iniquitates meas ego cognosco. ℟. Et peccatum meum cōtra me est semper. ℣. Auerte faciē tuam a peccatis meis. ℟. Et omnes iniquitates meas dele. ℣. Redde mihi letitiam salutaris tui. ℟. Et spiritu principali confirma me. Quo dicto Pōtifex inchoat scho la prosequente antiphonam.



Dico vobis: gaudiū est ange



lis de i super vno peccato




re penitenti am agente.

Qua dicta trahit illum: quem manu tenet. Et ille alios ducens eos vsq; ad faldistorium in medio ecclesie prius ibi paratū. Et ibi stās super scabellum conuersus ad illos genua flectētes inchoat aña.



Oportet te fili gaudere quia



frater tuus mortuus fuerat et



reuixit: perierat et inuētus est.

Qua dicta dicit in modū orōnis

Omnipotens Deus vos absoluat ab omni vinculo peccatorum: vt habeatis vitam eternam et viuatis. Per dominum. Deinde dicit super illos voce mediocri tenens manus apertas ante pectus hanc prefationem.



Per omnia secula seculorū. ℟.




Amē. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et




cū spiritu tuo. ℣. Sursū cor



da. ℟. Habemus ad dominū. Pōti. ℣.


℣. Gratias agamus domino deo
nr̄o. ℟. Dignum et iustum est.
Uere dignum et iustum est equū
et salutare. Nos tibi semper
et ubique gratias agere: do-
mine sancte: pater omnipo-
tens, eterne deus, per Chri-
stum dominum nostrum.
Quem omnipotens genitor
ineffabiliter nasci voluisti: ut de-
bitū Ade tibi persolveret eterno
patri: mortemque nostram sua in-
terficeret, et vulnera nr̄a in suo
corpore ferret: nostrasque macu-
las sanguine suo dilueret: ut
qui antiqui hostis corruera-
mus invidia, ipsius resurgere-
mus clementia. Te per eum do-
mine supplices rogamus ac
petimus: ut pro aliorum ex-
cessibus


cessibus nos digneris exaudi-
re qui pro nostris non suffici-
mus exorare. Tu igitur clemen-
tissime domine hos famulos
tuos quos a te separauerunt
flagitia ad te reuoca pieta-
te solita. Tu namq; nec Achab
scelestissimi humilia tionē despe
xisti sed vindictā debitā ꝓtelasti.
Petrū quoq; lachrimantē exau-
disti clauesq; postmodum cęle-
stis regni ipsi tradidisti: ꝛ con-
fitenti latroni eiusdē regni pręmia promisisti. Ergo clemen-
tissime domine hos pro qui-
bus preces tibi fundimus cle-
mens recollige: ꝛ tuę ecclesię gre-
mio redde. Ut nequaq; de eis
valeat triumphare hostis sed
tibi recōciliet filius, tibi coęqua-
Pōti. iij lis



lis emundetq; eos ab omni



facinore et ad tuę ſacratiſſi-



męcęnę dapes dignetur ad




mittere. Sicq; ſua carne ⁊ ſan-



guine reficiat vt poſt huius



vitę curſum ad cęleſtia regna



perducat.

Quod ſequitur dicit plane legen do Jeſus chriſtus filius tuus dominus noſter. ℟. Amen. Prefatione finita Pontifex ſuper faldiſtorium ⁊ miniſtri ſuper tapeta: et clerus ⁊ populus ad terram proſternuntur: ⁊ cantor inchoat ſchola proſequente antiphonã ⁊ pſalmos ſequentes. Antiphona.



Cor mundum crea in me deus



⁊ ſpiritum rectũ inoua in viſceri



bus meis. Pſ. Miſerere mei deus ſecũdum. Pſ. Miſerere mei de⁹ quoniam conculcauit. Pſ. Miſerere mei Deus miſerere mei. Quibus dictis: Pontifex ab accubitu ſurgens dicit ſuper penitentes Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationẽ. ℣. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis. ℟. Neque ſecũdum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum. ℟. Cito anticipent nos miſericordię tuę. ℣ſus. Conuertere domine vſquequo. ℟. Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. ℣. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Eſto eis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Mitte eis domine auxilium de ſancto. ℟. Et de ſion tuere eos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Domin⁹ vobiſcum. Et cũ. Oremus. Oro:

Adeſto



Adesto domine supplicatio-
nibus nostris: ⁊ me, qui etiã
misericordia tua primus indigeo,
clementer exaudi: ⁊ quem nõ ele-
ctione meriti: sed dono gratię tuę
cõstituisti operis huius ministrũ:
da fiduciã tui muneris exequendi:
⁊ ipse in meo ministerio quod tuę
pietatis est operare. Per Christũ
dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Oremus.

Presta, quęsum⁹ domine, his
famulis tuis dignũ peniten-
tię fructum: vt ecclesię tuę a cuius
integritate deuiauerant peccãdo:
reddantur innoxij: admissorũ ve-
niam consequendo. Per Christũ
dominum. ℟. Amen. Oremus.

Precor domine tuę clementiã
maiestatis ac nominis: vt his
famulis tuis peccata et facinora
sua confitentibus veniam pręsta-
re: ⁊ pręteritorum criminum vin-
cula relaxare digneris: qui hume-
ris tuis ouem perditam reduxisti
ad caulas: ⁊ publicani preces con-
fessione placatus exaudisti: tu etiã
domine his famulis tuis placare:
tu horum precibus benignus assi-
ste: vt in confessione flebili per-
manentes: clementiam tuam ce-
leriter exorent: ⁊ sanctis ac sacris
altarib⁹ restituti: spei rursus ęter-
nę ac celesti glorię reformentur.
Per Christum dominum nostrũ.
℟. Amen. Oremus.

Deus, humani generis beni-
gnissime conditor et miseri-
cordissime reformator: qui homi-
nem inuidia diaboli ab ęternita-
te deiectum vnici filij tui sanguine
redemisti: viuifica hos famulos
tuos: quos tibi nullatenus mori
desideras: ⁊ quos dereliquisti de-
uios assume correctos: moueant
pietatem tuã, quęsumus domine,
horum famulorum tuorũ lachry-
mosa suspiria: tu eorũ medere vul-
neribus: tu iacentibus manũ por-
rige salutarem: ne ecclesia tua ali-
qua sui corporis portione vaste-
tur: ne grex tuus detrimentũ pa-
tiatur: ne de familię tuę damno ini-
micus exultet: ne renatos lauacro
salutari: mors secunda possideat:
Tibi ergo domine supplices pre-
ces: tibi fletũ cordis effundimus:
tu parce confitentibus: vt sicut in
hac mortalitate peccata sua, te ad-
iuuante, defleant: ita ⁊ in tremendi
iudicij die sententiam ęternę dam-
nationis euadant: ⁊ nesciãt quod
terret in tenebris, quod stridet in
flammis: atq; ab erroris inuio ad
iter reuersi iustitię, nequaquam
vltra vulneribus sauciantur: sed
integrum sit eis atq; perpetuum:
⁊ quod gratia tua cõtulit ⁊ quod
misericordia tua reformauit. Per
Christum. ℟. Amen. Oremus.

Deus misericors, Deus cle-
mens: qui secundũ multitu-
di-

dinem miserationum tuarum peccata penitentium deles: et preteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas: respice super hos famulos tuos: et remissionem sibi omnium peccatorum suorum tota cordis deuotione poscentes deprecatus exaudi: innoua in eis piissime pater quicqd terrena fragilitate corruptum: vel diabolica fraude violatum est: in vnitate corporis ecclesie tue membra perfecta remissione restitue. Miserere dñe gemituũ: miserere lachrymarum: et non habẽtes fiduciam nisi in tua misericordia: ad sacramentum recõciliationis admitte. Per Christum. ℟. Amen. Oremus.

Maiestatem tuã supplices deprecamur omnipotẽs eterne deus: vt his famulis tuis longo squalore penitentie maceratis: miserationis tue veniam largiri digneris: vt nuptiali veste recepta ad regalẽ mensam vnde eiecti fuerãt mereant introire. Per Chrm. ℟. Amen. Oremus. Absolutio.

Dominus Jesus Christus, qui totius mũdi peccata sui traditione atq3 immaculati sanguinis effusione dignatus est expurgare: quiq3 discipulis suis dixit quecũq3 ligaueritis super terram erunt ligata et in celis, et quecunq3 solueritis super terrã erũt soluta et in celis: de quorũ numero me, quamuis indignũ et peccatorẽ, ministrum esse voluit: intercedẽte dei genitrice Maria, et beato Michaele archãgelo, et sancto Petro Apostolo, cui data est potestas ligandi atq3 soluẽdi: et omnibus sanctis: ipse vos absoluat sancti sui sanguinis interuentione, qui in remissionem peccatorũ effusus est: per ministeriũ meũ ab omnibus peccatis vestris: quecũq3, aut cogitatione, aut locutione: vel operatione negligẽter egistis: atq3 a vinculis peccatorũ absolutos, perducere dignet ad regna celorũ. Qui cũ deo pr̃e et spũ sancto viuit et regnat in secula seculorũ. ℟. Amen.

Tunc Pontifex aspgat eos aqua benedicta et thurificet eos, dicẽs. Exurge q dormis, exurge a mortuis: et illuminabit te Christus. Ultimo dat eis indulgentiã, put sibi placuerit. Qua data, manib9 eleuatis et supra illos extensis, dicit solennem benedictionem.

Precibus et meritis btẽ Marie semp virginis: beati Michaelis archãgeli: beati Johãnis Baptiste: sanctorũ apostolorũ Petri et Pauli: et oĩum sanctorũ misereat vestri oĩpotẽs deus: et dimissis omnib9 peccatis vestris, perducat vos ad vitã eternam. ℟. Amen.

Indulgentiã absolutionẽ et remissionẽ oĩum peccatorũ vestrorũ: tribuat vobis oĩpotens et misericors dñs. ℟. Amẽ. Ultimo bñdicit eis dicẽs. Benedicat vos oĩpotens deus pa ✠ ter: et fi ✠ lius: et spũs ✠ sctũs. ℟. Amẽ.

Quo facto crines et barbã quam nutrierant deponunt: et vestibus penitentialibus dimissis: se cultioribus et mundioribus induunt.

EX EPISTOLA REVER. P. D. AVG. PICOLOMINEI Episcopi Pientini: ad Innocentium VIII. quæ in quibusdam libris Pontificalibus habetur.


QVoniam status Pontificis sacra tractantis: pro qualitate rerum variatur: raroq; Pontificales libri inter se concordant: quando cum mitra, quando sine, quando stare, quando sedere Pontificem oporteat: Nos re cum peritis mature discussa: conuenire arbitrati sumus: vt cum Pontifex ordinandum monet, siue caracterem imprimit: aut ordinum insignia, siue instrumenta tradit: sedeat infulatus: Cum vero populum alloquitur, siue circunstantes hortatur ad simul orandum: tunc sine mitra stans supplex oret. Hunc vero ordinem per totum librum seruari debere censuimus: quoniam rationi quadrare visum fuit.


Pontificalis secundum ritum sanctę Romanę Ecclesię: longe accuratius q̃ vnquam alias emendati & excusi: finis.

Registrum.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S
T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH
Quaterniones omnes, preter GG, HH Terniones,
et ✠ Duernionem.

Venetijs apud heredes Luceantonij Iuntę.






Hoc eſt prę cep tuʒ me um.
E xul tet Cę lum lau di bus.
Tra dent e nim uos.